

QUADRAGESIMALES
CONCIONES,

HOC EST, EXEGE-
MATASEV EXPOSITIONES
EVANGELIORVM, EPISTOLARVM,
aliarumque Lectionum, Epistolicè, in sacro
Missæ officio diebus Quadragesimalibus
publicè legi canive solitarum, concionato-
ribus Ecclesiasticis, aliisque presbyteris piè
doctis summoperè necessariæ, editæ nunc
quartò diligentius multò ac priùs:

*Autore Georgio Wicellio seniore, interprete autem
M. Gerhardo Lorichio Hadamarien.*

Cum annotationibus (quas vocant) marginalibus, ab
interprete ipso in vsum publicum adiectis.


*Cum indice item locupletissimo, in gratiam eorum
qui neque legere, neque lecta meminisse per
occupationes omnia queunt, ope-
ra Barth. Laurentis studio-
se aggesto.*

DEUTER. 28.

Si audiueris vocem Domini Dei tui, vt facias atque ca-
stodias omnia mandata eius, faciet te dominus
Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus.

PARISIIS,

Apud Guilielmum Desboys, via Iacobæ,
sub Sole aureo.



REVEREN-
DISSIMO IN CHRI-
STO PATRI AC DOMINO,
DN. OTHONI S. R. ECCLESIAE
Cardinali, Episc. Augustano, & Principi Illustriss.
&c. Domino suo clementiss.



Reverendissime Cardinalis, Domine clementissime, Lingua humana, me quidem iudice, satis eloqui non potest, quantum prosit, scripturam sacrã utriusque Testamẽti sedulo audire & legere, propterea quod revera ex ipso Deo sit orta: unde etiam liber Bibliorum, Dei dici potest, & scriptura Sapientia Dei. Sanẽ sine & extra hanc Hierographen, aliud in toto Mundo scriptura monumentum ullum non est, cui fides tutius adhibeatur: quippe quæ certissimam veritatis habeat originem (quod dixi) Deum, prophetas, Christum & Apostolos. Traducem eam sacrosantam Cyprianus vocat firmitatem scriptura. Augustinus dicit ex scriptura canonica talem concipi fidem, de qua dubitare possit nemo. Vult ergo à tanta simplicitate sophisticas (ut vocat) Argumentationes quam longissimè abesse. Sanctus Hieronymus vocat scripturam Biblicam, Alabastrum vnguenti optimi, contra morbos, hulcera & vulnera presentem virtutem habentis: itẽ viridariũ sine paradysum salutarium, amensissimarum, delicatissimarumq; herbarum & florum felicẽ: Denique agrum, in quo verus ille salutis thesaurus conditus lateat. Pyxidis huius atque vitrei Christus est os, janua, atque clavis. Index item est, quo ad Thesaurum eum pervenias. Sigillum siquidem est, quo salutis mysteria consignata sunt omnia. Et abet Aromatarij sua signa certa, quæ pisticis imprimunt pastillis, & quibus vera ab adulterinis discerni possint. Vult & cœlestis vnguentarius omnia antidota ex hoc signo probari. Christũ quicquid sapit, Divinũ est & salvare. Christũ quicquid non sapit, fatuũ est, diabolicũ, & exitiosum, Scitẽ igitur ait S. August. Scripturam canonicã sine Christo aquam esse insipidã: Christo vero presente, vinũ esse omnium preciosissimum. Apost. Paulus quo encomio scripturam prædicet, notum est ex Epistola ad Roman. cap. 15. & ad Timotheũ

AD REVE. DN. OTHO. CARDI.

prima, cap. 3. Sed quid commendatione opus habet, quo omnia com-
 mendabilia sunt, & sine quo omnia rancida, foeda & abiectissima
 esse certum est? Ethnici auctores testes sunt, Phœnices primò li-
 teras & scribendi modum inuenisse. Tunc niblos vocabant nò so-
 lum membranas, quæ primò in Pergamo sunt inuenta: verum e-
 tiam interiores cortices arborum & folia Palmarum, quoniam in
 huiusmodi materias, literas impingere rudior ea ætas solebat. Ta-
 ceo quòd etiã æri, lapidibus, plumbo, pannisque lineis literas Cad-
 mæas committebat, & quòd & pinaces, quos nos Pugillares voca-
 mus, cera oblitos, huic Arti atque inventioni habuit partos, usq;
 ad seculũ Alexandri Magni, in quo usus chartæ incepit. Quòd
 nos hodie vocamus papyrum, vetus loquendi est consuetudo. Papy-
 rum enim proprie vocant iuucum siue scirpam Nilũ & Aegypti
 paludium, qua tum scribebatur, & ex qua chartæ cum aliis mul-
 tis rebus, quarum usus indigebat, fiebant. Scribendi ars & usus
 erat apud gentes eas in maximo omnium precio, propter Philoso-
 phica præcepta & Artes, quæ sic memoria tradabantur. Sed
 quid omnes Artes & Discipline Philosophicæ, collatæ Verbo
 Dei? Libri Sibyllini, quos Tarquinius rex magno emit, & Quis
 decim viris in bonum Reipub. legendos commisit, ad rem parum
 faciunt: minis verò libri Numæ duodecim, quos alij Decreta, alij
 vocant secreta. Vani item sunt libri iuris pontificij Ethnicorum
 præcorum, cum Pythagoricis libris omnibus. Volumina Aegypti-
 orum fatcor esse longe vetustiora, sed de æterno & vero Deo ni-
 hil tradere potuerunt idololatæ vani. Bibliothecam eam nobilẽ,
 quæ erat in Alexandria, celebremque eum chartaceum thesau-
 rum, qui sub Pistrato Athenis erat, si quis sedulo atque gnauiter
 perlegisset, quid, per Deum oro, inuenisset, quo conscientia hu-
 mana fidem suã de Deo & de salute fundare potuisset? Breuiter,
 Ethnicorum codices & bibliotheca in vniversum omnes (quoni-
 am tot nationes & gentes, tot anni Dei ignorantes, diabolum pro
 Deo coluerunt) non tantum solida veritatis habuerunt, vt vnicus
 catholice fidei Articulus inde statui potuisset. Ad ethnicorum
 præcepta (etiam Platonis & Ciceronis) pertinent etiam oracula
 ethnicorum omnia, siue ea sint Delphica, siue Dodonæa, siue Tro-
 phonia, siue hoc genus probatiora quæcunque alia. Vani enim
 Apollo cum Ioue Ammonio, Latona, Dionysio, & cum hoc
 genus æguribus omnibus: quippe cum vates hi vanissimi non
 tantum habuerunt arcanorum Dei veri, quantum minimus ver-
 ficulus Psalterij habet Davidici. Quisquam apud mortuos vitam

Tale munus inde in hunc mundum, iuxta fabulam Protei, abspor-
 tasse. Dominus Deus revelavit eum Mofi & prophetis. Christus
 Dei filius revelationes eas edisseruit Apostolis & Discipulis.
 Sic denique Deus ipse manifestatus est in carne, iustificatus in
 spiritu, visus est Angelis, predicatus est Gentibus, fides habita
 est illi in mundo, & receptus est in gloria, 1. Tim. 3. Euangelion
 hoc non solum agendorum & omittendorum, sed & regulam fi-
 dei & testimonium operum Dei, Ecclesia Christi ut in gloria
 recepit sic ipsum non sine gloria, posteris suis tanquam per manus
 tradidit, atque porro usque ad finem huius seculi tradet. Per hanc
 gloriosam exhibitionem successorie doctrinae, sine negotio maiestas
 matricis disnoiscitur Ecclesiae. Quis nobis scripturam à tot here-
 ticorum defendit iniuriis? Quis nobis sacramentum fidei & illu-
 minationis administravit? Quis lacte catechismico erudiuit, &
 solidiori cibo doctrinae instituit? Quis sacramento Eucharistias pa-
 uit, & Spiritus sancti virtute contra tot adversa huius mundi
 tyrannidis confirmavit? Adeo cecus homo esse potest Christia-
 nus, ut hanc tam officiosam matrem non videat? Quis tam recors
 esse potest, ut eam matrem adeo gloriosam auersetur? Et unde Verbum
 Dei nativum sensum nunc porro sperabimus, si matrem eam ve-
 ritatis basin repudaverimus? Atheniensis Pericles apud Thu-
 cydidem ait, parum esse lugubre, hominem in bello domum, pecus,
 & agros amittere, sed corpus. Quae maior ergo calamitas esse po-
 terit, quam ea est, in qua domus, parentes & patria, quae cum cor-
 pore & anima amittuntur? Domus, regnum caelorum est in hoc
 mundo: Pater, Deus omnipotens: Mater, est Ecclesia: Patria, est
 aeterna vita. Haec omnia una cum corpore & anima perdimus,
 simulac Matre ea nos orbati sustinuerimus. Orbamur ea, quoties
 sensum nativum scripturae, hoc est, veritatem atque adeo Euan-
 gelion apud adulteras & prostitutas scaldas, hoc est, apud sectas
 requisierimus. Clamitant heretici, Verbum Domini, Verbum
 Domini, Euangelion Euangelion: quasi Euangelion & Ver-
 bum Domini Ecclesia non habeat. Quis Verbum Domini at-
 que Euangelion in gloria recepit? Nonne Ecclesia? Heretici in-
 dant, antes, de litera gloriatur & de superficie scripturae: sed glo-
 ria ea vana est. Gloriosa Christi sponsa, quae sensum habet scri-
 pturae & medullam. Ecclesiam nescit, qui hereticos sibi in hac
 acclamatione insultare patitur. Adeo Ecclesia scripturam possi-
 det, ut aut Ecclesia cum Scriptura, aut Scriptura cum Ecclesia
 sit vana, nisi possessio ea sit certa. Hoc ut cuius planum faciam,

NVNCPAT. AVTOR. EPIST.

nonnihil prafando hac de re subiiciam:

INSTRVCTIO DE VERBI DEI

ET ECCLESIAE CATHOLICÆ maiestate.

Scripturæ sensus genuinus, tam fidem quàm opera bona à nobis exigis. Quare si quis certus de salute esse velit, fidem suam periclitetur, mortuâ ne sit an viua: vocationemque suam per opera bona certiozem faciat. Meminerit verbi Domini, Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Hoc fac, & viues &c.

Quis verò hoc facere poterit? Respondeo: Fidelis, charitate Dei & proximi præditus. Amanti omnia possibilis. Fortis vt mors charitas. Qui me amat, mandata mea seruat, ait Seruator, Ioan. 14. Et S. Augustinus ait, Virtutem ad beatam vitam esse charitatem.

Sed nunquid homo ex viribus propriis verbo Dei fidem adhibere potest, & ea quæ præscribit præstare? Et quis nobis vires eas sufficit? Respondeo: Quemadmodum palmes fructum proferre nequit, nisi in vite permãserit, sic sine Christo nihil neque scire, neque facere possumus, Ioan. 15. Sic, vt audio, ais, Verbum Domini difficile & creditu est & factu? Absit. Ioannes enim ait, Præcepta Domini graua non esse, 1. cap. 5. Caro fateor, infirma est, sed promptitudine spiritus fertur & ducitur. Gratia operatur in nobis & velle & posse. Virtute, quam nobis Deus (vt Petrus ait) suppeditat & largitur, præcepta Dei præstare possumus. Si baptizatus es & credis, si in Christo manes, & eum in te manentem habes, non est quod de præcepti eius onere querere. Non mendacij insimulabis eum qui ait: Iugum meum suauis, & onus meum leue. Semen bonum (modo tu sis terra bona) vltro fructum proferet, Luc. 8. Huc facit & illud Apostoli, dicentis: Deus est qui in vobis operatur & velle & posse. Merito ergo sanctus Hieronymus succenset illis, qui dicunt Deum impossibilia præcepisse.

Rogas, quodnam verbum hoc sit, ad credendum & præstandum nobis commissum? Respondeo: Omnia quæ nobis à principio per Moysen, Prophetas, Euangelistas & Apostolos tradita sunt. Scripturam eam Apostolus Paulus vocat Theopneuston, propterea quod per Spiritum sanctum in testes prædestinatos (2. Timoth. 3.) est infusa atque inspirata. Petrus quoque ad hoc vocabulum Theopneustos alludens, ait sanctos homines per spiritum esse locutos & actos, 2. cap. 1. Vides scripturam canonicã maximã

semper faciendam, quod ea (ve Tertullianus ait) nobis & plasma
& plasten declarat.

Quid verò citra spiritum prodest scriptura? Respondeo: Appa-
rere in Iudæis & obstinatis quibuscunque, scripturam sine spiri-
tu idem esse, quod Pictura sine colore & corporis lineamentis, &
quod est corpus sine anima. Baptizati tamen habentes sacramen-
tum fidei, & Confirmati, post tot Spiritus sancti accepta charis-
mata, Dei dociles sunt & lucis capaces Diuine. Possunt ergo ex-
citare donum acceptum. Rogantes accipient pulsantibus aperie-
tur, & querentes inuenient. Tum sequentes pastorem Christum,
intrantes, & exeuntes, pascuis abundabunt. Christus talium suo-
rum discipulorum, quos verbo suo instituit, Doctor ac Magister,
in omnem veritatem suos inducet, Ioan 16.

Quis sensus è scriptura canonica petendus sit, ea quæ supra di-
ximus, abunde declarant. Diximus enim, scriptura genuinū sen-
sum tam fidem quam opera bona exigere. Aetianus, Eunomius,
Iovinianus, & alij heretici bonis operibus iniqui, quod alium sen-
sum ex verbo Dominico expetierunt, hæresios ab Ecclesia sunt
damnati.

Quomodo scriptura poterit ritè inuestigari? Respondeo: Persum-
ptorie & oscitanter haudquaquam esse perlegendam. Scrutari e-
nim, diligentiam requirit. Monet hoc Ambrosius in lib. de Cain
& Abel, dicens: Cælestiam scripturarum eloquia terrere ac po-
lire debemus, toto animo in corde versantes, vt succus illius spiri-
tualis cibi, in omnes se venas animi diffundat. Sed illotis pedibus
ad studium hoc sanctum non accedendum. Meminerimus verbi
Dominici apud Matthæum: Abscondisti hæc à sapientibus &
prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et eulogij gloriosissimæ Vir-
ginis: Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

Quid si de sensu fiat controuersia, Pelagio operibus bonis om-
nia, in fraudem gratiæ Diuine, tribuente: & Aetiano, in frau-
dem meriti operum bonorum, soli fidei summam perfectionis ac-
ceptum referente? Respondeo, scripturam non esse priuatæ interpre-
tationis, 2. Pet. 1. Ecclesiam hic audiendam. Apostolus non ocio-
se Ecclesiam vocat basim veritatis. Idem faciendum in locis ob-
scuris. 5. Petrus ipse fatetur, multa esse in Epistolis diuini Pauli
dysnoeta, hæc est, intellectu difficilia, 2. Pet. 3. Laico sufficit sim-
pliciter credere implicite. Clero maior scripturæ cognitio & fides,
explicita est necessaria. Incumbit enim clero, vigilare pro anima-
bus fidelium, & resistere lupis rapacibus.

Nunquid sanctis Patribus eadem tribuenda maiestas, atque Dei verbo? Negat hoc S. Augustinus de doctrina Christiana dicens: *Tiubat fides, si diuinarum vacillet autoritas scripturarum.* Vide plures eius loci sententias *Distin. 9. per totum Proxima & secundum scripturam habet Ecclesia & suam autoritatem: de qua ait S. Augustinus, De fide ad Petrum: Ecclesia est quedam forma instituta, id est, commune ius omnium, Non audiendi infelices, qui Ecclesie maiestatem verbi Domini maiestate preferunt, utranque abolentes & auferentes. Sanctorum sententias magnificere, & exempla eorum non sequi, est sanctorum preteritis suam nequitiâ aut defendere velle, aut dissimulare. Quadrat in tales hoc Poeta:*

Laudamus veteres, sed nostris utimur annis.

Quid verò? Nonne & linguarum experientia aliquid ad scripturæ sacræ facit agnitionem? Multum & per omnem modum. Principio Moyses, Samuel & Prophetæ, Hebraicè nobis sunt dati. Nouum fere Testamentum Græce est conscriptum, Quis ergo non videat, Originale idioma multum facere ad illustrem sensum assequendum. Audiatur super hac re diuus Augustinus, cuius verba habentur trigesimo octaua distinctione, ca. Locutio. ubi ait: *Locutio diuinarum scripturarum, secundum cuiusque lingue proprietatem accipienda est. Habet enim omnis lingua quedam propria locutionum genera: que cum in alia transferuntur, videntur absurda. Absit hic arrogantiâ. Non contemendi sancti Patres qui Biblia & transfulerunt & interpretati sunt, non sua somnia tradendo sed aut sensum communem sequendo, aut reuelationes, precibus & sanctimoniâ peculiaris merito obtentas, in medium proferendo.*

Non & vetus Testamentum Ecclesie obseruandum? Minime, *Matth. 11. Quare enim dicatur Vetus, si per nouum non antiquetur, Heb. 8? Vetus, infirmum est: Nouum, lex perfecta libertatis. Qui Nouum rite obseruat, Vetus non preuaricatur. Infirmas intelligenda de umbra & anigmatibus, atque de litera ceremoniarum & Iudicialium. Hactenus Vetus est antiquatum. Quod vero ad Charitatem & ad veram pertinet religionem, infirmum non est habendum: quia fortis ut mors charitas, eatenus manet, Rom. 4. 15. 2. Timot. 3. Ioan. 5. 1. Cor. 10.*

Faxit Deus, ut scripturæ & Ecclesie maiestatem probe agnoscetes, in fide Christi item Prescripta Euangelica & Disciplinas Ecclesie humiliter custodiamus, ut promissam beatitudinem bonis operibus nobis redimamus, & fide hereditemus. Hereditas ea nobis promissa, runde cumprimis fide nobis opus est: sed sic promissa,

AD REV. DN. OTHON. CARD.

ut eam violenti arripiant: unde nō tam fide ad hereditatem eam
peruenire habemus, quam per opera bona. Nisi enim conditiona-
liter nobis promissa sit, locus in Religione nostra spiritus boni fru-
ctibus nullus haud superesset.

Reuerentię vestra Dominatio forte mirabitur, quid sibi hac
obtrudam, & inurbane se, aliis negociis occupatam, inturbem.
Eius meę audacię atque temeritatı veniam oro: nec dubio me
eam facillē impetraturum, hac potissimum ratione & fidutiā, quod
sciam eā Vestram Reuerentiā precipue sacrę Theologię dedi-
tam: quippe quę me propter commune hoc Theologicum studium,
ante annos quinque prater omne meum meritum, clementissime
in suum patrocinium recepit, & pietatis officiis catholice est prose-
cuta. Per importunam huius noui operis dedicationem, Vnicelū
gratum & tantę clementię perpetuo memorē clientulū R. V. D.
agnoscat, & quicquid id est nostra Elucubrationis, magis propter
sacro sanctam Scripturę Textum & Quadragesimalis obseruan-
tię sacramentum, quā propter meę paruitatis commentaria, so-
lita clementia suscipiat, & si opus fuerit, à Misographorum ca-
lumniis tueatur. Quadragesimales Lectiones argumento sunt, quę
diligentiā in primitiua Ecclesia Clerus lectioni & doctrinę siue
concionibus sacrıs instruxit. Hoc in officio postquam Clerus negli-
gentior est factus, merito iam per hereticorum clamores excercetur.
Quis pius catholicus non conturbetur, videns catholicorum Basi-
licas desolatās esse omnes, hereticorum vero phana quotidie magis
atque magis calebrescere? Tantum malum nunquam corrigetur at-
que auferetur, nisi Catholicus clerus pio zelo concionibus catho-
licis conciones schismaticas retundere conetur. Etā quam selectissi-
mas lectiones sancta Mater Ecclesia nobis in tam sacro Quadra-
gesimalis ieiunij tempore tractandas credidit? Quis tam socors esse
possit, ut huiusmodi perscrutari supersedeat? Quis tam salutare
consolationes & exhortationes rudi plebeculę interpretari non stu-
deat? Si aliquid difficultatis lectionibus talibus inest, consideran-
dum, excussionem talis difficultatis, plurimum fructus tam cle-
ro quā Laicis conferre, iuxta hoc quod ille ait:

Pingue solum lassat sed iuuat ipse labor.

Philosophus vult studium commune esse. Studij itaque homo ca-
tholicus tam doctis quam rudibus gratificari, illos oblectando, ho-
rorum studia promouendo. Habent lingue Originales plurimas di-
ctiones, quę interpretationem non facile patiuntur, & quę mā-
lant ea lingua, quę per spiritum sanctum prophetę & Apostoli

locuti sunt, legi. Necessitate itaque coactum pleraque horum ad-
notasse me, Lectorem admonitum velim. Nonnunquam item ali-
quid ex literatura prophana inserui: id vero feci ad excellentiam
Religionis Christianæ declarandam. Volui ostendere, omnes dis-
ciplinas Theologiæ sacræ esse pedisse: quoque: alioquin è scholis nostris
explodenda Ethnicorū disciplina omnes scripserunt ante nos *Qua*
dragesimalia Frater Grusch, Antonius de Vercellis, F. Nider,
F. Cesarius, Rupertus de Licio, Pisanus, Leonardus de Vtino, Io
annes Keisersberg, & plerique alij, non hac ratione, ut nos poste-
ros nostro siculo inseruire noluerint. Nos, quod hæctenus in pluri-
bus desiderari potuisse animadvertimus, textum ipsum iuxta lite-
ram diligentius declaravimus. Sedulus Ecclesiastes per se facile vi-
debit, quid a l plebis admonitionem addat.

Reverentiæ Vestra Dominatio in nostra Tesseractoste animū,
si facultas hoc non meretur, probet. Audacia certa, ait *Proper-*
tius: laus erit: in magnis & voluisse sat est. Taciturnitas illanda-
tissima horum temporū Catholicorum, quante cladis occasio sit,
nimium heu nimiumque in propatulo est: quod vbi Reverentiæ
Vestra Dominatio rite perspexerit, nostra audaciæ facile veniã de-
derit. Eam Vestram Reverentiam Dominus Deus in suam glo-
riam, suæque Ecclesiæ decus, diu incolumem conservare dignetur
mihi ad imperandum.

Vestra Reverentiæ

Obsequentissimus

Cliens

Georgius

Vvicolinus

Theologus.

REVERENDISSIMO
 IN CHRISTO PATRI AC DO-
 MINO DN. OTHONI SANCTAE
 Ecclesiae Romanae Cardinali, Epi-
 scopo Augustano &c. Do-
 mino suo ele-
 mentis.

*



*Quod exuli mihi, & minis irritata tyran-
 nidis exposito. Vnicelium Quadragesi-
 male vertedū, ab honesto cune & chalcogra-
 pho Ioanne Quentelio Coloniensi sit obla-
 tum. in fatis erga me benignis fuisse arbi-
 tror. Contra libellos famosos, immo blasphe-
 mos & plane diabolicos, Romanam atque
 eam Apostolicam Ecclesiam propudiosif-
 simis calumniis, in sancti Imperij presentem cladem, proscindem-
 tes, scripsi: vnā tabellam & schedulam, contra tot librorum ca-
 lumnioforū plaustra in lucem edita, emisi: & propterea indignus
 cui vel causa dicendae locus detur, iudicor. Impurissimis hominibus
 tanta blasphemandi flamma astuantibus, laudis praeuiam con-
 stituitur: Mihi vitio vertitur, pro Christi Ecclesia zelari. Illis fas
 est, etiam Diuos in caelo calumniarum aspergimibus foedare: mihi
 nefas, blasphemias retundere. O seculum, o mores. Potui tutus in
 sinu meo mihi gaudere, sed Romanae matris Ecclesiae & Imperij
 sacri calamitas ad scribendum me compulit: inde quam gratiam
 ab Ecclesiae & Imperij Optimatibus referam, exilium testatur
 meum. Causa tam sacrosancta scribendi, necessitas suprema, &
 conscientia bona, nisi animum meum etiamnum fulcirent, non con-
 cidere non potero. quiduis potius facerem, quam vt exempli eius
 aliquid mediter.*

Frangit & attollit vires in milite causa:

Quae nisi iusta subest, excutit arma pudor.

*Causam non de Abusibus intelligi volo: eos enim aequae ac he-
 reses odi: atque hoc forte est, quod minus gratiae vtrique inuenio.
 Inter saxum & sacrum expositus, nihil quo me soler, habeo, nisi
 hoc meum theoriae studium. Philosophus ait, Philosophiam dele-
 ctationes puritatis & firmitate admirabiles in se habere. Boethius*

N V N C V P . I N T E R P R . E P I S T .

huius loci præclarum est exemplum, nempe qui scias arumnas Philosophiæ studio mitigavit: quod & ipse fatetur, dicens:

Ecce mihi laceræ dictant scribenda Carinæ,

Et veris Elegi stetibus ora rigant.

Has saltem nullus potuit pervincere terror,

Ne nostrum comites prosequerentur iter.

Ad prophanam Ethnicorum Philosophicam consolationem facit hoc Maronius:

Solamenq; mali de collo fistula pendet.

De Catholice Philosophiæ consolatione extant Psalmi, undecimus, duodecimus, decimus sextus, vigesimus quartus, vigesimus septimus, vigesimus nonus, trigesimus, trigesimus quartus, quadragesimus, quinquagesimus tertius, quinquagesimus quartus, quinquagesimus quintus, sexagesimus nonus, septuagesimus, octogesimus quintus, centesimus vigesimus secundus, centesimus vigesimus tertius, centesimus vigesimus quartus, centesimus trigesimus nonus, centesimus quadragesimus, centesimus quadragesimus primus, centesimus quadragesimus secundus. Dispeream si non hac tempestate Psalmorum præmissorum sensum addidici. Sic rexatio dat intellectum, Psalmis huiusmodi legendis quum me adversus instans malum armare inciperem, Ecce mihi commode Versio V Viceliani Quadragesimalis obligit: ut & istoc labore miseram vitam sustentarem, & iniuriarum tantarum, quibus obruebar, onus calamitosum allevarem.

Solent Versores etiam suas elucubrationes & vigiliæ patronis atque amicis dedicare: ex qua re alia quedam opportunitas Versoris mihi oblata accessit, nempe ut meo quoque studio alicuius Herois Catholici patrocinium mihi conciliarem. Quod vero V Vicelius noster Quadragesimale suum Vestre Reueren. Amplitudini dedicavit, mihi occasionem præbuit, ut & meam operam qualem qualem eidem consecrarem. Iustus siquidem esse sum ratus, ut efficitum Vicelianum auctoris aliquanto Vestre R. D. redderem, quàm ut inde alium quencunque mihi patronum redimerem. Nec dubito Vestre Celsitudinî eiusdem operis fidelem versionem fore gratam, cuius video primam editionem fuisse gratissimam. Non est quod Vestre Reuerentia excusem, verbum verbo me non reddidisse: quum dubio procul ea Vestra Reuerentia vertendi rationem vel ex Horatio de Arte Poetica olim puer didicerit. Et quis nesciat, Germanicam dialecton aliam esse à Latina phrasi? Quod si solum orationis nunc aliter, atque in

N V N C V P . I N T E R P R .

eiusdē Vnicelij maioris Postilla versioe deduxisse vidabimur, vte status immutatus, non ego, arguendus. Audiuī ego corā Amicos quosdam, dicentes obseruasse se, versionem Postillæ Vricellianæ alium præ se ferre characterem, atque habent alij libelli, quos Vuetz flaria scripsi. Quod si ita est, nihil aliud in causa est, quam quod hos quietiori scripsi animo, illam, inuidentiæ atque iniuriis Luteranorum Vuetz flaria cedere coactus, animo protuli nonnihil turbatiore: Hos quasi domesticos, illam exulem. Fieri itaque potest, vt & superior Postillæ versio ab hac præsentī, quanquā germana sim, translatione diuersa, quantum ad orationis phrasin, appareat: quod illam tuto scripsi, nempe in Monte S. Ioannis, librorum copia circumuallatus: hanc rursū, in loco non adeo tuto, librorum vsu planè destitutus. Reuerendi & venerabiles Patres Abbas & Prior, totusq; Conuentus cœnobij Montis S. Ioannis, vagum me haud grauius recepissent, prius vs Hospitalitatis beneficij memor perpetuum mihi asylum polliciti, hoc s̄sidori comprobantes: Iugiter sibi sabuenire facit, cui collatum beneficium ante oculos semper adsistit. Ego vero, quæ animi mei natia est generositas, nolui neque dominos & amicos illos neque alios quos alibi habeo, tyrannidi huius tempestatis facere iniurias: quanquam norim vere orthodoxis lucrum esse, si illis pro veritate Catholica rerum & capitis periculosum iubeundi occasio contingat. Hæc dico, vt excusem, si quid in versionis huius stylo à postillæ translatione variauerim. Vtrunque exul quidem verti, sed posterius exilium hoc mihi omnium fuit molestissimum. Nam vt pericula, quibus Quadragesimale expositus transuli, taceam, Animum supra modum dis cruciavit, à Catholicis propter assertionem, Catholicam extrudi, & Catholicum inter Catholicos exulare. Multum enim interest, vbi & à quo quis iniuriam patiatur. Si inimicus meus (ait Propheta) maledixisset mihi, sustinuissem vti que. Sed hoc est ingenium vere crucis, vt sic partibus suis omnibus absoluta veniat. Spero vtrunque nostrum laborem vtriusque versionis. Domino Deo vel hoc nomine potissimum esse gratum, quod neuter citra crucem sit exactus. Carmen (vt diuus Gregorius ait) Deo in nocte cantat, qui psallit in tribulatione. Et Cassiodorus ad calicem Passionis alludens, dicit: Voluntarie Deo esse sacrificare, inter angustias tribulationum iugiter Deo gratias agere. Sacrificium itaque Deo esse consulo, calami & sedule manus ef-

EPISTOLA.

ficiam, presentem nimirum versionem: quam ut Vestra quo-
que Reuerentia serena fronte suscipiat, submisit oro. Reuerentiam
eam Vestram Dominus Deus in suam gloriam &
Ecclesie suae ornamentum diu incolumen con-
seruare dignetur, mihi ad mandandum.

Data in Patmo exily nostri, alte-
ra post Assumptionis beatissi-
mae virginis Mariae,


Anno 1546

W

Reuerentia Vestra

Subditus cliens

Gerhardus Lorichius Hada-
marius Presbyter.



INDEX RERVM

AC VERBORVM, NON
QVIDEM OMNIVM, SED MAXIME
infignium, super Quadragesimales Geor. Vuicelij Sermones,
in piorũ ac studiosorum vtilitatem opera Bartholomæi Lau-
rentis sedulo congestus, iuxtaque Literarum seu Casuum or-
dinem sollicitè digestus.

AD LECTORES.

*Meminerint studiosi duarum literarum, nempe A & B in
hoc Indice eum habere vsum, ut A primam
paginam designet: B verò secundam.*

A

- A**ronis & Moisis erga po-
pulum affectus, quis. 249 b
- Aaronis virga qualis. 250 b
- Aaronem & Moisen humani
quiddam passos esse. 251 b
- Abacuc cur Danieli à Deo mis-
sus. 392 a
- Abacuc propheta qualis. ibid.
- Abacuc (seu abacum) quomo-
do se quisque Danieli (seu
proximo) exhibeat. ibid.
- Abacus quid. 393 b
- Abdias propheta qualis, & vnde
maximè laudatus. 129 a
- Abecedarium recens ab hæreti-
cis inuentum, quale sit. 381 b
- Abel & Zacharias quorum ty-
pus. 42 b
- Abiron qualis vir fuerit. 83 a
- Abrahæ Eremitæ miræ castita-
tis æmulatio & exemplum.
264 a
- Abrahæ & Davidi cur plùs de-
ferant hæretici, quam Ma-
riæ. 62 b
- Abrahæ filij qui. 197 a
- Abrahæ quanta fides. 10 a 19 b
- Abolutio adulteræ qui & sa-
tisfactionem comprehendat.
275 a
- Abusum alicuius rei, bene vteri
ti non obee. 20 a
- Abusum ieiunij, non ieiunium,
damnari. 8 e
- Abusus Ecclesiæ corrigendi, &
potissimùm qui. 52 b 53 a
- Abusus hodie quanti. 42 a
- Abusuum aliquot catalogus.
389 a
- Abusuum hodie omnia esse ple-
na. 244 b
- Abusuum nomine quæ intelli-
genda. 18 b
- Abusus imperio sacro periculo
esse. 391 a
- Abusus non perpetuò perman-

I N D E X.

furos.	390 b	Adulterium quæ scelera com- plectatur.	236 b
Abusus substantia rei bonæ nõ tollere.	242 b	Adulteriũ q̄ castigaretur.	272 b
Abyssum gratiæ Christo esse, non modò fluuium aut fon- tem.	383 b	Adulterium sacrilegum in tem- plo ethnico perpetratum, qui punitum.	263 a
Accessus ad Deum nobis qui per quem sit.	349 a	Adulterij inquisitio legalis quę 273 b	
Acolasti qui rectè vocentur.	190 a	Adulteriorum scelera quàm ho- die popularia, & quomodo excusabilia.	67 a
Adam Græcè scriptum, quid si- bi mysticè velit.	351 b	Aequabilitatè summum ius miti- gandum.	231 a
Adam quid signet.	152 a	Aequitas in Ecclesia esse quan- ta debeat.	403 a
Adikia quid sit.	71 a	Aestus mysticè quid.	149 b
Adinventiones quæstuosæ qui ab Hieronymo appellatæ.	52 b	Affectus Dei, erga nos quis. 353 b	
Adiutorium vndè expectandũ. 151 a		Affectus propria qui nomina subticeant.	398 a 421 a
Adorare quid.	162 b 329 b	Afflictis Deum adesse.	55 b
+ la-Adorari neminem propriè nisi nia Deum solum.	163 b	Agathonis humilitas.	6 b
* Adoratio quid.	328 b	Agnum Paschalem quali solùm veru torrerent Iudæi.	241 a
* et p ^{er} Adoratio religiosa & adulator- ria Luteranis quæ.	163 a	Agoranomi qui.	123 a
ma Adventus Christi secundus & rio primus, quales.	45 a	Agricolæ vocabulum vndè du- ctum, & quid præ se ferat. 170 b	
Adulatio aulica quę.	134 a	Agricolæ filium patrisfamiliæs occidentes, qui sint.	173 a
Adulationem Aulicam esse Lu- teranicum euangelium.	20 b	Agricolæ vineæ Christi, qui. 170 b	
Adulatio supersticiosa.	134 b	Agriculturam esse Christianis- mum.	197 b
Adultera absoluta, Christum a- dulterio fenestram non ape- ruisse.	274 b	Agrippinæ ambitio quanta & quàm fatua.	306 b
Adulteræ vini cur Iesus peper- cerit.	273 a	Alastor quid.	196 a
Adulteram qui Iesus absoluerit. 275 a		Albimontenses idololatriam fa- cere.	67 b
Adulterinum genus qui sint. 58 b		Alcumistis sol & luna qd.	27 a

I N D E X.

- Alexandri Magni pro deo col-
 volentis affectatio qualis.
 301 b
- Aliena peccata quæ. 233 b
- Allegoria Danielis leonibus ad
 deuorandum obiecti. 394 a
- Allegoria nauiculę quid sibi ve-
 lit. 20 b
- Allusionibus vbiq; locum esse.
 269 b
- Alphabetum nouum hæreti-
 cis hodię tritissimum, quod.
 381 a
- Altare mysticę quid. 238 b
- Altercando veritatem amitti.
 251 a
- Aman qualis fuerit Thraſo.
 132 a
- Aman quo referat. 132 a
- Amanistę hodię qui. ibid.
- Amanistas non impunę feroci-
 re. 135 a
- Amare & colere multũ differ-
 re. 230 a b
- Amatorem vxoris proprię ve-
 hementiorem, adulterari. 68 a
- Ambitio hodierna quãta. 129 b
 397 a
- Ambrosij de Maria virgine præ-
 conia. 63 a
- Ambulare in veritate, quid. 10 a
- Amici an semper, audiendi.
 396 b
- Amici quomodõ diligendi.
 262 b
- An cum hæreticis fœdera per
 catholicos facienda. 10 a
- Androdo cuidam quid miri ob-
 tulerit. 393 a
- An quis Deum verum in tem-
 plum ethnico adorare queat
 licitę. 223 b
- Angelus Domini, mysticę quid.
 269 a
- Angelos miseris inferuire. 56 a
- Angularis lapis quis. 176 b
- Animam quę peccat, nec pœni-
 tet, morituram. 66 b
- Annę Christi auix memoriam
 ritę in Ecclesia celebrari.
 136 a
- Annulus mysticę quid. 195 b
- Annus prohibitionis quis. 149 b
- Anomia quanta hodię dea.
 57 b
- Antichristi & hæreticorũ con-
 sensus. 306 a
- Apis quid idoli fuerit. 298 b
- Apostolorum omnium Christo
 summę dilectus, quis. 98 a
- Aposynagogi quales essent.
 317 a
- Apparitiones aliquot mortuo-
 rum quomodõ factę. 99 b
- Apparitiones aliquot fictę.
 100 a
- Aqua baptismi qualis. 85 a b
- Aqua piscinę vndę commoue-
 retur. 86 b
- Aqua Spiritus sancti quando in
 nobis operandi locum ha-
 beat. 87 a
- Aqua viua, quid, quæ, & euerita
 dicatur. 256 a b 257 a 385 a
- Aquę Iacobi & Christi compa-
 ratio. 256 b
- Aquę mysterium. 219 b
- Aquę vsus quantus. 256 a
- Aqua cur Deus tanta mirabilia
 peregerit. 84 b

- Arbitrij liberi assertio. 170 a
311 a
- Arbitrij serui assertores q. 358 b
- Arborem ex fructu dignosci.
320 b
- Archiepiscoporu quid sit. 10 a
- Archimandritæ qui. 43 a
- Arctolyçi Luteranis qui. 18 a
- Ariel & Sion quid. 240 a
- Arione an Ionas celebrior.
354 a
- Arrianorum confutatio. 339 b
340 a
- Arianisquam in re Luterani o-
pitulentur. 114 a b
- Articulorũ Græcanicorum vis
quæ. 199 a
- Asebes & anomi Græcis qui dif-
ferant. 50 a
- Asini hodie mysticè qui. 88 a
- Asotia siue luxus hodie vbique
quantus. 192 a
- Assidue orationis vis. 94 b
- Astrologorum cōfutatio. 358 a
- Assyria vndè dicta. 374 a
- Athanasius quanta passus ab he-
reticis. 267 a
- Athei & hamartoli Græcis qui
differant. 50 a
- Atimos quid signet. 226 a
- Auaritia hodierna & luxuria v-
bique quanta. 123 a 255 a
- Auaritia Luterana. 223 a
- Auaritia quale venenum. 224 b
225 a
- Auaritia quibus potissimum vi-
tanda. 228 b
- Auaritiæ vitium quantum. 7 a
- Auarorum dicitur. 404 a b
- Auaros non tam oblectari, quã
cruciari, auro. 72 b
- Auelitæ quid sint. 71 a
- Augustinus qui iuferit in voca-
bulo Adam Græcè scripto.
251 b
- Augustus Imperator vndè lau-
dandus. 129 a
- Aula quid foueat. 132 b
- Aula quid rei sit. 391 a
- Aulam choreas fouere. 300 a
- Aulicorum technæ. 386 a b
- Aurum & argentum Alcumistis
quid. 27 a
- Aurum & sol synonyma qui
sint. 301 a
- Auri & Iouis collatio. 7 a
- Aurum pernicièi vitæ repertum
esse. ibid.
- Autumnus vndè dictus. 171 a
- B
- B**abylon cuius typus. 267 a
- B**abylon hodie quanta, &
proprie quid. 43 a 375 b
393 b
- Babylonis dij quales. 387 b
- Baculus Helisei & baculus Moi-
sis quomodo differant. 327 a
- Baculi S. Petri honesta mentio.
ibid.
- Balanæ veter mysticè quid 59 a
- Baptismus quotuplex. 321 a
- Baptismi præsignatio. 314 b
- Baptismi typus. 221 b
- Baptismi virtus. 344 b
- Baptismum à peccato nos omni-
abluere. 88 a
- Beatitudo qui obtinenda. 182 a
- Beerseba aut Bersabee quid so-
net. 55 a
- Bel mysticè quid. 394 a

I N D E X.

- Bel quis, & vndè dictus, & cuius artis inuentor. 387 b
 Belis & draconis allegoria 394 a
 Belis templum, sacerdotes, & sacrificium quale. 387. 388 b
 Belem quomodo Daniel confecerit. 390 a
 Bella hodierna qualia. 218 a
 Bella pessima quæ. 167 a
 Bellare qui liceat. 218 a
 Benedici quod sit iucundum. 147 a
 Benedictio Esau qualis. 187 b
 Benedictio Iacob quod pertinet, & quæ complectatur. 184 b
 Benedictio qualia dona. 222 b
 Benedictio quid. 184 a
 Benedictionem maioris cur minor iustè adeptus. 182
 Benefacere digno, quid sit. 122 a
 Benefaciendum quibus sit. 335 a
 Beneficia Christi quod datur. 318 b
 Beneficia Dei cumulari. 315 b
 Benè viuendo laudari Deum. 94 b
 Berthæ comitissæ sanctimonia. 135 b
 Berthæ & Elisabethæ laus. 300 a
 Bethania vbi sita. 271 b
 Bethania mysticè quid. 347 b
 Bethesda aut Bethhesda quid significet. 86 a
 Bethesda quid sonet. 85 b
 Bethsaida (alibi Bethsaïda) quid 86 b
 Bibendum de fonte vitæ qui sit. 384 a
 Bibere aquam, quid. 350 b
 Bibere, mysticè quid. 384 a
 Biblia carnaliter lecta, non solum non prodesse, sed etiam nocere. 180 b
 Bibliorum peruersi interpretes, qui. 113 a
 Bifariâ homines peccare. 347 a
 Blasphemiam Christo per Iudæos falsò ascriptam esse. 408 a
 Blasphemiam verbis potius quàm operibus fieri. 408 a
 Blasphemiæ nos causâ qui sumus. 3 a
 Boethij laus. 391 b
 Bona omnia Deo ascribenda. 418 b
 Bona opera Deo placere. 95 a
 Bona opera iustificare. 19 a b
 Bona opera prodesse. 9 b
 Bonitas Dei patris quanta. 198 b
 Bonitatis omnis fons quis. 353 b
 Bonitatem Dei an prauitas nostra impediatur. 251 b
 Bonorum vtilitas. 245 b
 Bonos nusquam non persequi. 171
 Bonum quibus hodie malum. 163 a
 Brachium Domini quale. 148 a b

C

Cæcari impios omnes. 263 b
 Cæcitatæ malum quantum. 316
 Cæcus ad Siloam cur missus. 314 b
 Cæcus qui primùm illuminatus in corpore, post in mente 320 b
 Cæci nati & illuminati allegoria. 321 a
 Cæco offendiculum ponere, quid. 402 a

I N D E X.

- Cæremonialium & Moralium
 quanta differentia. 241 a
- Cæremoniarum cultus qualis.
 244 a
- Cæsaris autoritas quanta. 174 a
- Cæsaris potestas vbi & quandò
 Episcopis inuocanda. 92 b
- Caiphæ consilium seu intentio
 cuiusmodi. 422 a
- Calamitatis ppetuæ causa quæ.
 344 b
- Calceamenta quid. 195 b
- Caligulas hodie qui agant. 123 a
- Calisthenis quanta aduersus A-
 lexandrum magnanimitas.
 301 b
- Calumnia quid, & quantum sit
 sceleris. 19 a 20 a 68 a 401 a
- Calumniæ nati qui. 320 a
- Calumniæ quantum oneris in-
 sit. 265 b
- Calumniæ hereticorum quales.
 251 a
- Calumniæ hodiernæ quantæ, &
 quid præ se ferant. 123 a 161 a
- Calumniis qui se potissimum
 hodie sustentent. 420 a
- Calumniari quibus proprium.
 ibid.
- Cambyses Niniuitis quid fue-
 rit. 379 b
- Campanarum typus. 2 b
- Canones pœnitentiales quales.
 232 a
- Canonum sublatio quid mali
 pariat. 231 b
- Canonicæ preces quales. 94 a
- Canonistis quid agendû. 243 a
- Cantiõne an concio magis ne-
 cessaria. 231 b
- Cappas q potissimû carpât. 18 b
- Capsa, capsaces siue campfaces
 quid. 120 b
- Captiuitas quæ quid typicè in-
 sinuet. 310 a
- Cardiognostes quid sit. 257 a
- Carmelus quid. 325 a
- Carmelitæ q & vndè dicti. ibid.
- Carminibus qualibus oblectent
 se Luterani. 300 a
- Caro Christi qualis. 396 a
- Caro mysticè quid. 300 b
- Caro nostra quid aut qualis.
 20. 21
- Carni molestum, molestius, ac
 molestissimum quid. 245 a
- Carni seu in carne fidere, quid
 sit. 147 b
- Carnem brachiû ponere, quid.
 148 a
- Carnem esse infirmam. 56 a
- Carnem & in bonam accipi par-
 tem. 310 a
- Cassitæ fabula quid sibi velit.
 173 a
- Casta mulier quæ. 265 b
- Castitas & venustas qui conue-
 niant. 262 a
- Castitatis insidiatores quot.
 264 b
- Castitatem esse virtutem ange-
 licam. 264 a
- Catenarum significatio. 25 a
- Catenata esse peccata. 167 b
- Cathedra Christi quid requirat.
 125 a
- Cathedræ quot hodie & quales.
 124 b
- Catholica de libero arb. profes-
 sio qualis. 311 a

INDEX.

- Catholicæ fidei miraculis fulcræ
 sertitudo. 324 a
 Catholicam simplicitatem qui
 traducant hæretici. 102 b
 Catholicum ignauū minùs no-
 cere, quam hæreticum clamo-
 rum. 176 a
 Catholicum scripturæ sensum,
 non hæreticum, Dei vocem
 esse. 174 b
 Catholici ab hæreticis hodiernis
 quid patiantur. 227 a b
 Catholici in fide Patrum quo-
 modo acquiescant. 322 a
 Catoni cui qualis fuerit filius.
 190 a
 Cauda mysticè quid. 391 b
 Cenodoxia quos maximè ve-
 xet. 306 b
 Censuram in Ecclesiam arroga-
 re, quantæ sit arrogantiæ. 307 a
 Cepionis apophthegma. 336 a
 Chaldaicis vocibus aliquot, He-
 bræos vti pro suis. 86 a b
 Chameuniæ quid. 20 a 378 a
 Charismata qui sua det Deus.
 384 b
 Charismatum suorum vsuram
 exposcere Deum. 384 b
 Caritas in quo sita, & qui no-
 bis insit. 219 b
 Caritas quæ qualiâve sentiat.
 325 b
 Charitatis laus. 335 a
 Charitatis præceptum à quibus
 hodiè quâ probè sublatū. 92 a
 Charitatis suose esse gradus. 246 b
 Charitatem & timorè duas esse
 veluti sorores. 399 b
 Chiliastarū hæresis qualis. 311 b
 Choreæ depictio. 300 b
 Chorearum autor quis. 300 a
 Chorearum patroni hodiè qui.
 300 b
 Chorearum scandala quanta.
 300 b
 Choreas ethnicorum fuisse ho-
 nestiores quâ sint nostræ. 301 a
 Choros sacros aboleri, proph-
 nos asseri. 381 a
 Chrestologi qui sint. 314 a
 Christus ad gentes qui venerit.
 382 b
 Christus adulteram quomodo
 absoluerit. 275 a
 Christus cur mortem suam sæ-
 pius prædixerit. 111 b
 Christus cur propheta dictus.
 350 a
 Christus cur se turbarit. 344.
 345 a
 Christus iaguenti Lazaro cur
 non ad fuerit. 340 a
 Christus laudem qui suam que-
 sierit, aut nō quesierit. 357 a b
 Christus multa cur quasi nesci-
 quæsierit. 345 a
 Christus quandiu nobiscum fu-
 turus. 314 a b
 Christus quâdo potissimum iu-
 uet. 246 b
 Christus quare aliquoties ita se
 quasi matrem non agnosce-
 ret, gesserit. 64 a
 Christus quatenus noster sit ad
 uocatus. 349 a
 Christus quō sanarit. 346 b
 Christus verus Deus & homo,
 modo hominè, modo Deum
 refert. 339 b

INDEX.

- Christi comitas quanta etiã er-
ga inimicos. 381 b
- Christi corpus solui & excitari
quomodo intelligendũ. 296 b
- Christi doctrine scopus. 350 a
- Christi & diaboli pugna quan-
ta. 407 b
- Christi & Moisis collatio. 319 b
- Christi gloria quanto Mosaica
maior. 308 a
- Christi mortem, sacrificiũ fuis-
se. 116 a
- Christi officium summũ quod.
349 b
- Christi super Lazaro fletum, va-
riè à diuersis acceptum. 345
a b
- Christi testimonium quale. 355 b
- Christi turbatio quid fuerit. 345
a 344.
- Christi vitę modus. 271 a
- Christo concionanti quare sug-
gestum, matrem & fratres e-
ius ipsum querere. 61 a
- Christum ad fontem Iacob præ-
dicasse, quid sibi velit. 255 b
- Christum confiteri prophetam.
qualis olim confessio. 317 a
- Christũ corporaliter nobis ad-
esse. 383 a
- Christum esse Dei filium, vnde
vulgus collegerit. 308 b
- Christum & Deũ & hominem
verum esse. 340 a
- Christum & nesciri & sciri.
357 b
- Christum & pastorem & pabu-
lum & potum esse. 350 b
- Christum & scribendo & discẽ-
do Iudęos arguisse. 274 b
- Christum vehementem pariter
& clementem fuisse. 111 b
- Christum etiamnum in templo
deambulare. 52 b
- Christum falsò per Luteranos
de matris suę & fidelis cuius-
que collatione traduci. 61 b
- Christum fugisse laudem huma-
nam, nobis mysticè quid.
315 a
- Christum in monte Thabor so-
lum remansisse, quid præ se fe-
rat. 102 a
- Christũ Iudęi cognoscere qua-
re non potuerint. 356 a
- Christũ nobis omnia esse. 383 b
- Christum nõ fecisse malũ. 345 b
- Christum obtulisse se volentem.
309 a
- Christum penes fuisse & mori
& viuere. 382 b
- Christum plus dare quam roge-
tur. 343 a
- Christum prædicare, quale quid.
320 b
- Christum qui adhuc viuẽtem in
carne nouerint, qui cur haud
nõrint. 380 a
- Christum risisse non legi. 345 a
- Christum rursus crucifigere,
quid. 3 a
- Christum variè quæri. 111 b
- Christianismum quid vocent &
quam odiant Iudęi. 249 b
- Christiano turpissimũ quid. 23 b
- Christianorum iustitiam quan-
tam esse oporteat. 21 b
- Christianos erumnis & labori-
bus necessario grauari. 28 a
- Chrysofomi laus & lachry-

INDEX.

- | | |
|--|---|
| <p>me. 129 a</p> <p>Cibus Christianorum qualis esse nominariq; debeat. 57 b</p> <p>Cibus patrius mysticè quid. 393 b</p> <p>Cibus quo Iacob fratrem suum primogenitura emunxit, qualis. 181. 182 a</p> <p>Cibum per se coinquinatum non esse. 241 a</p> <p>Cicero studiis quid suis quæserit. 306 a</p> <p>Ciceronis apophthegma. 69 a b</p> <p>Cilicium quid vestis sit. 378 a</p> <p>Cinere poenitentes vti. 378 a</p> <p>Circuncisio quorum fuerit, & qui fieret. 308 a</p> <p>Circuncisionè gentibus sub lege necessariã non fuisse. 224 a</p> <p>Circunventionis crimen quale. 402 b</p> <p>Cistarij novi seu gazophylaces Luterani, quales. 358 a</p> <p>Cisterna persuens, quid. 26 b</p> <p>Cisternas qui sibi qui fodiãt. ib.</p> <p>Civis, cuius porcos Prodigus pavit, quid signet. 192 b</p> <p>Civis vocari soluti qui. 404 a</p> <p>Ciuitatum aliquot ampliarũ catalogus. 376 a</p> <p>Clamandũ patientibus vim mulieribus. 265 a</p> <p>Claues Petro qui traditæ. 234 a</p> <p>Clementia Dei quorsum prædicanda. 2 a</p> <p>Clemẽtiã laus acraritas. 41. 42 b</p> <p>Clerici & laici status differentia. 238 a</p> <p>Clerus ne propter ambitionem perdendus. 397 a</p> | <p>Clerum dormitantẽ meritò excitari. 389 b</p> <p>Cænobia quibus hodiè potissimum structa videantur. 229 a</p> <p>Cognitio Dei in quo sita. 305 b</p> <p>Cognitio sui ipsius, quotus gratiæ gradus. 193 a</p> <p>Collecte in Missa ratio quantilla habeatur hodiè. 392 a</p> <p>Colloquium Christi, Moisis & Helix cuiusmodi. 98 b</p> <p>Columbas vexari hodiè, coruis parci. 232 b</p> <p>Columnæ Ecclesiæ qui sint. 91 a</p> <p>Comedere in montibus. 67 b</p> <p>Comedi zelo quis dicatur. 295 a</p> <p>Commotio aquæ cuius quid significãrit. 87 a</p> <p>Communi cibo vesci, quantum sit apud Iudeos peccatũ. 241 a</p> <p>Comediæ quem in vsũ scripturæ. 189 b</p> <p>Concilium cuiam primas aut secundas tribuat. 423 a</p> <p>Concilium qui ritè congregatur. 422 b</p> <p>Concionatoris quid sit. 19 b</p> <p>Conclauè cuique suum, qui fiat facellum. 98 a</p> <p>Conclusos sub peccato omnes esse. 199 a</p> <p>Concordia quàm Deo grata. 250 a</p> <p>Concupiscentia quæ cur verita 137 a</p> <p>Concupiscentiæ resistendum. 263 b</p> <p>Condemnari sua quem sententia, quale. 173 b</p> <p>Cõfessio necessaria. 193 b 398 b</p> |
|--|---|

INDEX.

- Confessio quæ quam hodiè desideretur. 100 b
- Confessionis exemplum & utilitas quanta. 171 a b
- Confessionem non modo verborum, sed & vitæ esse. 399 b
- Cõfiderere in creatura, quid. 146 a
- Confidere in se, minus stultum esse, quam in altero. 146 a
- Conformes Christi quomodo sumus. 328 a
- Confusio vbi sit. 249 a
- Cõfusionis hodiernæ causa qui sint. 34 a
- Conglorificandi cum Christo, qui. 334 b
- Coniugali debito quando superfedendum. 3 a
- Coniuges pios esse concordēs. 323 a
- Coniugij honor (tamesi eo loci callidè aliorum adductus) quantus. 247 a
- Coniugia quædam cur statim morte soluantur. 323 a
- Consolandi qui. 353 a
- Conscientiæ suæ quanta cuique habenda ratio. 10 b
- Conscientiæ quantis hodiè te nebris obductæ; 231 b
- Conscientiæ quæ quam sint late. 93 a
- Consequentiis qualibus contra veritatem vtantur hæretici. 172 a
- Consilium Domini contra prælatorum exempla, quale. 124 a
- Consilium Domini non fieri irritum. 180 a
- Consilium malum cui sit pessimum. 173 a
- Constantinopoli qui nuper Hebraici libri reperi. 261 b
- Constantinopolin Christianis hodiè esse veluti Babylonem. 100 a
- Cõstitutiones humanæ qui obseruandæ. 243 a
- Cõsuetudo lacerandi vestes quæ. 220 a
- Conterraneos suos quomodo honorarit Christus. 225 b
- Continents & nubentis, nõ eadem esse merita. 83 a
- Continuè qui oreitur. 94 a
- Continuum quid sit. 199 b
- Contraria contrariis castiganda, & conferenda. 82 a 96 a
- Conuersio nostra quam sit Deo grata. 94 a
- Conuersio vera qui fiat. 2 a
- Conuerti, quid sit. 2 a
- Conuicia hæretica qualia. 381 a
- Cõuicia hæreticorum an timenda. 318 b
- Conuiuium prodigo pccententi apparatus, quotidie qui re præsentetur. 196 a b
- Cor carneum quid. 310 b
- Cor hominis quale. 297 a 151 b
- Cor humanum cur vocetur profundum. 152 b
- Cor prauorum quale. 152 b
- Cor scindere. 2 a
- Cor terræ quid. 59 a
- Cor, virtutum ac vitiorum omnium esse fontem. 403 b
- Corban hodiè quid. 51 b
- Corban quid nominis sit. 239 b
- Cordis vocola totum hominem

INDEX.

- intelligi. 151 b
- Corde toto conuerti, quid. 1 d
- Cores Hebraicè quid. 386 a
- Cornua quatuor vati Zachariæ
visa, mysticè quid. 1 b
- Coronare sua in nobis Deum
opera. 384 a
- Corpus nostrum mysticè quid.
395 b
- Corpora sanctorum qui tangē-
da. 327 b
- Corruptio quæ qui futura. 232
a b
- Corripiendum qui sit, 232 b
- Corripiēti de corrupto qui spe-
randum. 232 b
- Creaturam nullam Deo confe-
rendam, nedum præferendam.
147 a
- Creaturas saluare nequire. 151 a
- Credendū cuius non esse. 262 b
- Credientem, qui nec amet, nec
operetur, mendacem esse. 245
a b
- Criminatio quantum sit vitij.
403 a
- Criminationis hodiè nec prin-
cipes pudere. 403 a
- Crucis offendiculum quibus nō
noceat. 342 a
- Crucis S. lignum vbi aliquandiū
latuerit. 87 a
- Crucis seu crucifixi figurā quā
oderint Iudæi. 240 b
- Crucem scandala pati. 391 b
- Crucis in viis erectas cur lute-
rani frangant. 165 b 166 a
- Crucifigi Christum qui & ho-
diè clamitent. 53 a
- Crucifixio Christi quomodo &
supplicium & sacrificium fue-
rit. 116 a
- Crucifixionis scandalo quid oc-
currerit. 391 b
- Cuique suo pro merito præmiū
à Deo dandum. 149 a
- Culpa cuique sua qui luenda.
313 b
- Culpam cur Deus prius decla-
ret, quàm pœnā irroget. 252 b
- Culpam & pœnam sibi corre-
spondere. 252 b
- Culpam simul & pœnam qui
quando condonet Deus. 2 b
- Culpa quenque perire sua. 66 a
- Cur etiā pro iis quæ habemus,
tanquam nondum habitis, o-
randum. 109 b
- Cypriano quid iustus fuerit in
vocula Adam, Græcè scripta.
351 b
- Cyrus cuius typus. 348 a
- Cyrus Hebraicè qui vocetur.
386 a
- Cyrus verus quis. 310 a
- Cyri insignes quot. 387 a
- ## D
- D** Actylion quid. 195 b
- D**emonum eiectio quid in
Christo declararit. 247 b
- Danda quæ qui sint. 70 a
- Dandi ratio quæ. 7 b
- Daniel mysticè quis. 394 a
- Daniel orās, qui exorarit. 109 a
- Daniel prouerbialiter quid.
411 a
- Daniel quoties leonibus obie-
ctus. 386 b
- Danielis anni quot. 386 a
- Danielis & Abacuc historie dis-

INDEX.

- cussio. 392.393 a
 Danielis industria. 390 b
 Danielis pietas quàm sit celebris. 108 b
 Danielis priuilegium, non cuius adolescenti vsurpandum. 268 a
 Danieli cur à leonibus parsum. 392 a
 Danieli Susannæ patrono, an quis patrocinarus. 391 b
 Daniele hodie quinam falso iactitent. 381 a
 Daniele quis decuerit cibus. 393 b
 Daniele se exhibere, quenque oportere. 100 a
 Danistæ publica qui sint hodie calamitas. 123 a
 Dare quibus, quam recipere, sit melius. 222 b
 Darianes quid. 386 a
 Darius Hebraicè qui vocetur. 386 a
 Darij quot fuerint. 387 a
 Dariorum clarissimi qui. 387 b
 Dariones, Eleemosynæ vocabulo indigne, quæ. 24 a
 Davidis authoritas quanta. 10. 11 a 408 b
 Debere, seu debitorem esse quale quid. 231 a
 Debita iustè repetenda, quæ. 20 b
 Decalogus cur nobis potissimum commendetur. 236 a
 Decalogus in Ecclesia quàm religiose habitus. 235 a
 Decalogi breuis expositio. 235 b
 Decem præcepta quæ cur potissimum adeo celebria. ibid.
 Declinare à malo quid. 82 a
 Defuncti in Domino, quantum apud ipsum valeant. 12 b
 Defunctos in Christo, viuis prodesse. 11 a
 Degeneres cur fiant filij. 189 b
 Deitatis Christi ostensio. 341 b
 Deitatem suam quàm Christus variè ostenderit. 97 a
 Deliciæ quam hodie ab omnibus quærantur. 376 a
 Democratia qualis. 249 a
 Desperandum de Deo nemini. 11 b
 Desperandum nulli cur sit peccatori. 259 b
 Deuia vndique fugienda. 20 a
 Deus à quibus semper quærendus. 49 a
 Deus cur det cleméter & abùde. 229.230 a b
 Deus cur suam aliquando sententiam mutet. 9 a
 Deus quomodo & visus sit & videri possit. 102 b
 Dei & deorum discrimen cur scitu necessarium. 409 a
 Dei templa qui quomodo dicantur. 296 a
 Dei vnus assertio. 301.302 a
 Dei vnus inculcatio cur Iudæis necessaria. 235 b
 Deum & deos discerni. 409 a
 Deum frustrari aliquando & decipere, non mentiri. 326 b
 Deum multifariam loqui. 119 a
 Deum perinde clementem ac iustum esse. 38 b
 Deum sustinere se cogi. 303 b

INDEX.

- Deum vnum qui colamus. 302
 Dij Gentilium præcipui qui. 201 a
 Dij plures qui & quomodo sint 409 a
 Dij quæ personæ cur dicantur. 401 b
 Deorum ethnicorû copia quæ. 308 b
 Deorum præcipui qui. 301 a
 Dexteram aliquid dare, quid. 6 a
 Diabolen, esse Lutherani euange-
 lij fructum. 61 b
 Diabolen siue calumniam, ho-
 die euangelium esse. 403 b
 Diabolus olim per serpêtem lo-
oſtenſio. 277 a b
- Vniuerſus puluis pigmētarius
quid. 244 a
- Vnum neceſſarium quid.
241 a
- Vocabulorum nouorum præ-
ter neceſſitatem inductio
quid pertendat. 271. 272 a
- Vocatio gentium quid ſyna-
gogæ conſolatoria. 69 a
- Vocatio gentium quã fit apud
prophetas celebris. 66 a

INDEX.

- | | |
|--|--|
| Vocatio quæ quomodo futu-
ra. 11 b. 12 a | X Eniorum noui anni mis-
sio quid nos mysticè.
doceret. 65 b. 66 a. |
| Vocatio quos habeat gradus.
10 a b | Y |
| Vocationem Apostolicam qui
quomodo doceant. 7 b | Y Quibus & cur ob ocu-
los ponendum. 282 b. |
| Vocationum diuersitas an ec-
clesiæ vnitatem tollat.
267 a b | Z |
| Votum quod quale. 47 b | Z Acarias inter altare &
templum occisus quis.
28 b |
| Vox quæ quid significet.
44 a | Zacariani cantici expositio.
179 a b |
| Vrbecula vna an pro toto ha-
benda. 70 a b | Zadik quid sonet. 191 a |
| Vulgo placere quale quid.
189 a | Zadik quis vnde cognomina-
tus. 90 b |
| Vultus Christi qualis.
92 b | Zebedæidis seu matris Zebe-
dæanorum affectus quis.
214 a |
| Vxorem meretriciè amare,
quale. 46 b. 47 a | Zelotes quis Apostolorum co-
gnomiatus. 292 b |
| X | Zelotæ qui. 55 b |

INDICIS FINIS.

X Quo in hoc autore seculi
ariter cavenda lectori: alte-
rum quod liberius et acri-
us involvitur in ceterum:
alterum, quod scripturae
locis deus adducit, non
edictione Fulgata.

IN DIE CINE

RVM, LECTIO E-

PISTOLICA IO-

HELIS II.


ojo. X

SVMMARIVM LECTIONIS

SEQUENTIS.

Verbum dominicum denuntiatur per vniuersum orbem terrarum omni populo, ipsum vehemensissime ad poenitentiam, dum eius adhuc locus est, vocans. Poenitentia non verba simulanda, sed re ipsa praestanda, in scandalorum omnigenam euitationem, & communem omnium aedificationem. Talis poenitentia habet vim & efficaciam ad commouendam Dei clementiam, ad auferendum a nobis omne indignationis eius supplicium, & ad consequendam pacem & benedictionem omnem.

TEXTVS.



Acc dicit Dominus: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Et conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens & multae misericordiae, & praestabilis super malitia. Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem? Sacrificium & libamen Domino Deo nostro. Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, vocate caetum, congregate populum, sanctificate Ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos & sugentes vbera. Egredietur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hereditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis, vbi est Deus eorum? Zelatus est Dominus super terram

EXE'GE. LECTIO. EPIST.

suam, pepercit populo suo. Et respondit Dominus, & dixit populo suo: Ecce ego mittam vobis frumentum & vinum & oleum, & replebimini in eis, & non dabo vos ultra opprobrium in gentibus.

EXE'GESIS.

ISOHEL propheta, per quem Dominus præmissa verba locutus est, populo Israeli, quantum in se fuit, studiose inferuivit, si fieri potuisset, in eius salutem. Adumbravit ergò illi atque ob oculos posuit Dei iram & vindictam. Excitavit atque inuitavit eum ad salutarem pœnitentiam, desleuit eius exterminium & exitium, publicam eius luxit calamitatem & cladem, clamavit pro populo eo ad Dominum Deum ex toto corde suo. Verùm actum egit. Præfractus populus benedictionem Dei noluit, & elongata est ab eo. Vlrò sibi malum cõfciuit perinax populus. Populus Christianus à maximo vsque ad minimum exemplum perinaciæ eius egregie exprimit. Nihil ergò sperandum nobis, quàm similem transgressionem, similem fecuturam pœnam. Israel carnalis ille varia Dei iustitiæ expertus est flagella: Primò Assyriorum, deinde Babylioniorum siue Chaldæorum, tertio Medorum & Persarum & Macedonum, quarto Romanorum. Hæc sunt cornua illa, quatuor, quæ propheta Zacharias longè antè præuidit, vt vides eiusdè cap. i. Populus verò Christianus quales & quos hostes, Dei flagella, sustinuerit, nemo ignorat. Maximam partem orbis terrarum, quam Ecclesia possedit; Turcarum tyrannis abstulit. Hodierna impietas multis parasangis patrum nostrorum transgressionem excellit. Oriens (si dissimulare non voluerimus) iam per vim Occidentis peccatorum iustificatur. Videmus ergò luce clarius, nostrum Salmanasarem & Nabuchodonosorem ante fores nostras stantes. Consultum itaque fuerit, vt malo Israelis & Græcorum cautiore facti, tandem respiscamus. Sed diuine Propheta Iohel, cedò, quid factu operæ precium? *Conuertimini ad me, ait, in toto corde vestro:* Hoc est, Cessate facere malum, abistite peccato, & facite bonum per reliquum temporis, quod vobis ad pœnitentiam est supernè datum. *Toto corde, ait, hoc est, concepto odio peccati & amore iustitiæ. Totu*

*Carnalis
Israel
quatuor
flagellis
inimicorū
percussus.*

*Pœnitentia
modus.*

cor, exprimit affectum bonum, quem sequitur effectus non malus. Sequitur ergò, *in ieiunio & in fletu*. Redit ad contritionem, contra Luteri dogma, qui pœnitentiam dicit nescio quo spiritali gaudio exordiendam. Propheeta contritionem, fletum, planctum, & cordis scissionem postulat Iudæi in cordis dissecationis symbolon, etiam vestes dissecare solebant: sed maior pars carnalium in vestium dilaceratione, & non in cordis compunctione, simulabant magis quàm faciebant pœnitentiam. Contra hypocrisin eam ait, *Et non vestimenta vestra*. Quid commeruere vestes? Nunquid vestis suafit, vt prauaricareris & delinqueres? Cor est malæ voluntatis prauus consultor: Cor ergò scindas, hoc est, tuam ipsius prauitatem, mali cordis pessimum consilium & voluntaté *Marc. 7.* accusa. Cor est quod praua eructat. Meritò ergò rumpitur cor dolore. Aded conuersio vera neque citra dolorem, neque citra opera bona fieri potest. *Conuersio vera dolorosa, & bonorum operũ scanda.* Conuerti enim, primò est, malum consilium carpere: secundò, à Belial ad Christum conuerti: denique fructus dignos pœnitentiæ proferre: pro superbia humiliatiõnem, pro auaritia elemosynæ largitionem & hospitalitatem, pro libidine cœlibem vitam, pro luxuria & crapula abstinentiam &c. Bis ait, *Conuertimini*: alterum ad fidem, alterum ad operum bonorum exercitium pertinet. Quid autem? Nunquid non sic conuertentes Dominus recipit? Maximè. Nam teste Propheta, Benignus & misericors est &c. Hoc cum certum sit, nõsque hoc ipsum cum confiteamur, consecrancum est, Dominum respicientes in suam gratiam recipere. Præcipuè ergò hoc cuius homini obseruandum, quòd Deus benignus patiens, multæ misericordiæ & præstabilis super malitia dicitur, est, & creditur. Hebraismus notatu dignus. *Hanus* idem significat quod propitius seu clemens, Gnedig. *Rhum* misericors, Barinhertzig. *Erech appaim*, comem, benignum, mitem, lanctsamzumzorn. *Rab hesed* de magna bonitate, von grosser gutigteyt, *Ni ham al ha rash*, quem pœniteat, si aliquid austerum facere oporteat. *Clemètia Dei quor* Haudquaquàm. Sed vt tam clementem, tam bonum sum præ-Dominum nobis reconciliare studeamus, paratum no- *dicitur.*

EXEGE. LECTIO. EPISTOL.

bis parcere resipiscentibus. Sequitur textus: *Quis scit si conuertatur & ignoscat &c?* Si cōuertatur: Sensus est, conuertetur certo ad nos, modo nos quoque reuertamur ad ipsum. Intelligendum de pœna. Sic etiam Dei intelligendum pœnitere. Pœniteat te peccati, & pœnitebit Deum in te destinatae plagæ siue pœnæ. Vide Psalmo 105. & Hierem. 26. Aliàs de Deo scriptũ est, *Lo ij nahem*, hoc est, non pœnitebit eum, 1. Regũ 15. Sanctus Hieronymus in hunc locum propheticum ait: Quis scit, quasi dicat: Sententiam tempero, & opto magis quàm præsumo. Sperandum pœnitentibus, quoniam Deus bonus est. Immò, vt Euangelista habet, solus bonus. Non solum ergò culpam remittet, sed & pœnam, secundum diuitias bonitatis suæ, tradet obliuioni. Benedicet terræ, & dabit fructum. Aerem temperabit, furorem martis compescet. Omnia expectanda è manu clementiæ eius, 1. Paral. 29. Reconciliati ergò Deo, assiduè nos ipsos victimam laudis illi offeramus: Illi soli nos totos offeramus, quia oues eius pascuæ sumus. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Caterum cum vera pœnitentia res sit admodum difficilis & rara, propheta vehementi spiritu ad ipsam nos prouocat. Exæstuantì diuino furori, ioco non est occurrendam. *Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, conuocate cœtum, congregate populum &c.* Tubas hîc intellige sacerdotales, quæ erant in lege hac, quod nunc in Ecclesia sunt æramenta, quæ hodiè campanæ vocantur. Luterani omnia quæ Ecclesiæ sunt, vnà cupiunt sublata, & in aulam translata. Dominus Deus furori vesanorum obfistere dignetur. *In Sion*, ait. In vno loco voluit sibi Deus sacrificari propter Ecclesiæ vnitatem. In hæreticorum conciliabulis diabolus habitat, non Deus pacis & vnitatis. Populum vult congregari: inde tenet ille mos Ecclesiæ, quo stationes, processiones, & hoc genus supplicationum Ecclesia solet celebrare, quæ item nostri noui hodiè abolent euangelica-

Psal. 84.

*Nò omne
ieiunium
sanctum.*

stri. *Sanctificate ieiunium.* Eccè tibi, non omne ieiunium sanctum esse. Quod verò sanctum? Sancire, significat statuere: vndè sancitum siue sanctum, dicitur quasi constitutum, decretum &c. Vult sacerdotes publicum prædicare atque indicere ieiunium. Tale Deo acceptum:

quia obedientia victimæ præualeat. Accedit huc quòd generale ieiunium æquè Deum placat, atque oratio publica. Vulgò quoque dicitur, Publica vota placât. Vult ergo propheta omnes conuenire, senes & iuuenes. Rectè ieiunant & senes & iuuenes, quia vna peccauimus omnes. Egrediatur sponsus de thalamo suo. Papisticum hoc quoq; Lutherani nolunt ieiunium sanctificari solenne, Dicunt spiritum cuique præscribere tempus ieiunandi. Exemplum eius præscriptionis vides in edormitori- bus crapularum. Nouum quoque euàngelium adeò rem probat conjugalis debiti, vt meritum saltem in ea restat: legere horas canonicas, abstinere, continere &c. merito omni defraudet. Tale virus non ausus euomere Iouinianus, qui vesci & ieiunare, continere & rei indulgere vxoriæ, eiusdem docuit esse meriti. Papisticum etiam est quod Apostolus ait. Nè fraudetis vos inuicem 1. Cor. 7. nisi si quid ex consensu, vt vacetis ieiunio & præcâioni. Et hoc est ieiunium sanctificare. Simile vides Exodi 19. vbi conjugale debitum propter festa solennia & in aliis arduis prohibetur synagogæ officiis. Hieronymus ergò rectè ait, Precari nõ adeò cum opere nuptiali conuenire. Huiusmodi ieiunij sanctificationis exemplum vides Ionæ 3. & 3. Regum 21. Profuit humiliatio impiis Niniuitis & Achabo regi: quare ergò non sit meritorium Dei filiis? Sacerdotes plorent, hoc est, plangendo Deum exorent. Celebris est in scriptura oratio iuncta lacrymis. *Parce Domine parce populo tuo,* Respice patres sanctos, cum quibus pacis æternæ pactus es fœdus, quos hæreditatem tibi elegisti. Euge benigne Deus, vel propter ipsos patres parce filiis, ne hæreditas tua veniat in opprobrium gentibus. De hoc genus blasphemii habes 4. Reg. 18. 2. Paralipo. 23. Esaïæ 36. & 37. Sed & mala vita ad gratiam vocatorum æque, immò plus, Deum opprobriis onerat. Apostolus vocat peccatum vocatorum & gratia data abutentium, Christum rursus crucifigere. Sumus ergò pertinaciter peccantes, abusus omnes mordicus perpetuantes, hæreses obstinate asserentes, causa blasphemiarum, quibus contra Christum abundant Saraceni, sed & nos vnâ rursus crucifigimus Christum. Maxima inde nos

*Peccatis
abstistere
quo facile
fiat.*

manet pœna, æternalis nimirum & temporalis, cuius hodiè apertissima videmus argumenta, rixas, tumultus, bella, famem, Turcicam denique tempestatem debacchabundam. Dicitis, durum esse abstinere peccatis consuetis. Respondeo facile esse, si pœnam, quam pœnitentia euadere possumus, & benedictiones, quas sic meremur, rite æstimauerimus. De larga istac benedictione sequitur: *Ecce ego mittam vobis frumentum, &c.* Obserua ordinem contextus. Primò præcipitur quid nos facere deceat: Dein, quid Deus nobis pœnitentiam dignam facientibus retribuere velit, prædicatur. Exempla eius loci Biblia legenti passim obuia sunt, Faxit Deus, tantis minis quæ propter peccata nostra nos vndique vrgent, à peccatis absterreamur. Bonis tantis, quæ hîc & vndique in scriptura promittuntur, pœnitentes alliciamur, vt Dei misericordia rectè æstimata, ipsum amemus, & vitæ nouitate placeamus, Amen.

THESES E PROPHEtica
lectione.

1. *Pœnitendum citò, pœnitentiam non procrastinandam. Stultum est dicere, Cras vinam. Vinendum hodie.*
2. *Ad pœnitentiam pertinet contritio, & confessio Adami interni, lugentis & plangentis peccata cum occulta tum manifesta, nota nobis simul atque ignota, voluntaria non solum, verum etiam in ea quæ casu commisimus.*
3. *Pertinet & ad veram pœnitentiam fides firma in Deum, & fiducia certa gratiæ diuinæ. Fides huiusmodi promissionum gratiæ Dei usum nouit.*
4. *Ordine item hic opus est certo atque decenti. Est autem huius rei moderatio commissa Episcopis. Vos, ait Apostolus, præfecit Dominus Ecclesiæ.*
5. *Publica ieiunia sanctè obseruare, Deo acceptabile est sacrificium: Quoniam hoc negent inficidores & tergiversatores Lutherani. Suprà capite 1. vides nobis ieiunij sanctificationem, itidem vt hic, præscribi.*
6. *Rahal, siue chorus & concio Ecclesiastica, longè aliud est quàm forensis congregatio. Sed quoniam & in ciuilibus conuentibus, vt Cicero monet in officiis, præcipuum decus est obseruandum, quis non videat longè maiori decore & honestate, vt noster*

monet *Apostolus*, in *Ecclesia Christi* fieri debere omnia? Hoc est quod propheta hic monet sanctificandum ieiunium, & quod sponsam thalamum exire iubet, *Hæc est continentia à licitis, ne- dium abstinentia ab illicitis.*

7. Pulchrum est & Deo acceptabile sacrificium, sacerdotem in presbyterio, hoc est, in loco sacerdotibus duntaxat consecrato, quemne quidem *Cæsarem* occupare permisit *Ambrosius*, stare & officio suo fungentem, pro suis & populi orare erratis.

8. Post hæc sequitur, Cum Deo hominem in gratiam redire. Post hæc, inquam, sequitur reconciliatio & indulgentia. Primum oratur: *Parce Domine, parce.* Ad hoc respondetur, *Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo. Item Quia orasti me, exorasti: ecce omne debitum remisi, Matthæi 18.*

9. *Victus, amictus, salubritas corporum, temperies aeris, pax & hoc genus temporalium donorum subiicientur tum sub pedibus nostris, nobis primum regnum Dei & eius iustitiam querentibus. Scit Deus pater quale figmentum simus, & quibus opus habeamus, Matthæi 6. At itaque Dominus apud Esai. 55. Imber cæli & nix inebriet & fecundet terram, faciatque eam germinare, & det semen serenti, & c.*

IN EODÈM DIE EVANGELICA
Lectio ex Apostoli & Euangelistæ Matt. cap. VI.
SYMMARIUM LECTIOMIS.

Præceptor noster & foter *Christus Iesus* docet nos in præsentī lectione ieiunandi modum. Docet nos item thesaurizandi viam. Ieiunandi modum non vult esse hypocriticum. Diuitias congregandi viam, non vult esse auaritiā sacramque auri famem. Quam inuet præceptum hoc tam rarum & tam salutare audire, hæctenus paucis reuelatum.

TEXTVS.

Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrite, tristes: exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi erugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, ubi neque erugo neque tinea demolitur, & ubi

fures non effodiant nec furantur. 17 bi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

EXEGESIS.

Christus Iesus in æternum benedictus noster Dominus & magister, in hoc cap. tria vnâ tradit, nempe orationem, eleemosynam & ieiunium, insinuans tria hæc cohærere debere. Priora duo in præcedentibus, hîc postèrius, ieiunium nimirum, docet. Vult in hisce pietatis & religionis sanctæ exercitiis nihil inhærere humanæ gloriæ. Gloria vana siue pharisaica illa ostentatio & hypocrisis, præsens nebula est, omnia corumpens opera bona. Carpit ergo phariseos & hypocritas Christus vehementer vndique ferè apud Evangelistas, præcipuè verò hoc in cap. & infra 23. item Ioan. 5. & 12. Gloriosuli pharisei tumida iactantia apud Lucam cap. 18. omnibus est nota. Tale monstrum etiam videmus descriptum in Vitis patrum. Damnatur ibi Eremita, propterquæ quod sua ipsius opera prædicabat, latronemque quendam, qui propter sua facinora supplicio afficiebatur, condemnabat. Christiani didicerunt à Christo esse mites & humiles corde. Pharisaistæ itaque sunt, non Christi, sese effertentes, sese coronantes, sese adhuc in terra degentes, diuos ostentantes, suasque (vt Iob ait) manus adorantes. Hi que sunt veri inimici crucis, hoc est, meritorum Christi, non minùs quàm manifesti malefactores. Hi sæpenumerò illos præcedunt in regni cælorum aditu. E regione hodie noua hypocrisis nimirum deflectit ad sinistram, quos non iniuria vocamus hæreticos & schismaticos. Bona opera suo defraudant merito. dicunt, cantillant, & scribunt ea non prodesse, nichts gelten, non custodire & c. Sacramenta Ecclesiæ, disciplinas & cæremonias prorsus obliterant, sensum communem fabulam habent anilem, & nescio quod papisticum commentum. Negant hominem etiam renatum, sui esse arbitrij, & ipsi nihil nisi libertatem indulgentiorem licentiosemque quærunt, veri Belialitæ. Filij Belial, non Christiani, nolunt Ecclesiæ Romanæ legibus subesse, stata ieiunia tanquàm diabolicas execrantur illusiones, vndè liberius tanquàm Deo obsequium præstituri, & verum laudis sacrificium facturi,

Gloria hypocrítica taxatur.

*Hypocrisis noua Lutera-
norum.*

ieiunij tempore conuiuantur & pergræcantur. Parùm est hoc prophanos principes facere in Comitijis, hoc horrendum est dictu, quòd etiam in Metropoli ipsi Canonici Capitulares, Cantores, Custodes, Scholastici, Decani atque Præpositi, illustri profapia Duces & comites nati, præcipuè verò per nouum euangelion Luteranæ inuentionis illuminati, tempore quadragesimali, in hebdomada pœnosa publicè lepores & hoc genus ferinæ cum aquaticæ tum terrestris, vndeuis comparatum comportant, taliq̃e coquunt copia, vt nidor vicos eos in quibus habitant, repleat. Nec hastenus suum hoc tam delicatum euangelion illustrât homines delicatuli. Accedit huc comessatio, nec ea honesta. Puellas enim venustiores & lasciuix nobiliores, per suos internuncios lenones accersunt, non Papisti, sed Priapisti, parasceuen in carnialia & lupanaria vertentes. Hypocritæ prisca virtutum specie, ieiunio, corporis castigatione, elemosynæ largitione, frequenti & assidua oratione, & hoc genus operum (secundum externam speciem) bonorum, popularem aurem venabantur. Hæretici luxuria, lasciuia, indulgentia carnali, & hoc genus vitij, etiam ethnicis prisca odiois, gloriam sanctimonix quærunt. Taceo quòd Ecclesiæ bonis, quæ pauperum sunt, ita lasciuunt, etiam simoniaci & sacrilegi, ne quid hæresi de sit. Est apud Luteranos versiculus, quem in Papistas torquent:

Hie gut tag dort das hellisch feur

So sientensie vnd braten sie die koln feyn innit theur.

Hoc est,

Huius delicias post vitæ, flamma gehennæ Elixabit & assabit prunis locupletes. Quid verò? Hæreticos eulogion hoc magis tangit, an hypocritas? Vtique. Delicatuli enim sunt hæretici: exterminatis verò faciebus ieiunantes apparent hypocritæ. Deinde hæretici scandalo pios omnes afficiunt, hypocritæ saltē seipos decipiunt, aliis commodantes. Quis non videat etiam papisticos hypocritas remissius iudicium posthac audituros, quàm Priapistas Epicurites hos? Illi meticulosi sue supersticiosi, hi peccant iactabundi & gloriosi. Hæc in Metropoli acta esse, nemo nescit. Censura hic nulla.

*Principes
viri Eccle-
siae prelati
præcipuè
Luterani,
scandalis
exstant.*

*Hæresis
hypocriti
deterior.*

EXEGE. LECTIO. EVANGE.

*Mens Ec-
clesiæ in
disciplinis
observan-
da.*

Contra, huiusmodi abominationes hæreticas taxare, capitale est. O speculatores cæcos. O canes mutos. Nisi Dominus hos dies abbreviauerit, quis rogo constiterit? Qui Ecclesiæ sunt, mentem Ecclesiæ norunt. Pauperum & ægrotorum pia mater curam semper habet. Canones dicunt, cum moderatione circa infirmos. Viderint superintendentes vt Ecclesiam referant, & se Papas, hoc est, patres plebi pauperum & ægrotorum exhibeant. *Ieiunantes*, ait Christus, *nolite fieri sicut hypocrite, tristes, austeri, sæui &c.* Pius sic sibi superflua subtrahit, vt inde egenis & ægrotis ex charitate succurrat. Qui sic ieiunat charitate præditus, tristis non est, sed iucundus. Hypocritæ ieiunantes, volunt ab hominibus videri. Christiani ieiunantes, cupiunt soli Deo esse manifesti. Huic soli seruiunt, Luc. 2. Hypocritarum quoque aliqua est humilitas, sed simulata. Fingunt & componunt oculorum & gestuum humilitatem, sed Deus internam æstimat. *Exterminant facies suas*, non cor. Propheta Iohel aliud monet, dicens: *Sciindite corda vestra.* Metaphora verbi & φωνή rem exaggerat, facitque hypocritas magis execrabiles. Contra hypocriticum hoc ieiunium vide Esa. cap. 58. Zach. 7. Sed audiant hæretici, Christum in æternū benedictum, non ieiunium, sed ostentationem damnare ieiunij. Quæsiuerunt humanam laudem, atque hæc est eorum merces. Sed neque hæreticorum prodest ieiunium, quia extra Sion fit, hoc est, extra Ecclesiam. Nihil extra Ecclesiam est salutare. Vnde Hiero. ait super Iohelem: Ieiunat Manichæus, & maxime Eucrâtix, quorum princeps Tatianus est, sed hoc ieiunium saturitate & ebrietate deterius est. Hactenus ille. Metaphoricum item est quod hic dicitur. *Tu verò unge caput tuum.* Mundities decet Christianos, non Persicus luxus. Recreatione opus habet corporis infirmitas, luxuria non vacat reprehensione & culpa. Vngendi ritus cum ex prophanis tum ex sacris scriptoribus est notus. Norunt studiosi, Nestoris familiam Pyli, & domesticos Menelai Spartæ Telemachum Vlyssis filium lauuisse & vnxisse, vt in mensa hilaris discumberet. Similia legimus de Ruth, Iudith, Hester &c. Tale est quod Ioab ait Thecuitidi viduæ,

*Vngere
caput ieiunantes,
quid.*

ne se vngeret, 2. Reg. 14. Daniel quoque ad luctum re-
tulit, quod se non splendide delibuisse, Eiusdem cap.
10. Consuetudini hic aliquid permittitur & necessitati:
quale est hoc quod Obed consilio captiuos vnixerunt
& curarunt Israelitæ, 2. Paralip. 28. Et quod Maria li-
bram vnguenti nardi probati in caput Dominicum fu-
dit. Iam postquam vngendi ritus latitiæ symbolon ha-
beat, apta est metaphora, qua Christus vult, vt hila-
res ieiunemus. Sic & Apostolus ait Deum hilares amare
datores. Neque item stricte secundum literam accipien-
dum, quod Christus ait: Oraturus, in conclaue ingre-
diuntor: & clauso ostio tuo, oranto: Et hoc, Nesciat si-
nistra tua quid faciat dextera. Hæc si secundum literam
acceperis, efficies neque in Ecclesia orare oportere,
quod tamen facere exemplis & præceptis scripturæ ad-
monemur, Lucæ 2. Actu. 3. 1. Cor. 14. &c. Dexteram
dare, est simpliciter ex præscripto Euangelico & ex cha-
ritatis suasu dare. Sinistram resciscere, est gloriam inde
quærere. Cæterum fieri non potest, vt vel digitus mi-
nimus pedis nesciat quid dextera faciat: tanta est mem-
brorum corporis vnitas. Potissimum verò dextera ni-
hil sine sinistra opera & adminiculo efficere potest.
Sensus itaque est, hypocriticos malum in ieiunii exerci-
tio fugiendum. Cenodoxia etiam in rebus ciuilibus re-
prehensibilis est, teste Persio qui ait:

Ioan. 12.

*In ecclesia
orandum.*

O curas hominum, ò quantum est in rebus inane.

Et Tibullus ait: Absit gloria vulgi.

Quis ergò ferat vanam gloriam, Christi merito detra-
hentem? Dicis nihil posse tam occultè fieri, quia conti-
nuò fiat palàm? Donabo hoc: sed tu noli velle videri am-
bitiosule. Noli in hominum laude tibi placere, palpita-
tionibus & titillationibus humanis noli supplaudere.
Tuo te pede metire. hominem te agnosce, etià si iustus
sis, septies in die labi posse. Si omnia quæ præscripta ti-
bi sunt, præstiteris, inutilem te adhuc seruù agnosce. Iu-
stus prior est sui accusator. Quemadmodù indocti sibi
plùs de doctrina placent, docti verò ad suæ ignorantia
agnitionem perueniunt: sic homo qui minùs habet iu-
stitiæ, hoc se magis de ea effert. Certis tamen rationibus
homo nonnunquam sua enarrat opera bona. Huius ex-

EXEGE. LECTIO. EVANGE.

*Laudare
seipsum
aliquando
licet.*

emplum habes 1. Thessa. 2. 2. Thessal. 1. Philip. 1. Col. 1. Ieiunij item sui mentione facit Apostolus 2. Cor. 11. Zachæus eleemosynæ suæ meminit Luc. 19. Iterum Macedonũ exemplum prædicat Apostolus. David etiam orationis suæ & ieiunij facit mentionem Plal. 108. idem fatetur genua sua debilitata propter ieiunium Psal. 34. & 68. Nec Daniel ieiunium suum silentio premit cap. 10. Esdras quoq; ait se ieiunasse, fleuisse & orasse 1. cap. 2. Hęc omnia certa causa sunt facta, nepe ad ædificatione, ad æmulationem, ad malæ iactantię confutationem & c. Adhuc sacram operum bonorum prædicationem vides Iob 31. 2. Corint. 11. Psal. 17. In simili casu & tua recente benemerita. Lutherani noui hypocritæ, hypocrisim priscam damnando, nouam comminiscuntur. Euangelium siquidem nouum nihil aliud est, nisi aut vana gloria, aut calumnia. Dicunt noui euangelicatri se primũ hypocrisim & pharisaismum damnare, & Christi crucis meritum declarare. Sed mendacię eos arguit Agathon, qui interrogatus, num suo confidat merito, hoc est, virtuti secundum Deum factæ: respondit, Ante faciem iudicis meis operibus non fido, quod Deus aliter iudicet quàm nos homines. Piget me contra tam manifestam & omnium superbissimam heresim atque nouam hypocrisim, plura patrum exempla & oracula proferre. Fiduciam nobis facit non opus nostrum, sed gratia nobis promissa & exhibita. Nõ admiramur opera nostra, sed spiritum paracletum operum bonorum autorem. Gratia Dei operibus bonis præmia vndiquẽ in scriptura connectit, Matth. 10. Ioan. 5. 1. Timot. 4. Hebr. 10. Quin locũ quem iam tractamus, recte discutimus? *Pater*, ait, *tuis reddet tibi*. Sardanapaliste, Philoxenistæ, Milesij, Afoti, Apitij tam virtutem rident, quàm præmia promissa, vtrinque Christum vanum constituentes. O quot scriptoribus prauissimis opus habet Ecclesia, ad tam pestilentem nouam hypocrisim confutandã. Deo hoc & tẽpori committentes, ad antiquam illam Iudaicam reuertentes, hoc saltem adiicimus, Hypocrisim dici à simulatione vel à dissimulatione. Vnde Augustinus in sermonem Domini scribens, ait: Sunt autem hypocritæ simulatores tanquàm pronunciatores alienarum personarum, si-

*Hypocrisis noua
Lutheranorum.*

*Quomodo
in operibus bonis
fidendum.*

*Hypocrisis vnde
dicatur.*

cut in theatricis fabulis . Non enim qui agit personam Agamemnonis in Tragœdia (verbi gratia) siue alicuius alterius ad historiam vel fabulam, quæ agitur, pertinentis, verè ipse est, sed simulat eum & hypocrita dicitur. Sic in Ecclesiis vel in omni vita humana, quisquis se vult videri quod non est, hypocrita est, Hæc August. lib. 2.

Altera euangelicæ lectionis pars sequitur, nempe de modo thesaurizandi. Apostolus ait: Qui diuites fieri volunt, incident in laqueum diaboli, 1. Timoth. 2. Sed Christus hic de alio loquitur thesauro, nempe de thesauro virtutum variarum, non pecuniæ, auri & argenti. Temporalium rerum thesauris inhiantes, in cælo thesaurizare non possunt. Alium enim Dominum habent, cui seruiunt, quàm Deum, nempe diabolum principem huius mundi. Rectè ergò dicitur ab Apostolo: Auaritia est radix omnium malorum. Vique adeò auaritiæ vitium est damnabile, vt eius culpa nè quidem ipsos lateat ethnicos. Dicit ergò: Imus in viscera eius, (de terra loquitur) & in sede manium opes quærimus. Et mox infra: Quàm innocens, quàm beata, immò verò & delicata esset vita, si nihil aliud de ea, nisi quod supra terras, concupisceret, haberetque non nisi quod secum est. Item: Vtinàm posset è vita in totum abdicari & aurum sacra famas, vt celeberrimi autores dixere, profcisum conuiciis ab optimis quibusque, & ad perniciem vitæ reperiunt. Hæc Plinius. Sed nihil profunt poëticæ & oratoricæ increpationes, vbi etiã propheticæ & apostolicæ ludibrio habentur obiurgationes. Execrationes Christi iudicij, sunt Mammonistis & Nabonistis benedictio. Væ mundo à scandalis. Aurea verò hodiè est ætas. Auro enim omnia seruiunt. Cathedra & Tribunal pecuniæ, parent. Episcopi nullum officium nôrunt episcopale, nisi thesauris congerendis inuigilare. Aula quoque in nocè iam ex auri copia estimat. Harpyias auaros vocat Poggius, Apostolus idololatrias. Heu mihi, quantis laboribus & curis seruitur Mammoni? & rotus mundus huic tam duræ seruituti sese mancipat. Formicarum Indicarum similes sunt avari, aurum seruantes, nec eo vtentes. Immò infeliciores longè formicis illis existunt. Pun-
guntur enim & discruciantur avari auri cura: formicæ

*Auari-
tia, malo-
rum om-
nium ra-
dix.*

1. Tim. 6.

Mat. 13.

EXEGE. LECTIO. EVANGE.

voluptatem aliquam vel ex adpectu capiunt, sine cruciatu curarum. Perditio ité æternæ pœnæ animalia bruta, atque adeò peccare nescia, non manet. Avari culpa sæpè grauiſſimam omnium pœnam merentur. Stulti non attendunt, omnia huius sæculi bona eſſe caduca & vaniſſima. Aerugini & latronibus obnoxius eſt huius sæculi ſeruatus theſaurus: hoc eſt, vanus eſt, nullius commoditatis, plurimorum verò diſcriminum & ærumnarum. Theſaurum non intellige metalli ſaltem, ſed omnium huius mundi opum. Auri tamen & argenti nomine cætera compræhenduntur omnia, Lucæ 12. Quid verò in cælo eſt theſaurizare? Qua via theſaurum noſtrū in cælum deporrabimus? Theſaurus eſt ieiunium, oratio, caſtitas, obedientia, & hoc virtutum omnigenum genus. Theſaurum eum angeli aureis acerris Deo offerunt, tanquàm ſacrificium holocauſtomatis. Theſaurus item eſt paſis, vinum, veſtis, domus, & hoc genus bona pauperibus data. Theſaurum eum manus pauperum deferent in cælum, Eccè quibus vtaris iumētis, quibus vehiculis & nauibus. Tranſferendi talem modum ignorarūt hactenus philoſophi, alioqui aſtutiſſimi. Vis & tu mente ſemper in cælum rapi? Agè theſaurum tuū illuc præmitte. *Vbi theſaurus tuus, ibi & cor tuum.* Si itaque terræ deſoſſus permanſerit, cor tuum in cælum nunquā erigetur. Gaza verò tua miſſa in cælum, animus tuus in terra ſuppreſſus nunquā remanebit. Beati omninò, quibus datum eſt velle & poſſe per viam arctiorem in montem perfectionis aſcendere, hoc eſt, ſua bona ſemel pauperibus dare omnia, & ſequi Chriſtum. Hoc perfectionis faſtigium qui contingere nequit, in campo maneat vulgaris religionis, vel ſuperflua pauperibus dando, de quo ait Apoſtolus: Non vt aliis ſit relaxatio, vobis auté anguſtia: ſed vt ex æqualitate in præſenti tēpore veſtra copia ſuccurrat illorum inopiæ &c. 2. Corinth. 8. Ioannes quoquē docet partē dandam, non totū. Et Zachæus ait, dimidium do, Luc. 19. Apoſtolus iterum hunc religionis campum diuitibus cōmendat, eos contra deſperationē muniens, 1. Tim. 6. vbi ait: Sint faciles ad imperitendum, libentér communicantes, recondentes ſibi ipſis fundamentum bonum in poſterum. Hoc item eſt diui-

*Theſauri-
zate in
cælo.*

*Perſectior
religio
quæ.*

tem esse operibus bonis, locupletem esse in Deo, Luc. 12. Qui sic sunt diuites, huius seculi opum sunt contemptores: facile dicunt, pessimum ite fallaces, melius est vt ego dimergam vos quam vt dimergar à vobis. Si quis neque per planum, neque per arduum perfectionis callem in cœlum ascendere conatur, pluri cum Plutone cōdemnabuntur: & qui hic nohuerūt filij permanere Ecclesie, posthac erunt mancipia Proserpinæ.

THESES EX EVANGELICA
lectione.

1. *Fideles ieiunare salutare est, habens testimonium tam legis quam euangelij.*
2. *Non ieiunare prohibemur, sed ritè ieiunare ad monemur. Abusus ieiunij taxatur, non ieiunium.*
3. *Fideles fideliter abstinent, non Indaicè siue pharisaicè, sed ex timore Dei, & non ex ambitione gloriae humanae.*
4. *Ad gloriam Dei ieiunare, hoc est, carnis lasciuiæ frenū immittere, præmiū suū certum habet promissum. Dicitur enim Deus pater tale & videre & coronare.*
5. *Monasticam professi monachi & sanctimoniales, præcipuè hypocrisios pestem caueant, nè inde laruentur, atque adco demerentati, præmio destituantur omni.*
6. *Thesaurizare in terra auarè, perniciosum est: Stultum vero, congregare & nescire cui.*
7. *Thesuros suos in cœlum præmittere, sapientiæ & pietatis est. Thesauri fide promissionis in cœlum conferuntur. Proderit hoc Matth. 25. Quia Christo datur in pauperibus. Sic dare, est congregare. Satius ergo longe est dare quam accipere.*
8. *Vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuū: quare nisi thesaurū tuum in cœlum congereris, nunquàm ed mente, multo minus corpore, cōscendes, Ni hil hic proderit dixisse, Domine, sed fecisse Domini volūtatem.*

QUINTA HEBDOMADAE POST
Cinerum, prophetica lectio ex Esaiæ cap. XXXVIII.

SUMMARIVM.

EZechias rex pius decumbens, iussus se morti præparare, stendo atque orando Dominum Deum, in cuius manus est & mors & vita, exorauit, & exorando vitam ipse sibi prorogauit.

EXEGE. LECTIO. EPISTO.
TEXTVS.

*Historia
Sennache-
rib.*

IN diebus illis egrotauit Ezechias vsque ad mortē. Et intrō-
uit ad eum Esaias filius Amos propheta, & dixit ei: Hęc
dicit Dominus: Dispone domui tuę, quia morieris tu, & non
vives. Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & ora-
uit ad Dominū, & dixit: Obsecro Domine, memento queso quo-
modo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, &
quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fletu Ezechias fletu
magno. Et factum est verbum Domini ad Esaiam, dicens: Va-
de, & dic Ezechie: Hęc dicit Dominus Deus David patris tui:
Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas. Ecce ego adii-
ciam super dies tuos, quindecim annos, & de manu regis Assy-
riorum eruant te & ciuitatem istam, & protegam eam.

EXEGESIS.

HISTORIA præsens facta est tempore eo, quo
Sennacherib rex Assyriorum maximā manu totā
depopulatus erat Iudæam, & ipsam quoque obsi-
dione cinxerat Hierosolymam. Rex Ezechias vndique
conturbatus, cupiebat vel auro pacem sibi coemere,
missis itaque ingentibus donis Sennacherib, nihil pro-
fecit. Fatale hoc fuit. Dominus Deus tyrannum indu-
ravit, vt gloriam suam in ipso illustraret. Maxima fuit
tyranni manus, sed Rabfacis lingua, fandi (immo bla-
sphemandi) perita & exercitata, ciues Hierosolymita-
nos plus commouit, quā tantus exercitus. Funesta de-
ditione tyrannose mancipassent, si per regem Ezechiam
hoc facere essent permisi. In tanta rerum perturbatio-
ne mittit Esaias nūcium ad regem, spem bonam illi de-
nuncians. Rex improba oratione Dei inuocauit auxili-
um. Rursus mittit nūcium Esaias ad regem, orationem
eius à Deo exauditam denuncians, nempe Assyriorum
exercitum tantum, Deo Israel & omni Iudæorum popu-
lo ludibrium futurum, idque breui. Ea tamen via qua ve-
nerat, regem ad suos rediturum. Statim post hæc Ange-
lus Domini noctu in Assyriorum exercitum veniens, per-
cussit centum octogintaquinque millia virorum: qua
strage exanimatus tyrannus, fuga sibi consulens, ea via
qua venerat, abiens, in Niniuem ciuitatem sese contulit:
ibi à filiis suis Adramelech & Sarezer interemptus, Deo
Israel pœnas dedit. Hęc non solum propheta, sed & hi-
storicus

floriscus habet 4. Reg. 18. & 19. 2. Paralip. 32. Atque hoc
 est quod propheta hic ait, *In diebus illis aegrotauit Eze-*
chias. Quo morbo laborauerit, Textus non exprimit. A-
 postematis saltem fit mentio. Intereus malum fuit, quod
 emplasmate ex ficis confecto poterat emolliri, postquã
 per Dei promissionem hoc permissum fuit. Ceterum
 vehemens & acutus morbus fuit, cui etiam mors co-
 mes erat. Dominus Deus hoc morbo regem tetigit, vt
 ipsum a vana gloria vel sic liberaret. Poterat de Assy-
 riis percussis & in fugam actis, inuaciter & carnaliter se-
 tari. Hoc nẽ faceret, ipsum percussit, teste Hieronymo.
 Voluit etiam eius fidem probare. Solet, quos diligit,
 percutere. Percutere item solet, vt curare queat. Eze-
 chias hic iuxta oraculum prophetae, pristinam recipit
 sanitatem. Benadab verò fato concedit, quamquam et-
 iam ab Elisæo propheta simili oraculo vitæ proroga-
 tionẽ sibi promissam audisset. Scrupulus qui hic in ora-
 culo Benadab dato oritur, sine negotio dissoluitur, cũ *Scripturae*
lo syllaba rite discutitur. *Lo* ipsum amphibolum est: ne- *solutur.*
 que enim facile apparet, pronomen ne sit, an aduer-
 bium. Aduerbialis lectio scrupulum nullum habet.
 Sensus enim est: Vade & dic, Non viues: quod & fa-
 ctum est. Fateor etiam Septuaginta pronominaliter tex-
 tum reddidisse. Neque nego in Hebraicis concordanti-
 bus itidem pronominaliter legi. ~~Sed quia in~~
~~Hebraicis concordantiis ita legitur: Vade & dic, Non viues.~~
~~Et in Septuaginta: Vade & dic, Non viues.~~ Potest etiam
 dissolui scrupulus, si dicamus Elisæum negatiue respon-
 disse, Azahel verò dolo affirmatiue prophetae negati-
 uam retulisse. Ecbasin hanc infero propter Hebraicæ
 linguæ experientiam habentes, vt ansam illis suppedi-
 tem rem ipsam exactius æstimandi. Nunc ad Ezechiam
 reuertamur regem. Dicitur illi: *Dispone domui tue, quia* *Mortis*
moriertis. Sed quare non moritur? Nunquid apud Deum *Deus ali-*
 quod Non est, etiam est Ita? Et quod affirmatiuum est, *quãdo sen-*
 nunquid idem etiam est negatiuum? Iustus est Deus & *tentiã con-*
 clemens, vnde nonnunquam sententiam mutat, videns *tra nos la-*
 nos vitam mutauisse nostram. Simile vides Ionæ 3. vbi *tam.*
 post sententiam datam, Niniuitis pepercit. Apostolo
 item post mortis sententiam vitam permisit. 2. Cor. 1.

Hebr. 11.
 Nouū &
 vetus te-
 stamētum
 in ratione
 meritorū
 operū bo-
 norū sibi
 consentiūt

Quam bonus Deus Israel omnibus ipsum inuocanti-
 bus. Regem de Domino in bonitate sensisse vides.
 Post sententiam mortis flet & precatur. Quod certe si-
 ne fide haudquaquam factum est. Nam si fides defuis-
 set, dominum neutiquam exorasset. Dominus enim fi-
 dem respicit, non verba. Et sine fide impossibile est
 hominem Deo placere posse. Obserua item hic noui
 & veteris testamenti consensum. Ezechias ait: *Obsecro*
Domine, memento quomodo ambulauerim coram te in veri-
tate, & in corde perfecto, & quod bonum est ante te, fe-
cerim, &c. Esaias denuntiat illi huiusmodi orationem
 esse exauditam. Simile propemodum dicit Cornelio
 Angelus, nempe Dominum Deum orationem & elee-
 mosynam eius respexisse, Act. 10. Vides ergo prodes-
 se bona opera. Spes hypocritarum vana. Bona verò
 oratio piorum. Cornelij animæ medetur Deus, Eze-
 chix corpori. Niniuitarum quoque oratio opere bo-
 no non caruit. Humiliarunt se, affixerunt se ieiunio,
 ciliciis & faccis sese exterminarunt, internam extermi-
 nationem in veritate exprimentes: & sic Dei sibi cle-
 mentiam demerebantur. Exemplum scitu dignissimum,
 quod & Dominus ipse profert in medium Matth. 12.
 De Ezechia dicit S. August. Supplicantis fletibus regis
 & famuli sui, pius Dominus ad misericordiam flexus
 est. ~~Exemplum~~ ~~scitu~~ ~~dignissimum~~, fidelis quis-
 que cordi suo committat, contra hereticos & blasphe-
 mias, folius fidei euangelio & fidei orthodoxæ hinc
 ritatem, & bonorum operum prædicationem confun-
 dantes & obliterantes. Sed Ezechix orationem ex-
 actius æstimemus. *O Domine* ait, *memento*. Hebraismus
 maiorem habet emphasim. Dauidicam orationem se-
 cutus est Ezechias in consignantibus siue synonym-
 mis. Ait Ezechias: *An nah Adonai Zecherna*, hoc est,
 O (siue Ah) Domine memento, Eia memento. Dixe-
 rat & Dauid ita propemodum Psalm. 117. *An nah Ado-*
nai Hosiana. hoc est, O Domine eia adiuua. Germani-
 ce, Oherhilffdoch. Ezechiam porro audiamus: Me-
 mēto, ait. Vult Dominum memoria repetere. Quid verò?
 Nunquid obliuiosum putat Deum? Nō sic solus preca-
 tus est Ezechias, Nam & Dauid & Nehemias Domini

~~precaturum, & recolat atque memoria repositum.~~
~~Neher, & quoque dicitur ait: Memento mei in re-~~
~~gno tuo, Lu. 23. Recedens est Cornelius, & non intro-~~
~~itavit in domum eius, quia non erat pactus est Deus,~~
~~quoties memorem ipsum esse precatur, fidem nostram~~
~~excitantis, & quod sonoras. Fedas pepigit no-~~
 bificum, omnis boni se fore & largitorem & ~~con-~~
 ratorem. Non ergo obliuiscetur operum bonorum,
 quoniam per Deum sunt facta. Dicit ergo etiam hic
 Ezechias: *Memento quomodo ambulauerim coram te in veri-*
tate. Veritas opponitur duplicitati atque hypocrisi.
 Simplicitas est candor sine synceritas: idē quod veritas.
 Veritas verò ea de qua Ezechias hic potissimum agit,
 est religionis puritas, qua solū Deū Israel coluit, idola
 abominando omnia. Huius loci vides exēplū 4. Reg. 17.
 Aeneū anguem cōminuit, atque ipsum *Nebuzihan* voca-
 uit, Excessa & lucos abstulit, Adhæsit Domino Deo Is-
 rael, & præcepta eius conseruauit, &c. In veritate am-
 bulare quid sit, vides itidem 3. Reg. 2. Germani dicunt,
 Getrealich handeln, Mit vrarheit vmbgehen. Dialecti *Ambula-*
 huius plena est scriptura, Ioannes præcipue veritatis vo- *re in ve-*
 cabulo idētidem vitur. Veritatē loqui, Veritatē facere, *ritate.*
 Veritatē in se habere, In veritate stare & manere, Deum
 in veritate inuocare, adorare, quærere, Deo in veritate
 seruire &c. Vniuersæ viæ Domini misericordia & ve- *Psal. 24.*
 ritas est veritatis. Prisci ergo reges & electi veteris
 testamenti, in veritate solum Deum Israel adorauerūt,
 3. Reg 8. 15. 1. Para. 12. 28. 2. Para. 16. Mancipia mendacij
 hodie sumus sacerdotes & reges ad vnum fere omnes. *Cum hæ-*
 Superstitiones dissimulamus & hæreses, schismata foue- *reticis fœ-*
 mus & sectas. Cum hæreticis fœdera pacis pangimus, *dera pa-*
 utroque pede claudicantes, quasi Baal & Deus vna stare *cis pangen-*
 possint. Qui verum zelum pro Ecclesia Christi habeat, *da non*
 nemo fere est, maxime eorum quibus hoc potissimum *sunt.*
 incumbit. Archiepiscoporum est, hæreticos acriter in-
 sectari atque conuincere, scribendo sanā doctrinā, tot
 mēdaces polygraphos obtūdere: ~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~

*Ambula-
re in ve-
ritate.*

Psal. 24.

*Cum hæ-
reticis fœ-
dera pa-
cis pangen-
da non
sunt.*

~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~

Zelotes & filij tonitruifideles sunt oēs.

Laudat se aliquando sancti, & qua hoc ratione.

Zeloth & filij tonitruui debent esse fideles omnes. Maledictus qui facit opus domini negligenter. Hoc Iosue vult cap. 20. vbi ait: Seruite Domino Deo *be Thamin vbi ameth*, hoc est, in puritate, in innocentia, in veritate, in perfectione. Hoc item est quod Ezechias vult, dicens se fecisse id quod bonum est ante oculos Dei, siue (secundum Septuaginta) quod domino placet & gratum est. Dicit nunquid Ezechias sit gloriatus in sua iustitia more pharisæorum. Haudquaquam. Dei gloriam querunt sancti, non suam. Deum iustificant, non se. Denique omnia ad ædificationem & faciunt & loquuntur. Celebre etiam regio prophetæ Dauidi, dicere se legem Dei custodiuisse, Psal. 38. 118. & alibi. Daniel è spelunca leonum exemptus, dicit leones sibi non nocuisse, quòd iustitia apud ipsum sit inuenta, cap. 6. Samuel item sinceritatem suam prædicat. 1. Reg. 12. Obserua hic quales conscientias exemplo sanctorum patrum habere debeamus. Sic nobis viuendum, in hoc incumbendum, vt & nos similia dicere possimus. Diuus Hieronymus dicit Ezechiam propterea faciem suam ad parietem veruisse, quòd templum ad eam partem situm fuisset. Locum orationi sanctificatum mente adiit, quum hoc corpore non posset. Hoc Papisticum hodie nouis euangelicis habetur. Infelices, qui Papatum volentes damnare, eundem insigniter prædicant, disciplinarum tantarum ipsum obseruantiorum fatendo. De fletu Ezechia ait sanctus Augustinus: Fleuit non quòd de suo merito, vt potè perfectus, in còspectu conditoris sui incertus esset, sed quia in Christi venturi generatione sui generis profapiam, in throno Dauid lucernam non dereliquit. Hactenus ille. Deus sic omnia nouit dispensare, vt promissio sua suu forciatur effectum. Abraham quoque promissionem habuit bene dicendarum omnium gentium in suo semine. ~~_____~~

Aug. 9.

Isaac, Eum postea iussus offerre, præcepto paruit, securus, Domini prouidentiam oraculi effectura posse vel sibi ignota via perpetuare, Gene. 22. Nō ab re propheta vocat Ezechiam hic Daudis filium, quanquam reuera Achaz esset filius, nempe vt significaret, Deum promissionis suæ adhuc esse memorem, Luc 1. Sane propter David tanta felicitas contigit Ezechia. Nam ipse Dominus dicit se ciuitatem sanctam protecturum propter David seruum suum, 4. Reg. 20. Ibi plura vides ad hunc locum pertinentia. Ecce, ait Dominus, sanauit te. Die tertio descendes in templum Domini, & addam diebus tuis quindēcim annos. Item & signum quo sol decem gradus reuertebatur, & diem totidem lineis crescere fecit. Horologium arte mechanica (vt diuus Hieronymus ait) factum fuit ad eum modum, cuius adhuc super est specimen. Verū an quisque gradus sine linea totam horam habuerit, non constat: nescitur itaque quot horis dies illa sit protracta. Quod verò neque astronomi neque chronographi de hoc die prolongato aliquam faciunt mentionem, sunt qui putant non fuisse *Dies tem* vniuersalem diei prorogationem. Sed nos credimus *poro Eze* scripturæ. Scitum est quod hic sanctus Augustinus de *chia quō* hac re dicit lib. 2. de mirabilibus sacræ scripturæ. *Ipsum sit protra* audiamus: Solis, ait, in ortum ab occasu per decē ho- *ctus.* ras cursum reciduo tramite Deus retorquebat, quatenus inde veluti mane iterum festinare inciperet, qui diei totius, exceptis duabus horis, spatium consummasset. Per quas duas horas, vt multi æstimant, cæli cursus de occasu in ortum reuertitur, vt dies integra rursus sine interueniente nocte in ortu innouaretur, vt scilicet dies duos hac vice in luce concluderet. Hæc ille. Maximum miraculum, sed & tale antea visum Iosue 10. Super quem locum ait sanctus Augustinus: Sol duos *Noctes* dies in vno conclusit, & lunæ diei spatio non occurrit. *protractas* Hæc ad veri Dei gloriam pertinentia, ethnicorum im- *credunt e-* pietas ægre credit, suas verò nãnias firmiter affirmat: *thnicis, nō* Nemp̄ enarrationem veram eam, qua Iupiter cū Al- *dies.* cumenam permoleret, atque Herculem gigneret, noctem vnã in treis esse distentam. Et hoc quod Homerus cōmemorat, Mineruam eam noctem, qua Vlysses &

EXEGES. LECTIO. EPISTO.

Penelope post longam peregrinationem rursus in eundem thalamum conjugalemque lectum conuenerunt, multum protelasse. Rectè filij noctis, noctium credunt prologationes iuxta poeticas fabulas, dum filij lucis, productiones diei consistuntur iuxta Hagiographorum patrum sanctorum historias. Disemerion nostrum theologicum, cum illorum trinitytio poetico haudquaquam commutauerimus. Nostrum habet sacramentum salutis, quo Ezechias corporis & animæ consecutus est sanitatem: illorum illusionem est plenum. Anni quindecim Ezechia vitæ sunt adiecti: post tres dies aditus templi, quo in lecto orans se conuertit, vna cum perpetua pace illi est promissus. Dominus Deus eius voluit esse Magen, quod Septuaginta hyperaspisten reddiderunt, nos protectorem vertere possumus. Dominus Deus se illi veram exhibuit lachekn. Fides, inquam, & bene actæ vitæ meritum, Lucina pio regi est facta, Atropos immitis lege dura eleuata. De Opt. Max. eius Dei fide ait item rex Dauid: Non moriar, sed viuam, Psalm. 117. Sed vitæ productio, postulat vitæ correctionem. Non mortui, sed viuentes benedicunt Dominum. Quod si nos id exemplo Ezechia præstiterimus, Christus qui ipsa vita est, se nobis totum, quantum quantum est, in mercedem exhibebit. Quod vt fiat, faciat ille qui omnis omnium est sufficientia. Amen.

THESES EX PRÆ-
MISSA LECTIO-
NE.

1. *Temporis vicissitudo cuique rite est æstimanda. Qui stat, videat ne cadat. Lapsus, speret in Deum, qui iacentes etiam de profundis eripere & erigere potest.*
2. *Dispone domui tue, compone te ad Dei iudicium, quisque sibi iuxta atque Ezechia dici credat.*
3. *Etiam sic sperandum in Deo, vitam & mortem pugillo suo concludente. Deo inquam confidendum. Non est quod eamus deo. Accaron inuocare, 4. Regum 1. Non possunt idola que nihil sunt, nos inuare. Ochozas occidit, Ezechia morti addicto resurgente.*

4. Fidei oratio quæ cum lachrymis & bono proposito, hoc est in veritate fit, cælos penetrat. Sacrificium hoc tantum sequitur verbum salutare, Hin neni Rophe lach, hoc est, Ecce sano te. Item diebus vite tuæ appono quindecim annos.

5. Fidei oratio, hoc est, laudis sacrificium non occludit operum bonorum oblationem & corporis victimam. Dicit enim Dominus se visitare seruum suum. Idem item vides Actu. 10. Quid si opera bona (iuxta Kalkangelion Lateranum) fuissent peccaminosa & genneæ meritoria, hallucinatus esset Esaias hic & Angelus Actu. 10. Ionas cap. 3. Iehu filius Anani 2. Paral. 19. Sed quid arena semina mandamus? Non profecturis littora bobus arat, qui hæreticum derisorem erudit.

6. Medicinæ virtus ex Deo, neustquam ergo aspernanda. Deus dicit se esse Ezechie, Rophe, hoc est medicum, tamen malagma viceri imponit propheta. Dominus percutit & sanat, Deuteron. 32. Media tamen, per quæ communi via operatur, & se creatorem vniuersitatis declarat, non sunt contemnenda.

7. Tria præcipuè hic sunt miracula obseruanda, quibus fidem suam atque spem quisque alere atque munire poterit. Primum, centum octogintaquinque millia Assyriorum ab angelo vna noctis vigilia occisa. Secundum, Cursum cælestium corporum retroactum. Tertium, Ezechiam morti addictum atque agentem animam, vitæ restitutum.

8. Hic etiam liquet, quis verus noster sit hyperaspistes, nempe Dominus Deus. Domini est salus. Rex manu fortis David, ait: Dominus mihi adiutor. Maledictus ergo qui confidit in homine. Nolite confidere in principibus, & in filiis hominum in quibus non est salus, Propter seipsum & propter David seruum suum: Lema æni vltima an David abdi, Protegam, ait, ciuitatem hanc, 4. Regum vigesimo. Vides quanti apud Deum sint diui.

9. Ezechias statim firmitate recepta, in templum ascendit. Eararium nullum habuit. Singulares seræ priuatas & domesticas habent & tunicas. Inuenta Dei ex gemitu cordis sui rugientia, sacerdotum ministerio sese accommodant. Vrsi & leones migra cum agno & hædo sumunt.

IN EODEM DIE
Euangelium.

b iiij

Mat. 8.
Luc. 7.

Cum autem introisset Capernaum, accessit ad eum centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus decumbit domi paralyticus, & graviter discruciatur.

Homo quem Dominus elephantiasii mundavit, Iudæus fuit. Huic Evangelista statim subdit ethnicum, simili clementia à Domino affectum. Christus semen Abrahamæ, benedictio gentium est promissus. Nam & gentium Deus est teste Apostolo, Roman. 3. Prælusit igitur hîc vniuersali gratiæ, quod & alibi facit, gentium quoque miseris succurrens. Hoc præludio significat, ad gentes, vel supra earundem expectationem, animæ medicinam, Euangelion gloriae Dei delatum in. Dominus itaque quærens & saluans quidquid perierat, Capernaum ingrediebatur. Erat id oppidum in Galilæa gentium, in Zabulon & Neptalim, Matt. 4, Luc. 4. Ibi Dominus frequenter agebat, adeo vt ciuitas ea, eius potissimum diceretur, Matt. 9. Atqui municipes eius ciuitatulae, adeo in lege Mosâica erant obstinati, vt Christi monita penderent parui. Obiurgat ergo eos vnâ cum Bethsaida & Corazin, quæ & ipsæ ciuitates erant Galilææ, quod in illis tot mira ediderit, nec tamen pœnitentiam facerent, Mat. 11. Ibidem ait: Et tu Capernaum, quæ es vsque in cælum exaltata, vsque ad inferos detraheris. Perindè est, legas hîc Capernaum siue Capharnaum. Græci tamen legunt Capernaum, quod sonat Latine, voluptatis ager, Germanicè *Schonesfeld*. Oppidulo huic magistratus Romanus hominem eum, de quo hîc agimus, præfecit. Fuit autem dux militum, siue Centurio, Græcè Hecatontarchus, turmæ centum stratiotarum magister. Chiliarchus est mille stipatorum, decanus satellitum decem. Huiusmodi homines apud Iudæos malè audientes, fidei Christi minùs iniqui fuerunt. Argumento est centurio ille ad crucem Iesu, Matt. 27. Lucæ 23. Item Cornelius Actor. 10. Adeo de nullo desperandum est peccatore. Centurioni præsentis seruus erat, apoplecticus siue paralyticus clinicus, id est, decumbens. Apoplexia siue apoplexis, est subita ea percussio, quam aut mors sequitur, aut paralytis morte triflor, quippe quæ diutino morbo cruciatibus maximis,

Capernaum interpretatur.

certæ neci in lecto decumbentes destinat. Sanctus Lucas addit, hunc paralyticum incepisse mori. Quod dico ut humanitas centurionis illustrior fiat, qui etiam animam agenti atque adeò deplorato seruulo, salutem pristinam tantoperè desiderauit. Si semimortuo & prope modum cadaueroso, adeò fuit officiosus, quanta cum humanitate profecutum putabimus, cum adhuc de eius salute spes reliqua fuit? Quotusquisque hodie Christianorum herorum seruum aliquem ægrotum domi suæ retinet? Et qui magnates in ædibus suis infirmos perpetuantur, qui etiam validos & sanos, canibus & asinis longè posthabent? Cicero in Officiis dicit, secundum legem naturæ, seruo tanquam mercenario utendum. Nostrates, christos in germana fide fratres, eiusdem regni & corporis Christi consortes, etiam mercede laborum defraudant. In perfidos eos stramentitius author sanctus Iacobus inuehitur, dicens: Agite nunc diuites, plorate ululantes, &c. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones uestras, quæ fraude non est reddita à uobis, clamat. Euangelici nostrates omnia peccata habent paria: nullum quod in cælum clamitet, scire uolunt: inhumanius ergo erga plebem aliis se tyrannis habent. Turcis & Mammolucis minori seruitur molestia. Quod iam ex Cicerone ostendimus, lex naturæ hominem homini uult esse humanum. Centurio itaque neque Iudæus, neque Christianus, sed ethnicus, nihil erga seruum officij omisit. Maximum omnium est, quod & ipse ardentissimo affectu pro seruali salute ueniens, Dominum exorauit. Quod S. Lucas addit, Iudæos intercessores ad Christum centurionem misisse, hominis affectus & diligentia fit clarior, qui nihil intentatum reliquerit. Orat ipse in hæc uerba: Domine, puer meus decumbit domi paralyticus, & grauius cruciatur. Primò dicens: Domine, Christum diuino honore dignatur. Nam quod in oratione leprosi planum factum est, Dominus, Dei nomen est. Quanquam id nostri domicelli ægrè sibi persuaderi patiuntur, utcunque sibi de sua fide placeant. In hoc nostro centurione uera fides iustificans relucet. Oris confessio est, quod dicit, Domine. Quod recenset Christo pueri sui cru-

Seruis æ-
quabilitas
prestada.

ciatus, operis est declaratio. Tangitur serui paroxysmus & cruciatus, vnde id quod in corde sentit, Domino promit. Quod Lucas addit, seruum illum fidum fuisse & vtilem ministerio, æquabilitatem, quam & Cicero in domitis requirit, exprimit. Obserua & in Christo affectum omnium clementissimum. Centurio necdum perorauit, saltem serui valetudinem indicauit, subditurus preces. Sed Dominus orationis finem non expectans, votis orantis respondet, suam illi opem promittens. Spei ingens excitatio, est Christi isthæc festina responsio, orantem interpellantis. Sed eam responsionem audiamus.

Et ait illi Iesus: Ego veniam, & curabo eum.

*Christus
semper ma-
iora dat,
quàm ro-
gatur.*

Tanquàm dicat: Mane. Vota tua satis intelligo, affectum sentisco tuum: dictum igitur & factum puta. Patres catholici hoc ferè omnes obseruarunt, Christum semper maiora dare, quàm rogatur: quod hîc ipsa re liquido videmus. Centurio ne ipse quidem Christi præsentiam, quæ hîc illic promittitur, pollicebatur. Quod verò apud Lucam Iudæi orant, vt Dominus veniens, seruulum eum sanet, iterùm vides Dominum nullius preces cassas relinquere. Oremus ergò & nos studiofè, vt ad nos quoque secundùm verbum suum veniat. Seruus noster iacet paralyticus: frigescente siquidem charitate, & fucata inualefcente fide, ad bona opera torpemus omnes, olim fortes, Acto. 2. Seruulus eheu animam agit: tu ergo qui vita es & lux hominum, veni bone Iesu, puerum eum pristinæ sanitati redde. Sed ad historiam euangelicam reuertamur.

*Et respondens centurio, ait: Domine non sum dignus vt sub-
eas tectum meum: sed tantùm dic verbum, & sanabitur puer
meus.*

Maiestatis diuinæ hîc vides declarationem ad hoc quòd suprâ dixit, & iam replicat, Domine. Dominus ille tantus, suam præsentiam homini promisit ethnico, de quo obstupescit natura. Sic & Petrus Lucæ 5. ait: Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Attende exordia nostræ religionis, sub potenti manu Dei humiliari, sese agnoscere, & agnoscendo contremiscere: Quid est homo, ait propheta, quòd memor es eius? Im-

mō nos eo modo dicere possumus: Quid est angelica gloria, ad tantam maiestatem collata? Quem cæli cælorum capere non possunt, inquit Salōmon. Audi Christiane & centurionem ethnicum. Nouit ille ex lumine rationis Deum esse immensum: vndē & se ad eō illi humiliate potuit. Nos quo augustum magis agnoscimus, hoc magis angustos, hoc est, indignos nos eius maiestate proficeremur. Non mentiemur, si etiam dixerimus nos gratiæ illius esse impares, considerantes in carne nostra nihil boni inhabitare, cor hominis malum esse in omni tempore. Si quid boni fons bonitatis largitus est nobis, hoc nostrum non est perpendere. Ipse enim ponderator est spirituum. Rectē itaque dictum: Domine, non sum dignus vt subeas tectum meum, sed tantum dic verbum, & sanabitur puer meus. O dignissima, *Oratio* quæ cuius fideli homini identidem dicantur, verba. O- *brenis sub* rigenes dicit hæc verba sub sacram communionem *Eucharisti-* Græcanicam ecclesiam subindē dicere. Hodie Euange- *stias com-* licii nepotes lenones, prædones & latrones, quo quis est *munionē* peccaminosior, hoc secundum eorum euangelion su- *sacram* sceptione sacræ Eucharistiæ est dignior. Sed hæc alias. *dicenda.* Prima huius centuriani orationis particula, nihil nisi humilitatem spirat: altera fidem certam & spem firmam refert. Vtrunque horum Deum afficit. Cor contritum & humiliatum Deus non despicit. Et sine fide impossibile est placere aliquem Deo. Inferiorem locum in conuiuiis petentes, exaltat Dominus. Dicit centurio: Domine immensæ maiestatis. Dicit: Non sum dignus, immundus sum catulus, idololatra, foedus porcus, voluptatis mancipium, puluisculus sanguine maceratus, indignus quem tua exornes præsentia, solo nomine tuo contentus sum, iube saltem verbulo, entem te & mentem vniuersitatis, Deum qui potentia nusquam abes, te credo: verbo ergo tui nutus vnico satis beatum me iudico. Dic mihi saltem verbum. Verbo tui nutus perficis omnia.

Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit: & alteri, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc: & facit.

POSTILLA VVICE. SVP. EVANG.

Eccè dialectices argumentum, si non naturalis neque artificialis, at certè spiritualis gratiæ. Sensus est: Ex me, qui & ipse potestate nonnulla præditus sum, diuinę potentię coniecturam accipio. Possum aliquid auctoritate, quanquàm & ego meus non sum. Mancipium Tiberij, Herodis & Pilati, militibus cétum sum præfectus: quorum nullus adeò durus, vt audeat obloqui. Insuper & paterfamilias, seruos habeo & ancillas, qui & mihi ad omnia parent. Dico militi huic, vade: & vadit. & alteri dico, veni: & venit. Seruis itidem dico, facite hoc: & faciunt. Potentiores me Cæsar, rex, & satraps, sua potentia plùs possunt. plùs illis potest, qui omnipotens est, Deus. Dicis & hanc orationem non esse absolutam, sed abruptam, quippe quæ nihil precetur. Respondeo appendicem esse superioris verbi. Tantùm dic verbum, & sanabitur puer meus. Verbum hoc presenti appendice declarat dicens: Verbo imperatiuo multa ego possum, etiã absens. indè colligo, numinis nutu omnia fieri posse. Cùm itaque Deum in te verè sciam, credamque, non video quare præsentiam tuam corporalem, qua indignus sum, sollicitem, atque intra ædes immundissimas meas inducam: tantùm da mihi nutus tui vocabulum: iube infirmitati, præcipe sanitati. Dic, & fiet. Bona collectio, quam & ipse Christus commendat, vt sequitur:

Audiens autem Iesus, miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel.

*Fides cõ-
tusionis
magna.*

Mirum est, quòd Christus ipse hic subindicat, hominem ethnicum per id tempus tantã fidem potuisse concipere. Nõnne grande, nõnne immensum, ethnicum, qui nec inter catechumenos recipi potuisset, Galilæum nostrum à Nazareth Iesum, omnia posse, liberè fateri? Nos id ipsum credimus: sed minori prædicatione dignum, quòd fateri te oporteat, quod sinè rubore negare non possis. Quis hodie, nisi excors & effrons, negauerit factum quod omnis mundus, etiam hostes factum testantur? Arduum verò est credere, quod necdùm effectu & successu euidentis est factum. Nos credimus ea, quæ ab ecclesiæ matris sumimus vberibus, quod cum pappã & manso maternæ sedulitatis nobis in os inserto, in animæ viscera ingessimus, in quibus iux

ta cum annis ipsis adoleuimus: ea, inquam, credimus, quæ nos ecclesia mater vnicè docuit, nec præter fidem catholicam, aliam opinionem exoticam nobis irrepere permisit. Hic verò centurio nihil horum fidei grammaton habuit: quia nec tunc ea quæ nos facta scimus, facta erāt. Nos (vt exemplis agam) scimus verbo Christum cacodæmonas eiecisse, Mar. 1. Christon scimus verbo *Hephetab*, mutata & surdum curasse, Mar. 7. Item verbo leprosos curatos, Lucæ 17. Verbo mortuos suscitatos, Ioan. 4. & 11. Et quis iuerit inficias hæc facta? Et quis negauerit Dei digiti esse opera? Dicit Deus, & facit omnia quæ in cælo sunt & in terra. Gene. 1. Sap. 9. Ioan. 1. Heb. 1. Credimus item nos, quia clarificationem Christi ex euangelio didicimus, & quodammodò quotannis vidimus, tunc nimirum, quandò nobis ecclesia hæc omnia coram habuit. Sed nihil eorum (quod & supra dixi) centurio neque vidit, neque audiuit: nihil tamen minus omnia hæc in Christo, cui omnipotentiam tribuit, credidit. Hominis itaque eius sermonem admirandum humanæ conditioni, sua Dominus admiratione, facit. In primis verò iudæis, quorum congregato cinctus erat cœtu illis, inquam, cum primis tanquàm admirabilem, commendat fidem centurionis: idque contra duritiem cordis eorum & tarditatem ad credendum. Dicit ergò: Tantam fidem in Israel non inueni. Q. d. Videte, vos iudæi, ethnici vobis palmam præripiunt, prænitent vobis tenebrofi. Credunt quidem plerique vestrum: sed parcè, sed tepidè. Vos signa quæritis, vos personalem præsentiam meam poscitis: nihil tale alienigena hic erat, sed verbo meo fudit: quod in vobis necdum, vtut de sanctimonia & de cultu Dei vos cæteris præfertis: auditum est Mosen & prophetas de me testimonium ferentes, hic alienigena nunquàm, me infrequens audiuit: quippe qui synagogas, templū, & ecclesias vestras tanquàm imundus vitet. Atqui ex eius verbis argumentum simulatque accipiatur, vobis omnibus præferendum dubitauerit nemo. Eia quantā fidem homo hic lingua sua profert. Lingua eius cordis certa nuncia & imago extitit. Rectè Basilius ad maximum philosophum ait, linguas sine eloquium, mentium præstantissimas esse. *Ex*

POSTILLA VVIC. SVP. EVANG.

lem fidem cordis & oris Christus in Israel se non inuenisse commemorat.

¶ In Israel, intellige de eius temporis Israelitico populo. Ceterum patriarchæ & prophetæ, talem etiam fidem habentes, similem apud Deum laudem meruerunt: in eius siquidem amicitiam sunt recepti. Qualem autem posthac fidem inueniet in hoc mundo, Luc. 8. habetur: Filius hominis veniens, putâne fidem inueniet? Cananæam mulierculam non ab similem fidem habuisse, Dominus testis est Matth. 15. Habemus iam vtriusque sexus masculini scilicet & fœminini, homines, fidei prærogatiua insignes: nimirum supra omnem Israeliticum populum pios. Laudantur autem à Domino in æmulationem Israeli, quod Apostolus Rom. 9. verbis Moïsis Deuter. 32. clarissimè ostendit, dicens. Ego ad æmulationem prouocabo vos per gentem quæ non est gens, per gentem stultam ad iram commouebo vos. Et cap. sequenti ait: Per lapsum illorum salus contigit gētibus, in hoc, vt eos ad æmulandum prouocaret. Videamus qui fide ex gentibus benè cœpimus, nè carne consumemur, hoc est, nè in pharisaismum abeamus. Videamus an ne occasionem dederimus schismati huic, quod hodie magis atque magis in crudefcit. Si dissimulare non volumus, non parua eius tumultus in nos culpa redundat, qui ad eò ieiune de iustitia fidei, quam Deus omnis boni radicem respicit, differuimus. Friguit studium solidæ scripturæ patrum monumenta consuluit nemo, ad cisternas aquam continere non valentes sermonistas quosdam ineptorum est. Abiit itaque in crassum pharisaismi fermentum sinceritas fidei, ad eò vt ferè ethnicorum superstitio irreperit & idololatriæ error. Nè sæui ergò tantoperè in alios: te primùm (quod iusti facere adsolent) accusa. Te reforma, & tragœdiam omnem sedaueris. Hoc vt facere possis, agè rogo considera, quantum fides apud Deum polleat: quàm fidem Christus vndiquè in Palæstina adhuc degēs commendauerit, considera. Si credere potes, dicit Marci 9. Creditis vobis me hoc facere posse? ait Matthæus 9. Videns fidem illorum, Ibidem & Acto. 14. dicitur. Summa: ~~Quisquis enim non dicitur~~
~~Re~~ Hic vt de clero, cantandi officio deputato,

*Secūspen
do catholi
ci occasio
nem dant.*

fileā: vos Episcopos & parochos eminentioris dignitatis presbyteros, compello, & per viscera Iesu Christi obtestor, videte nē praeceptis & doctrinis hominum, deprimatis fidei Christi gloriam: videte, nē dominicum gregem vento magis, quā pabulo solido, nutriatis pastores & idola. Vicarios neque Christi neque Apostolorum egeritis, si vobis dominū in cōscientiis hominū vsurpaueritis. Videte quid super fundamentū fidei superstruat. Verū ad textū reuertamur. In Israel, Luc. 4. Ioan. 1. iisdem verbis & eodem sensū legitur. Significat populū Iudaicum, ab Israel, qui & Iacob dicitur, Gen. 32. fatū. Huius satis. Ad cætera quæ sequuntur, veniamus.

Dico autem vobis, quod multi ab oriente & occidente venient & accumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno caelorum: filij autem regni, eiciuntur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium.

In verbis hisce Christus primū mysterium de vocatione gentiū adumbrat, Adūbrat inquam, quā sic ab eo sunt prolata, nē statim quivis ea intelligat. Quod ita fieri oportuit: infirmis pepercit, malignos irritare ab re noluit. Sacramentū hoc magnitudinis miserationum Dei, tum agrē potuisse intelligi à synagoga, vel ex hoc cognobile sit quōd citius etiā nunc terrā volare (quod in proverbio est) illis persuaseris, quā nos ad regnū Dei, hoc est, in numerum filiorum Dei recipi posse. Adeo littera legis cū sanguine & carne Abrahæ eos excæcavit, ut tot prophetarū suorū oracula intelligere nequeant: multo minū verba Christi tūc potuissent capere. Nobis Dei gratia obscura nō sunt: nobis omniū sunt & clarissima, & iucūdisima: in nobis siquidē sunt adimpleta. Nos miserā & verē miserabilē gentē, Deus, q̄ diues est in misericordia, cuius opera misericordia vincit omnia, secūdū magnā misericordiā suā, secūdū viscera miserationū suorū, (q̄ Iudæis impossibile & penē fabula videtur) ex lapidib⁹ p̄p̄modū filios cōdidit Abrahami. Veritas non fallit, lux nō opacat. Prædixit hoc in p̄phetis veritas, lux euāgelica vniuerso illucescēs orbi hoc declaravit. Tépli velū scissum est. Ies. Chr. p̄p̄iatoriū oīm visū & vsū exposit⁹ est, tāta mysteria Chr. hic delineat, occasione accepta ex admirabili fide & oratiōe sup̄natu

POSTILLA VVICEL. SVP. EPIST.

*Discumbere cum
Abrahamo, Isaac
& Jacob.*

ralis artificij ceterionis. Cum Abrahamo, Isaac atque Iacobo discumbere in regno cælorum, nihil aliud est, nisi confortes esse eiusdem fidei meritum. Discumbimus nos modò cum illis, credentes factum id, quod illi futurum crediderunt: vtrinque vna fides Christi. Abrahamum quoque in Christum Iesum credidisse, vides Ioan. 8. Abrahæ nos vestigijs incedere vides Romano. 4. Res verè mira, nobis tantam gratiam concessam. Res omnium iucundissima, res consolatione omni plenissima, catulos, non micæ, quæ cadunt de mensa dominorum, colligere, sed reges factos, cum regibus in mensa regis cælorum discumbere. Mysteriorum horum iucunditas & suauitas, literis commendari, non possunt. qui que pro se videat, ea vt quæ calamus exprimere nequit, spiritu suo æstimet. Dominus hos tres patriarchas vnâ simul solet connectere, significans se veram fidei traducem verè docere, tanquam per gradus, quemadmodum & ecclesia contra hæreticos catholicæ fidei veritatem, per succedentes sibi sanctorum series, tanquam pensum (vt Tert. dicit) referens ostendit. Exo. 3. & 9. horum trium patriarcharum Deus vocatur. Sunt hi tres arduissimo sibi necessitudinis vinculo deuincti. Abraham Isaac pa- ter extitit, Isaacus Iacobi genitor fuit. Iacobi propago sunt Iudæi in vniuersum omnes. Ethnicos, Dei Abrahæ Isaac & Iacob ignorantes, in sanctâ eâ familiâ Iudæi non receperunt, ipsi fidei merito primogenituræ hereditatem & benedictionem occupantes. Vndè & Dominus hoc loco filios regni vocat, quippe qui Deum, Dei testamentum & fœdus, verbum eius, sacramenta, cultum disciplinam, cæremonias, & omnia hoc genus, habuerunt. Neque enim taliter fecit omni nationi, Psal. 147. Rom. 9. Sed nunc vice mirabili, qui non erant populus, sunt filij: qui erant filij, non sunt populus. Iudæi è regno in seruitutem cæcili, nos è catassa peccatorum in thronum gratiæ & gloriæ Dei euecti. E luce illi in palpabile cecitatem deturbati, è regione vmbre mortis nos in claritatem altissimi sumus vocati. Illi suapte culpa, id quod habuerunt, amiserunt: nobis sinè omni nostro merito tanta gratia, in qua stamus, si tamen stamus, contigit. De tenebris & stridore densium aliàs. Hic verò & hoc notandum

Tradux fidei in patriarchis adumbratur.

notandum

notandum, Christon, quæ eius fuit modestia, sermone *Christi modestia.*
mirè temperato hîc vti, ne gentem Israeliticam planè
exasperet atque exacerbet. Ethnicorum nomen, à quo
Iudæos summo perè sciuit abhorrere, per periphrasin
notat, dicens: Venient ab oriente & occidente. Sic &
Iudæos similiratione non exprimit, sed designat sal-
tem, dicens: filij regni. Qui Christi est, qui spiritu Chri-
sti ducitur, ea quoque ꝑ discernuntur virtute, Galat. 5.
Iaco. 3. Contra omnis æmulatio & contentio, quæ hæ-
retici filios ecclesiæ semper infestant, ecclesiæ sibi veri-
tatem, expunctis filiis, vsurpare conantes, non est è su-
pernis. Sequitur:

*Et dixit Iesus centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et
sanatus est puer eius ex illa hora.*

Deus electorum suorum obliuisci non potest, Sed
qui crediderit, nè fessinet. Sustinentes Dominum, ipsi
hæreditabunt terram. Melior est finis orationis princi-
pio. Et Missæ sacrum, benedictione clauditur. Primo
Christus centurionem statim exaudiuit. Postea alia a-
git. Nihil hoc centurionis fidem commouet. Audit
quid Iudæis interminetur, audit quæ ethnicis promit-
tat: suam quoque responsionem expectat. Tandem &
illi Dominus dicit: Vade, fiat tibi sicut vis. Quasi dicat:
Credidisti me verbo omnia posse. Fiat id. & factum est
ita. Sanatus siquidem protinus eius puer. Sacrosanctum
verbum, Fiat: aut, si placet Hebræa vox, *Lehi*. Euangeli-
sta Græcè scripsit, *γενήθη*. Hîc deitatis habes indicium.
Nam & in principio eodem verbo vsa, ex nihilo con-
didit omnia, psalm. 32. Græci in Genes. 1. hoc verbum
Christi ex Mathæo & Luca diligenter exprimere stu-
duerunt. Sacrosanctum & antiquum verbum. Vadit
centurio iuxta Christi verbum, & seruum quem mori-
bundum domi reliquit, firmatum & sanitati pristina
redditum reperit: Quia verbum Christi, Fiat, est efficax
omni credenti. Illi cum patre & spiritu sancto sit gloria
in sempiterna sæcula, Amen.

SEXTA HEBDOMADAE POST CI-

NERVM, LECTIO EPISTOLICA

Esaiæ LVIII.

SYMMARIYM LECTIIONIS.

Dominus Deus per prophetam dicit se ieiunia, fab-
bathorum solennitates, & hoc genus ceremoniarum
& castigationis contemnere, nisi declinemus
à malo, & faciamus bonum. Reges, principes, duces, co-
mites, equites, consules, patricii, negotiatores, vsurarij,
immò etiam quicumque Episcopi & prælati (qui cere-
moniis Ecclesiæ oblectantur, quique sese frequenter ca-
stigent, sed subditiis superbissimè inclementer domi-
nantur) lectionem hanc diuinam ritè excutiant. Ecclesia
pia & sedula mater, miseræ plebis & pauperum curam
præcipuè agens, non ab re lectionem hanc in huius di-
ei liturgia legendam statuit. **TEXTVS.**

Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annun-
cia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eo-
rum. Me etenim de die in diem querunt, & scire vias
meas volunt, quasi gens que iustitiam fecerit, & que iudicia
Dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitia, & appro-
pinquare Deo volunt. Quare ieiunauimus, & non adspexisti?
humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij ve-
stri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repeti-
tis. Ecce ad lites & ad contentiones ieiunatis, & percutitis pu-
gno impiè. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur
in excelsis clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi,
per diem affligere hominem animam suam? Nunquid contorque-
re quasi circuli caput suum, & sacrum & cinerem sternere? Nunquid
istud vocauit ieiunium, & diem acceptabilem Domino? Nonne hoc
^{* cogitatio} est magis ieiunium, quod elegi? Dissolue ^{*} colligationes impietatis,
^{mes.} solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui contracti sunt, libe-
ros, & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, & e-
genos vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudus, ope-
ri cum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi ma-
ne lux tuum, & sanitas tua citius orietur. Et auertit faciem
tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc inuocabis,
& Dominus exaudiet te: clamabis, & dicet, Ecce adsum, quia
misericors sum, Dominus Deus tuus.

EXEGESIS.

Solus omnipotens Deus omnium imperator, iubet
Esaiam, atque per hoc omnes Episcopos, Abbates,
sacerdotes & magistris, incessanter clamare: intèta
voce, tubali nimirum, clamare. Sed diuine videns, quid

clamitandum? quid vulgo omnium statuum, omnium ordinum denunciandum? Nunquid solius fidei euangelion? Nunquid de seruo arbitrio? Nunquid paradoxa proferenda & exotica dogmata? Haudquaquam, *sed annuncia* populo meo, hoc est, vniuersis & singulis, *peccata eorum*. Hic vides euangelion nihil esse aliud, quam prophetarum oraculorum expressionem. Prædicat euangelion penitentiam in remissionem peccatorum. Sic euangelia sua ordiuntur euangelistæ omnes. Apostolus 1. Cor. 14. Si, inquit, omnes prophetetis, ingrediaturque incredulus, coarguitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, & sic occulta cordis eius manifesta fiunt, atque ita procidens in faciem suam, adorabit Deum, renuncians quod Deus reuera in vobis sit. Si omnes prophetetis, ait. Messis multa messores plures desiderat. Sed prohi pudor, messis hodie est maxima, & messores perquam pauci. Falx messoria euangelion est ad penitentiam omnes vocans, arguens omnes, diiudicans omnes. Falx ea abominabilis est facta. Ecclesiasticæ dignitates aliud quodcumque admirantur, quam docendi functionem. Et qui hodie Ecclesiæ reformatores sese ingerunt, omnium peruersissimè euangelion proferunt. Non ingrediètes (hoc est, presentes) arguunt, sed absentes theonino dente rodere non cessant. Papæ & cardinales arctolycos idètidè proclamant. Plebè ad tale momentum occidendum prouocant, cum laruis luctantes, laruati alios quoque laruantes: ceriti, ex stultis insanos facientes. Hic risus vulgi, hic applausus plebis. Hi Ecclesiastæ & Prædicantes sunt Pauli ad vnum omnes. Tam purum & syncerum euangelion mundus vniuersus post apostolorum tempora non habuit. Spiritus veritatis somno sepultus, in Saxonia crapulam edormiès, vniuersos sanctos veritate destituit, eam, post annos M. & quingètos expergefactus, vni cerebrioso apostatae crediturus. Quis neget ebriam Germaniam plus cæteris sapere nationibus abstinentioribus? Scilicet vinum & verum, & imitativum, ad ebrietatem sumptum, acuit ingenium. Sapere, est vnum salacem monachum vniuersis sanctis martyribus præferre. Quare autem hoc? Quia inuchitur in absentes, nempe in Ecclesiæ Romanæ clerum. Non populi peccata arguit, non increpat omnium ordinum abusus. Plat-

Euangelion non est situm nisi in sana intelligentia, ad penitentiam potissimum vocante.

Germania ebria.

tas duntaxat & cappas, chrisma & oleum sanctum antichristicæ deputat imposturæ. In huiusmodi conciones quadrat hoc Eccle. 9. Plusquàm clamor principis inter stultos &c. & 7. Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. Tirillans concio est, surdo oppedere. sequitur talem sermonem cachinnus & risus sardonicus. Populi verò scelera taxare, & ad angustum callem virtutis homines sedulo exhortari, est vlcus tangeritalem sermonem sequitur silentium & luctus, percutere pectus, procidere in faciè, & dicere: Domine, quid vis vt faciam? Verba sapientium audiuntur in silentio, Ecclesi 9. Item 12. Verba sapientium sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi. Et hoc 7. Melius est à sapiente corripì, quàm stultorum adulatione decipi. Hypocri-
 sis, superstitiones, & hoc genus abusus, etiam sub nomine peccati compræhenduntur, vndè & propheta talia zizania hic exterminat, dicens: Me de die in diem querunt &c. Item, Rogant me iudicia &c. Summa est, Virtutis fucò sibi placent simulatores iustitiæ, non factores. Non requirunt Deum in veritate, duplices corde, & inconstantes in omnibus viis suis. Mammon & Belial idola, Deo viuo & vero sociant. Voluntas eorù inuenitur in ipsorum ieiuniis, Voluntati Dei non parent, voluntati carnis mancipati. Sic volo, sic iubeo, fit pro ratione voluntas. Domus Iacob facit hæc, hoc est, vocati ad gratiam, non supplantant. mundam & vitia, sed gratiam calcant & contemnunt. Ecclesiastici viri toties audiunt hoc prophetæ in Ecclesia cantari & legi: Misericordiam volo, & non sacrificium: & quo magis hoc audiunt, tanto magis insolescunt & ferociunt. Impiè, ait, percutitis pugno. Episcopum non oportet pugnare, non dominari clero. Cæsari quoque dictum est, Non te ipsum vlciscaris. Item Cæsarianis, Neminem calumniantes, neminem concutientes. Denique omnibus diuitibus & potentibus: Orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Hæc audientes omnes, pugno tamen percutiat omnes impiè. Hæc sunt omnia contra hypocrisin dicta. Myropola nouit simplicia & species aromaticas miscere pro loco, tempore & persona. Vnguentarij vani Luterani, qui vt vitis suorum blandiun-

*Abusus
vocantur
peccatum.*

*Hypocri-
si nona
Luterano-
rum.*

tur, alios damnare non cessantes, sic etiam hypocrisim meram & nouam alunt, misericordiam obliterantes omnem, interim aliud pietatis figmentum meditantes, nempe Ecclesiæ disciplinas damnare, nouos psalmos cantillare &c. Haec enim euangelion egregiè exprimunt, misericordiæ omnis vacui. Obsequium putant se præstare Deo, si catholicum calumniati fuerint. Hyperaspistas sese exhibent iis, qui vtriusque ordinis, fori nimirum & cheri, summas maiestates propudiosissimè calumnantur, etiam diuos ipsos blasphemando, sed contra blasphemias eas diabolicas scribere, est in spiritum sanctum peccare, crimen neque in hoc, neque in futuro seculo remissibile. Deus respiciet aliquando in tam peruersissimam hypocrisim. Lædunt, & se lesos vociferantur. Interim dum peccata populi Dei omnium conditionum sic castigantur, remedium quoque contra tantum malum proferendum. Ostendendum item quid factum sit operæ precium. Eius rei hic vides specimen non obscurum. *Pœnitentia Dissolue, ait, colligationes impietatis.* Hic vides solam fidem non sufficere ad veram & perfectam religionem & ad absolutam iustitiam. Pœnitentiæ partem esse vides etiam satisfactionem. Apostolus quoque consentit prophetæ, dicens: Qui furabatur, non amplius furtum committat, sed laboret manibus quod bonum est, ut impartiri possit ei qui non habet. Qui verum Ecclesiasten agit, hic non solum in genere contra auariciam intonabit voce exaltata atque tubali, verum etiam vsuræ varia genera & adinventiones exactissime excutiet, hoc Christi verbum expendens: Mutuam date nihil inde sperantes &c. Idem etiam Simoniam hæresin penitus condemnabit, hoc Christi elucidando: Gratis accipistis, gratis date &c. Dein etiam in potentes heroes inuechendo, expeditè ostendet noua vectigalia & exactiones, omnia ad calumniam referenda. Quid calumnia sit, sacerdos studiosus in Decreto liquido inueniet adumbratum. Suetonius item Tranquillus in vita Caij Caligulæ hoc ipsum haud obscurè tradit. Hæc studiose relinquo perquirenda, & omni populo, Episcopis & principibus, prælatis & præfectis omnibus ex æquo ostendenda. Ostendenda autem magna quadam graui-

*Pœnitentia**vera so**la fide nõ**fit**Eph. 4.**Luc. 6.**Matt. 10*

EXEGE. LECTIO. EPISTO.

*Opera bona
penitentia, in-
finita, in-
gloria.*

*Opera bo-
na peni-
tentia, in-
finita, in-
gloria.*

*Ioan. 12.
Mat. 9.
Matt. 7.
Ioan. 16.*

tate vocis & Stentoreæ atque tubalis, animique impa-
uidi. Quid autem? Nunquid panem suum inopi frange-
re, vagos & exules in domum suam recipere, & hoc ge-
nus elemosynæ diligenter facere, præmio carebit?
Nunquid bona opera & fructus penitentia nequic-
quam fieri sunt putanda? Lutherani dicunt meriti omnis
vacua esse, iustificandi nullam habere rationem, &c.
Sed contra hanc hæresin obseruanda verba propheta,
immò verbum Dei, quod sic habet: Tunc erumpet quasi
manè lumen tuum &c. Item, Et anteibit faciem tuam
iustitia tua. Operibus bonis etiam fructibus peni-
tentia dignis, hæc verba, iustitia laudem tribuunt. Obscu-
ra non sunt, nisi illis quorum mentes obscurauit deus
huius sæculi, Superbia, auaritia, liuor, libido &c. Audia-
tur ergo porrò propheta: Gloria Domini colliget te.
Tunc inuocabit &c. Hæc de sanctorum gloria intelli-
genda. Huc facit illud Christi: Qui mihi ministrat, ho-
nificabit eum pater meus cœlestis. Item, Vos qui se-
cuti estis me, sedebitis super sedes duodecim &c. Et
quicquid petieritis, accipietis. Faxit Deus gloriam eam
Dei in sanctis ritè videamus, & ad virtutis amorem inui-
temur, Amen.

THESES LLECTIONIS præmissæ.

1. *Concionatoris est, liberè vitia omnium ore rotundo taxare.*
Corripe, ait *Apostolus, coram omnibus, 1. Timoth. 5. Liberè &*
voce intentata, quia auribus graues sunt peccatores omnes, Esaiæ
6. Qui non intonat, canis mutus damnabitur, Esaiæ 56. Exi-
get ab eius manibus Deus, animas eorum quæ perierunt, Eze-
chie. 3. Esdræ 4. capite 1. idem dicitur, Annuncia populo meo
peccata sua. Esaias & Osias volunt, vt tanquam tuba exal-
tetur vox. Ille, vt ad peccati agnitionem veniamus: Hic, vt ul-
tionem quam Dominus Deus de peccatis sumet, presentem &
ante fores esse videamus. cap. 8. Ezechiel, quod seneriter in pec-
catores est inuectus, dictus est Isch Mochiah, hebraicè: A-
ner elenchon, Græcè: vir ultionis & vindictæ, Latine: Germa-
nicè, Straffmann. Hieremias quoque hanc ob rem vocatus est
Isch rih, hoc est; vir contentionum. Sic vocatus potissimum,
quod zelo fortè omnem idololatriam & iniustitiam castigauit,
capite 15.

2 Denia, tam ad dexteram quàm sinistram, vitanda. Alterum est manum mittere ad aratrum & respicere, hoc est, animum despondere, deficere, cessare, &c. Alterum se se extollere, & se coronare. Pij dicunt se inuites esse seruos, Luc. 17. seippos accusant, Proverb. 18. Desipit, qui cum Domino in iudicio ire præsumit misericordia remota, Psalm. 142.

3 Fideles neque manus suas (quod peccatum maximum est) adorant, neque cum pharisæo Luca 18 sua ipsorum opera admittunt. Neque item murmurant, 1. Corin. 10. Credunt tamen Deum remuneratorem accedentium ad se, Heb. 11. Fidem nostram & opera Deus per se, sine iudicio omni videt & scit.

4 Non ergo statim ieiunare & dies festos solenniter celebrare, error & peccatum est, quod hypocrisis hæc & hoc genus ceterum cultus diuini, superstitiosè & pharisaicè peragere solent. Obtulit in huius seculi exordio Abel, obtulit & Cain. Illius victima placuit Deo, huius non item. Quare verò hoc? quia non uno atque eodem animo vterque obtulit. Sic se habet ratio ieiunandi & feriandi. Hic probatur quod fit affectu bono, Zach. 7. reprobat quod fit prauo.

5 Debet ergo concionator quisque catholicus schismaticos & hereticos sanctas Ecclesiæ disciplinas ridentes, iuxta atque superstitiosulos catholicos, hypocritice ieiunantes & sabbathizantes, acriter arguere, & vtrique suum errorem diligenter indicare.

6 Probet seipsum homo. Qui bono affectu ieiunat, ieiunare pergat: qui se vestit melotis, quas & chameunnias vocant Græci, hoc facere pergat, &c. Omnia fiant ad gloriam & laudem Dei. Laudem humanam fuge, Matth. 6. Sed vide ne elemosyna careat corporalis exercitatio. Pietas ad omnia utilis est.

7 Ceterum per se etiam corporalis exercitatio non nihil habet prædicabile. Certum enim est, Dauidam regem etiam cilicio usum, Psalm. 36. 68. Item Hiobum capite 16. Daniel. cap.

9. Niniuitas Ionæ 3. Achab 3. Regum 21. Dauidam etiam humiliter ingressum Psalm. 37. Vides itaque monachismum delirium sine operum esse, nisi & putemus deliros sanctos patres, immo etiã ipsum præsiopans spiritum factum. Calūnia perit, gra-

8 Oppressionem pauperum maximi esse criminis vel inde uisum. Uquet, quod Deus etiam corporalem exercitacionem vna cum est culpa.

EXEGE. LECTIO. EVANGE.

ceremoniarum & solemnitatum Ecclesie observatione, propter tales calumnias, reicit. Et cum energie multum in fidei translatione existat, Septuaginta versionem videamus, que talis est, Latine reddita: Qui ieiunat, & animam suam humiliat, non faciat quod libet: (hoc est propriam inuenire voluntatem) Sedititios suos non calumniatur in iudiciis. Non litigabit. Inermes & fragiles non percutiet. Clamosus non fit, sed dissoluet inuistas illaqueationes, cassabit omnes circumuentiones literarum Optimatum. Dimittat vexatos indulgentia, & omnigenos aggravationis libellos dilacerabit. Intellige per quos misera plebs nimium deprimatur. Sed hec nobis euangelistis sunt Papiistica, immo etiam anabaptistica & Schuermerica. Ad hoc nouum euangelion nihil aliud est, nisi aulica adulatio: Sexcenta ego possum huiusmodi calumniarum genera enumerare, etiam recenter inuentarum, sed mordicus omnia reiet aula: sed neque manifestis abstinet sacrilegiis, unde fit, ut in tantis rapinis egeat. Hieronymum hic audiamus, dicit: Significat autem chartarum fasciculos, in quibus sceleratorum calumnie continentur, & opprimuntur pauperes ere alieno, que in crudelis uribus seditionis causa vel maxima est. Unde & populus Romanus vicinos occupat montes, & tabula noua, quas Greci appellant $\chi\lambda\omega\sigma\ \alpha\pi\omicron\upsilon\omicron\alpha\tau\omicron\varsigma$. Non ergo precipit propheta, ne exigat vnusquisque quod debitum est, maxime quod iuste dedit & repetit: alioquin tribunitia esset seditionis assertor. Sed ubi iniqua est cautio, ubi opprimuntur pauperes calumnia, ibi fasciculi cautionum & omnia iniquitatis vincula sunt rumpenda. Hec ille.

9 Quator sunt precipue, que nobis hic propheta ex ore Dei committit. 1. Saturare esurientes. 2. vagos colligere & hospitio recipere. 3. nudos vestire. 4. familiam nostri feminis (ut legunt Septuaginta) non temnere. idem vides nobis prescribi Matth. 25. Notatu etiam dignum quod ait, Panem tuum frange. La he mecha, Panem tuum diuide cum esurientibus. Idem dicitur Prouerb. 3. & 13. Honora Dominum de tua substantia. Splendidum in panibus, hominem liberum, dapsilem multa Germanica celebrans adagia. Obseruatu dignum & hoc hebraicum Baith, quod significat, in domum, tamen si non tuam. Inquilini itaque & ipsi obstringuntur hac lege. Obseruauit & hoc diuus Hieronymus, Carnem tuam. Carnem nostram accipe omnem ho-

vinem miserum, vagum &c. Proximus nobis est, qui nostra ope & auxilio indiget, *Leui. 19. Matth. 22. Omnes vna sumus caro, Gene. 2. Reg. 5.*

IO Quatuor his speciebus operum bonorum annexæ sunt Opera bona quatuor species premiorum, nempe hæ: lumen, sanitas, in-na poenitentia, & gloria. Auctarium ad omnia conueniens, oratio- nem exauditiõ. Vbi sunt hic scripturarum superstitioni illucida- tores? Quo ore audent Lutherani operibus bonis sua negare me- rita? Si non recipiunt sanctorum patrum sententias, & omni- no scripturam scriptura exponere volunt, age huic loco adap- tent eum qui est apud Matth. 10. Qui dederit aquæ frigide haustum propter nomen meum, mercede sua non defraudabi- tur. Observandus contextus. Az dicit Hebræus, & Græ- cus, tum deum Latinus, Als den Germanus. Tunc, post- quam declinaueris à malo, præscriptas operis boni species præ- stiteris. Scimus Deum peccatores non exaudire. Ceterum ma- nus Domini non est abbreviata, vt saluare nequeat: nec auris eius aggravata, vt audire non valeat, sed peccata nostra in- ter Deum & nos interstitium tale faciunt, dicit *Esaias 59.*

II Lutherani vocant iustitiosos *VVertheiligen*, illos rursus non iniuria catholici vocant iustitia osos *VVertheiliger*. Quan- tum ad cultum diuinum attinet, sunt etiam opera bona habenda, Ecclesie decore studere, modo hoc loco suo fiat. Caritas ce- remoniis est præferenda.

IN EADEM DIE SEXTA HEBDOMA-
dæ post Cinerum, lectio euangelica

Marthæ V. & VI.

S Y M M A R I V M.

Præfens lectio charitatem nobis commendat, non modo erga fratres & propinquos, verum etiam er- ga extraneos quoslibet exercitandam. Charitatis præcipuus fructus elemosyna, quæ tamen fit citra om- nem ambitionem & gloriam vanam.

T E X T V S.

A V distis quia dictum est, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calūniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui vos

Diligant, quam mercedē habebitis: nonne & publicani hoc faciūt: Et si salutaueritis fratres vestros tantū, quid amplius faciūt: nō ne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est. Cū ergo facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciūt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autē faciente elemosynā, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit elemosyna tua in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.

EXEGESIS IN THE-
ses digesta.

1. Christianorum est iustitia, priscos Iudæos, qui sub lege fuerunt, longe excellere, nedum ethnicos eos qui iustitiæ laudem præ cæteris sunt consecuti. Atqui quum ethnicis, etiam prauis, in iustitiæ æmulatione simus inferiores, videmus iudicium nos perquam horrendum manere.

*Lex Mo-
saica dile-
ctionem
proximi
nobis cō-
mendat.*

2. De lege Mosaica puto aliquid hic adducendum, nempe hoc quod memoriæ proditum est Deut. 24. Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuerteris vt tollas illum, sed aduenam & pupillum & viduā auferre patieris, vt bene dicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum. Si fruges collegeris oliuarum, quicquid remaneret in arboribus, non reuerteris vt colligas, sed relinques aduenæ, pupillo & viduæ. Si vindemiaueris vineam tuam, non colliges remanentes racemos, sed cedent in vsus aduenæ, pupilli ac viduæ. Deu. 24. Simile fere dicitur Leuit. 19. Cū messueris segetes terræ tuæ, non tondebis vsque ad solum superficiē terræ, nec remanentes spicas colliges, neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. Post hæc tandem sequitur: Diliges amicum tuum sicut teipsum. Sensus est: Hoc volo, vt inter vos ametis. Quod tibi velis fieri, hoc proximo facies. Aliis omnibus fruges & fructus, metentibus & legentibus, malis tu quoque frumenta, poma & uvas legere: Age ergo in agro, in horto & vinea tua.

aliquid non habentibus relinque, quo tristes consoleras & eorum inopiæ succurras. Repetitur lex hæc Matth. 22. Item Rom. 13.

3 Lex est naturæ, quam explicat Soter Matth. 7. dicēs: *Lex naturalis in lege Mosai- ca cōpre- henditur.* Quæ tibi fieri nolis, alteri ne feceris. Sic legislatori visum est, vt legem Mosaicam & omnium prophetarum oracula in lege cōcluderet naturæ. Jam verò cum Christiani etiã legē naturæ in crassissimis & minimis præuaricemur, ethnicis etiã sumus scandalo. Adeo peccata nostra etiã sunt turpitudine. Bestiis sumus magis bruti & turpes. Væ ergo mundo à scandalis.

4 Lex vocatur naturæ, quòd non est supra naturam, *Lex nato- ra quare dicatur.* hoc est, non est supra vires humanas. Ioannes ergo ait: Mandata Dei grauiã nò sunt, 1. cap. 5. Dominus quoque ait Onus suum esse leue. Non ergo Pelagianizat, qui dicit præcepta ergo à Deo esse lata, vt custodiantur. Solius fidei dogmatistæ viam angustam, angustam conantur facere, Christi euangelion Matth. 7. Luc 13. deprauantes. Impune hoc non possent facere principibus filiis hominum: & putant sibi hoc esse prædicabile, quòd peruertunt legem filij Dei? Sanctus Hieronymus in hunc locum dicit, Christum non præscripsisse impossibilia, sed perfectiora, quæ Dauid in Absalon & Saul, Stephanus in Iudæis se lapidantibus, sanctus Paulus in persecutoribus suis præstiterunt, Actu. 7. Rom. 9. Theophylactus quoque refert Moisen in album eorum, qui inimicos suos dilexerunt, proculdubio ex historia Exod. 32. Augustinus ait: Hinc etiã efficitur, vt inimicos nostros etiã diligamus, De doctrina Christi cap. 29. Exempla beatorum martyrum & confessorum infinita sunt nobis. Nemo enim est omnium, qui præscripto huic non satisfecerit. Sed potestas ea & virtus præstandæ legis huius, sita non est in carne & sanguine sed in gratia Dei. Ecclesia tenet medium inter Pelagiũ & Manichæum.

5 Præceptor & Dominus noster Iesus primò in genere docet, inimicum nostrum nobis amandum: dein *Inimici nostri nobis sunt amandi.* ipsum amplificando declarat, dicens: Si fuit, præbe illi potum &c. Apostolus quoque dilucidat Rom. 12. vbi monet, vt bono malum vincamus. Contraria con-

trariis curanda. Maledicit nobis hostis? benedicamus nos illi. Lædit nos? faciamus illi bonū. Persequitur nos? feramus. Sic exponit Christus. Consentit Apostolus, dicens: Si sitit, potum da illi: si esurit, da illi cibum &c. Hæc si præstiterimus, argumentum de nobis aliis iudicandi præbemus, nempe charitatem atque ad eum Deum in nobis esse. Hieronymus quoque contra Pelagianos docet

*Ethnici
plerique le
ge nature
hostes suos
dilexerunt.*

** Pullo*

*lib. 5. belli
gal. c. 11.*

dilectionem inimici esse, si pecudem errantem illi donum agamus, & si esurientem pascamus &c. Hæc omnia cum etiam natura exigat, exemplum proferam ethnicorum, qui legem nature secuti, sibi benefecerunt multo, etiam tum cum essent inimici. Duo Romani * Pullo & Varenus, insensu inter se hostes, in conspectu videntes se undique ab hostibus peri, alter alteri succurrendo sese mutua fide, magnam gloriam comparantes, ex tot periculis explicuerunt. Vide Iulium Cæsarem in Comment. lib. 5. de bello Gallico. Dubium non est, multa milia Christianorum huic legi etiam hodie satisfacere. Quod si maior pars nē quidem amico, de se optime merito, benefacit, mala pro bonis reddendo, non detrahit gratiæ Dei, non derogat legi. Lex nobis per gratiam Dei, facta est ad præstandum facilis. Si qui facere nolunt, abutendo aut negligendo Dei gratiam, Dei non sunt.

*Gratie
Dei possi-
bilia om-
nia.*

Nouit Deus qui sui sint. Mune agitur cum potentibus principibus, ducibus & nobilitatis: Putant illi legem eam scriptam impotentibus saltem & inermibus. Calumniatur liberius, detrahunt impudentius, & sic in omnibus se habent, ut appareat eos nescire, infimates eorum proximos esse. Exarmati dicunt: Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni. Sed humiles proximos agnoscere, & vicissitudine officiorum (ut non dicam de remissione offensarum) infimates respondere, pudori illis est. Gloria nobilitatis carnis est, ferocire.

6. Per dilectionem inimici (non solum inimicorum & proximorum) fit, ut filij Dei vocemur & habeamur. Ut sitis filij patris vestri qui est in cœlis: quasi, immo quia sine hac dilectione filij Dei patris esse nequeamus. Benefacit ille hostibus suis blasphemis, hæreticis, & infidelibus. Si eius sumus filij oportet ut ab eius istac bonitate aliquid referamus. Diabolus est pater su-

perbitæ, cuius inuidentia mors intravit in orbem terrarum; homicida ab initio & cæc. Tyrannos igitur utur se ipsi admirentur & placeant, ut eunquæ suas adorent ipsi imagines & ceras, filios diaboli esse, ipsorum exprimit & declarat fastus & tyrannis. Qui ducantur spiritu Dei, filii Dei sunt. Spiritus Dei benignus est. Filiorum Dei & diaboli discrimen obscurum non est. Duci verò spiritu Dei, non est duci potestate & virtute carnis. Vides itaque non nos, sed gratiam Dei in nobis perficere legem.

*Tyranni
nobiles filij
diaboli
omnes.*

7. Diximus legem diligendi inimici, impossibilem factu non esse, potissimum renatis: sequitur ergò, legem non præstantes illam, hoc est, præstare non curantes, aut etiam contemnentes, ethnicis & publicanis esse coram Deo & coram hominibus turpiores. Vide Christianorum nobilitatem potissimum in charitate esse sitam, & ab ea nobiles huius seculi præcipuè longè obesse. Salutar Ephebus nobilitaster & herois chari puer, etiam à cano sacerdote: minusque ad resalutandum mouetur, quam si statua talis exhibitus esset honor. Ethnicis publicanis & lenones plus veræ nobilitatis habent, quam tam degeneres nobilitastri. Tales si vel verbulo offendi si, nisi fugias, periisti. Inuisum quem libet statim vaginam facient, tantum abest ut saluatione ipsum dignentur, potissimum si illis minor sit. Potentes igitur, in regno cælorum ferina sunt. Demeç sunt, immò dementes Evangelion illis non prædicatur, nisi spiritu fiant pauperes. Pauper salutat libenter, etiam eos qui aduersarij eius sunt, excepto dumtaxat hæresion negotio, 2. Ioan. *ἡσυχία καὶ ἀγάπη ἐστὶν ἡ ἀγάπη τοῦ κόσμου. 1. Cor. 5.*

*Nobilitas
Christiana
notis qua.*

8. Credamus hoc siue non credamus, res fidei se aliter non habet. Fidelium est honore inuicem præuenire. Nulla spes gloriæ Christianis reliqui est, nisi quisque proximum suum tanquam seipsum amauerit. Proximū non intellige saltem sanguine iunctum contribulè, sed & infirmatem quemcunque immò etiam ethnicum, Iudæum & hereticum, nostra ope indigum. Nulla spes salutis speranda est etiam de fide Christi gloriosa loquentibus, nisi (quod dixi) etiam infirmatem & inimicum amantes officijs prosequantur. Quæ est vobis gratia?

EXEGES. LECTIO. EPISTOL.

Apud Lucam ter repetitur, quanquam Matthæus publicanos in ferat, pro quibus Lucas peccatores ponit. Nulla nobis est gratia, immò maxima contumelia, quæ etiam publicanis & peccatoribus ethnicis grauius cruciabimur damnati, si eos nos in virtutum cursu præcedere sustinuerimus.

Turpissimum est Christiano in virtutis certamine vincere ab ethnicis.

9. Fideles meritò superarent optimos quoscunque philosophos, Hierophantas, Bragmanas, Gymnosophistas, vt non dicam pharisæos & Mahumetistas. Turpissimum ergò fuerit, vinci à publicanis & peccatoribus, quæ ethnicorum fex sunt & amurca. Apud fideles oportet esse *ὑπερβολή*, hoc est, superabundantiam, iuxta illud: Nisi abundauerit iustitia vestra. Hic primatus virtutum regnum habere debuit suum. Huius primatus umbram, Atheniensium, Lacedæmoniorum, Romanorum, & omnium nationum magistratus non assequeretur: Noster enim legifer non Solon, neque Plato, sed filius Dei, maior etiam ipso Salomone est.

10. Hactenus de diligendorum inimicorum lege dictum est. Legem eam etiam quoscunque potètes, reges, principes nobiles & equites complecti diximus atque perstringere. Hoc verò intellige, quantum ad propriam cuiusque pertinet personam. Quòd si publica iustitia spectetur, non debent vindictæ ardore, sed virtutis amore, quod iustum est, iustè prosequi. Nunc porrò de elemosyna.

Elemosyna comendatio

11. Elemosynam iubemur item facere, sed non ad instantiam & ambitionem, sed ad proximi releuationem, ad Ecclesiæ ædificationem, & ad gloriam Dei. Quòd si sincero affectu elemosynam fecerimus, maxima nos præmia manere hic audimus. Aeterna præmia elemosynæ occultæ hic promittantur, tunc palàm donanda. In manifesto, ait, reddet tibi pater. In propatulo, idem est quod cum magna gloria. Hypocritarum gloria euangeliata est. Fata præmia elemosynæ promissa si quis probè secum reputauerit, statim omnia sua vendet, vt auctiorem in cælo eam omnem decuplo sibi promissam faciat. Pauperes item, de quibus tanta sibi paruo redimere possit præmio, tanq̃ seipsum diliget. Pauperes semper vobiscū habebitis: verbū iudiciū, verbū salutare exof-

culabitur. Vide exēpla & encomia eleemofynę Dan. 4. Tob. 4. 12. Actu. 10. Patrum Ecclesię exempla sunt infinita. Aeterna Tabernacula quę sint, nemo fando expresserit. Centuplum promittit Christus in hac terra & regnum cęlorum. Nemo est qui tam diuitem promissionem penitus perspicere possit. Apostolus dilucidat. 2. Cor. 9. Fac eleemofyna pręmia tanta promissa non habeat: tamē intermitti minimē debet, cū virtus ipsa sibi pręmium existat.

12. Eleemofyna dicitur à miseratione. fructus est pręcipuus charitatis. Non est ergo eleemofyna, quod plerique nihil dant miseris, nisi iam vitiatum, corruptum & putrefactū. Sunt qui dant saltem iis, quibus ratione mercedis hoc ipsum quod debent, parcē & illiberaliter dant quę largitio etiam mercedis gratiam perdit, nedūm nō eleemofynę nomen meretur. Merces operarij non morabitur (vt Moyses ait Leuit. 19.) apud te vsque manē. Egregia ergo eleemofyna, de qua se plerique Mammonistę aded extollunt, mercenario suprema necessitate oppresso dare. Ecclesiastes sedulus huiusmodi insyncerę largitionis species plures depræhendet. Mancipia enim Nabonis & Mammonistę, etiam si benē offerant, pessimē tamen diuidunt: hoc est, prauo dant affectu, aut tristes, aut iactabūdi. Beatus qui seminat super aquas omnes. Qui largē facit sementem, multūm metet. Satius dare quā accipere. Beatus q̄ hoc intelligit, atq; præstat.

Eleemofyna vera proficitur ex misericordia.

SABBATHO POST CINERVM LE-

ctio epistolica Hieremię cap. XIII.

SUMMARIVM.

DEus opt. max. quę eius est iustitia, non potest non seuerissimē animaduertere, & præ reliquis gētibus grauiori pœna exterminare populum ad suā gratiam vocatū, gratia ea abutentem, idololatriam, superstitionem aut hærēsim cōminiscendo & asserendo. Nihil est quod ab irę Dei flagello istoc reos possit protegere. Sunt enim omnium diuorū intercessione destituti.

TEXTVS.

Hæc dicit Dominus ad me: *Vade, & posside tibi iūbare lineam, & pones illud super lumbos tuos, & in aquam nō inferes illud. Et possedis iūbare iuxta verbum Domini,*

& posui circa lumbos meos. Et factus est sermo Domini ad me secundo, dicens: Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphratē, & absconde ibi illud in foramine petrae. Et abij, & abscondi illud in Euphrate, sicut praeceperat mihi Dominus. Et factum est post dies plurimos, dixit Dominus ad me: Surge, & vade ad Euphraten, & tolle inde lumbare, quod praecepi tibi ut absconderes illud ibi. Et abij ad Euphraten, & fodi, & tuli lumbare de loco ubi absconderam illud. Et ecce computruerat lumbare, ita ut nulli usui aptum esset. Et factum est verbum Domini ad me dicens: Haec dicit Dominus: Sic computrescere faciam superbiam Iuda & superbiam Hierusalem multam, populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis sui: abieruntque post deos alienos, ut seruirent eis & adoraret eos. Et erunt sicut lumbare istud, quod nulli usui aptum est. Sicut enim adheret lumbare ad lumbos viri, sic adglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit Dominus, ut essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam: & non audierunt.

EXEGESIS.

Pertinax & pessimus populus doctrinam, admonitionem & correptionem prophetatum, atque adeo Dei, omnem contempserat. Voluit ergo profundo consilio Deus iudicium irae populo suo parabolica quadam demonstratione rerum ante oculos positarum, adubrare & quodammodo repraesentare. Nihil intermittit admonitor ille bonus. Si auris obduratur, oculis atque adeo sensibus omnibus suum iudicium exhibet atque ostendit. Si neque sic proficit, grauiori poena praefractus plectit. Si mortales pertinaces sunt, ipse bono bonitatis suae opus omittere nequit. Sic Christus optimus pastor, cum iam à Iuda & Iudæis traderetur, & illum & hos idem à tanto malo abstertere, quanquam obstinatos sciret, nitēbatur.

Paraboli 2. Parabolicæ demonstrationes tales in Hieremia & *ca. demon* Ezechiele prophetis sunt frequentiores. Hieremias supra visibilem atque realem demonstrationem iussus vas fictile in conspectum Optimatum populi proferre, prolatum terræ allidere atque penitus comminueri, sic in *in Hieremia* & *Ezechiele* sinuando atque ostendendo, Dominum Deum iustum iudicem ciuitatem sanctam vñā cum Iuda omni contriturum,

tritutum, cap. 19. Rursus iussus fecit sibi catenas quas regibus misit, adumbrando eos captiuos abducendos in Babylonem, cap. 27. Ostendit quoque ipsi Videndi Deus duos calathos plenos ficis, alterum pessimis, alterum optimis: delineans sic, populum pessimum, post captiuitatem optimum rediturum, cap. 24. Rursus cap. 18. misit eum Dominus in figulinam consideratum artem figuli, ut ibi disceret, Dominum sic moderari mortalia, quemadmodum figulus ex eodem luto vasa varij usus effingit. Ezechiel itidem parabolicos iussus deuorare librum, ad significandum, scripturam sacram memorie commendandam, ut semper e promptuario peccatoris in salutarem usum deponi possit, capi. 3. Idem vates capi. 5. iussus capillos capitis vna cum barba detondere nouacula acuta: Peripsema hoc capitis in statera quoque appendere & trutinare, atque in tres partes aequales diuidere: Denique vnam partem iussus comburere, aliam gladio dissecare, tertiam ventis tradere in aera vacuum deportandam, significans iustum iudicem Deum sic & populum abiectum absumpturum trifaria peccata. Idem Videns cap. 12. iussus sibi facere vasa transmigrationsis, & transmigrare per diem coram populo exasperante. Transmigrare autem de loco ad locum. Item ibidem iussus perfodere parietem, & egredi per foramen hoc muri factum: ad insinuandum, populo obdurato migrandum esse in Chaldaeam, & moenia ciuitatis sanctae diruenda. Iterum cap. 24. iussus accipere ollam aeneam, replere eam aqua, congerere carnis delicias, femur armum & felcam, ossa quoque vna cum carne mittere in ollam. Denique iussus assumere pecus pinguisimum, & componere strues ossium sub olla ea, & carnes in olla elixare &c. Adumbrans sic ciuitatem obsidione cingendam, & ciues Iudaeos tanquam carnem igni tribulationis decoquendos. Sic Deus opt. max. populum, tametsi eum sciret esse pessimum, per talia sui iudicij symbola & parabolicas demonstrationes, a peccatis absterrere non cessauit. Sed quo hoc fecit vehementius, hoc populus peccare perrexit pertinacius. Maligni etiam hodie dicunt: *Es ist eben so gut in die helle gerät, als darein gän gen oder traben.* Perinde est, siue in tartara curras, aut eas.

3. Oculis nasutæ sapientiæ, hæc quæ de succinctorio siue braca hîc dicuntur, stulta apparent. Dei timens, sapientiæ initium & gustum habens, scit nihil sine causa Deum facere. Propheta itaque non testam verbi Dei, sed nucleum attendens, Deo obsequatur.

Ludit in humanis diuina potentia rebus.

Attemperat se nostræ infirmitati summa maiestas. Lumbarum lineum prophetæ debuit esse proprium. Dein in aquam non erat inferendum, hoc est, non aqua imbuendum atque lauandum. Pannus lineus citius aqua intinctus putrescit. Non putruit lumbarum in corpore prophetæ. Populus tantisper dum Domini prophetæ adhæsit, ab omni putredine tutus permansit: sed postquam audire vocem Dei contempsit, factus est reiectamentum abominabile. Bracam eam in *Bephrath*, hoc est, ad aquam Euphratis absconditam atque occultatam ait, ut sit sensus: Primò aqua non fuit intinctum lumbarum, quia putredini non dandum: postea in petrae rimam ad litus Euphratis aquosam abditum, quia putredini addictum.

*Verbum
Dei audi-
tum atque
custoditum,
cõseruat à
putredine.*

4. Propheta lumbarum quidem abditum inuenit, sed corruptum, nulli vsui aptum. Quid verò iacturæ est linei lumbarum? Non testam, sed nucleum attende. Non literæ superficiem, sed medullam gusta. Vide populum qui olim fuit peculiaris Dei, nunc prorsus abiectum. Non committas ô popule Dei, quoties lumbarum vides, quin eius memineris parabolæ, sic te gerendo, ne & tu abiiciaris. Ne efferaris animo contra Israël: sed considerata Dei iudicij seueritate, aliorum periculo tibi prospice.

*Lumbarum
Hiere-
mia sem-
per ab ocu-
los fidelis
cõsue ha-
bendum.*

5. Lumbarum est populus Iudaicus. Possessor Dominus Deus. Neque enim obedientès sacerdotibus & prophetis, statim sacerdotum sunt hæreditas atque prophetarum: sed eos audientes, & illis obaudientes propter Deum, Dei sunt peculium. Petrae rima aquosa, est Babylon, cui Dei iustitia tradidit populum suum. Nisi enim tradidisset Dominus populum Nabuchodonosori, idè illi euenisset quod tyranno Assyriorum Esa. 38. 4. Reg. 18. 2. Paral. 23. Debet ergo rimula petrae, nos admonere diuinæ iræ, qua impij tyrannis traduntur vexandi, Pij

*Petrae fo-
ram, quo
lumbarum
Hiere-
mia absco-
debat, quid si-
gnificet.*

verò securi sunt in Dei manu: horum capilli capitis tangere non potest tyrannis vlla.

6. Culpā quare sic sunt abiecti, vides cap. 5. & 6. Duo mala dicitur fecisse populus Iuda: alterum, quòd Dominum Deum viuum & verum dereliquerunt: alterum, quòd idola ipsi sibi finxerunt. Cap. 2. ait: Deseruerunt fontem viuum, & effoderunt sibi cisternas, aquam non habentes. Hoc est, verbum Dei ex prophetis audire recusauerunt, suis somniis supplaudetes, 1. Paralip. 36. Meritò ergò tantis sunt traditi malis. Verbum Dei contemptum, non iniuria factum est illis stramen & ignis, capite 5. Iudæos sic quoque arguit Soter Lucæ 19. dicens eos non cognouisse tempus visitationis ipsorum. Testimonium prophetarum de Christo, testimonium Ioannis de eodem, denique item testimonium patris de filio suo, & spiritus sancti de æterno verbo, non receperunt: ergo perierunt. Hic iuxta prophetam Hieremiam traditi sunt Babyloni regi Nabuchodonosori, Apud Lucam, quòd tempus visitationis suæ non cognouerunt, commeruerunt vt postea penitus per Cæsarem exterminarentur Adrianum. Illic fuerunt idololatræ, hic Antichristica mancipia esse Christus testatur, dicens: Me, quia in nomine patris mei veni, non recipitis, alterum in nomine suo aduenientem, vtrò recepturi. Illius transgressionis culpā carcer expiauit Babylonicus, huius æternus exuret atque torquet ignis: quia Christus maior est, quàm Moses & propheta. Heretici prorsus similes sunt obduratis Iudæis. Lutherani dicunt catholicos fontem aquæ viuæ deseruisse, cisternas verò sibi effodisse, propterea quòd non interpretantur scripturâ priuatim quisque secundum Luteri vel suas opiniones, sed magis acquiescunt sensui communi sanctorum cõmunione Ecclesiæ orthodoxæ, colunæ veritatis. Hoc est ingenium hereticorû, vt eius culpæ, cui ipsi sunt obnoxij, alios insimulent atque damnent. Ipsi, ait propheta, effoderunt sibi cisternas. Quis hoc facit catholicorû? Nunquid non traducem sensum matris Ecclesiæ vsque ad minimum iota & apicem tenent atque asserunt catholici omnes? Denique in plurali dicit, cisternas, quod non potest intelligi de vnico sensu atque senten-

*Iudæi gra-
uius ple-
ctuntur
quod Chri-
stum non
repperunt,
quã quòd
olim idola
coluerunt.*

*Catholicè
sibi cister-
nas non
effodiunt,
sed here-
tici.*

ria catholicorum. Vides ergo suo se iugulare gladio Luteranos. Ipsi reuera sibi effodiunt cisternas. Ipsi, inquam, quia catholicam auerfantur professionem. Scriptura non est priuatae interpretationis. Luterus, Zuñgius, Carolstadius, Monetarius, Fislulicen, & alij eius farinae homines, sensum communem deserentes, & omnes eorum opiniones sensui communi praefereutes, sunt de quibus ait: Ipsi effoderunt sibi &c. Denique heresis non est fons viuus, sed cisterna perfluens, aquam non retinens. Nihil proficient amplius. Manifesta sit eorum stultitia. Vbi Aetiani euangelion? Vbi Iouiniani & aliorum eius generis portetoforum hominum dogma? Manuit omnis haereticorum opinio, quia cisterna, non fons. Stulti ergo Luterani, qui sperant suas naenias tanquam Euangelion perpetud permanfuras, ex Aetiano, Iouiniano, Vigilantio, Vuicleffo &c. acceptas. Fontem viuum esse sensum communem vides: patrum siquidem monumenta hodie tanquam reuiuifcere videmus, vt Luteranos vincant, dum à Luteranis iudicantur.

Pertinacia facit haereticu.

7. Obstinatio maximè tale iudicium meretur, non peccatum. Pertinacia quoque facit haereticum, non error. Capite 6. infra dicunt, *Lo nak sib*, hoc est, nolimus attendere. Quasi dicant, Tu propheta dicis quæ libet, nos quoque facimus quæ iuuat. Sic sumus pares. Ezechielis quoque capite 3. dicitur: Domus Israel te noluit audire, quoniam & me quoque ipsum audire non dignatur. O horrendum verbum, Non velle audire.

8. Nabuchodonosor, Titus & Adrianus, Dei flagellum, sumpferunt pœnas de superbissimo populo, audire recusanti. Sed non vnà cum populo periit etiam scriptura. Omnia enim quæ scripta sunt, propter nos scripta sunt, Ro. 15. 1. Cor. 10. Vult ergo nos scriptura admonitos, vt Iudæorum exemplo cautiore reddamur.

Patres fuerunt gloria Deo in hoc mundo pessimo nos sumus scamaalo.

9. Dilexit Dominus Ecclesiam, non vt lumbarè, sed vt suum ipsius corpus & carnem, Eph. 4. Vicissim Dominus multum gloriae in flore Ecclesiae habuit in Ecclesia. Olim in Abraham, Iob, & aliis eiusmodi piis patribus solebat gloriari. Longè maiorem gloriam habuit in sanctis martyribus & confessoribus. Sed nunc pro dolor, scandalo sumus etiam ethnicis. Pompa, superbia,

ET cum serò esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra: & videns eos laborantes in remigando, erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos, ambulans supra mare, & volebat pertransire eos. At illi ut viderunt eum ambulantes supra mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt. Omnes enim viderunt eum, & turbati sunt. Et statim locutus est cum eis, & dixit eis: Confidite, ego sum, nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim, & cessauit ventus. Et plius magis intra se stupebant: non enim intellexerant de panibus, erat enim cor eorum obcecatum. Et cum transfreti essent, venerunt in terram Genesareth, & applicuerunt. Cūque egressi essent de nauis, continuò cognouerunt eum; & percurrentes vniuersam regionem illam, cœperunt in grabatis eos qui se mate habebant, circumferre, vbi audiebant eum, esse. Et introibat in vicos vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebant, infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, salui fiebant.

EXEGESIS IN THESES
digesta.

*Precatio
& eleemo
syna nego
ciis omni
bus pre
mittere da.*

i. Nobis in exemplum Dominus Iesus priusquàm in nauim intraret, primò esurientes saturauit, dein in montem ascendit, atque in eo precatus est. Debemus nos hoc exemplum imitando eleemosynas dare, & precari priusquàm negocia & prouincias subeamus periculosas. Si non possumus miraculosè pascere famelicos, faciamus hoc officiosè & simpliciter. Faciamus quod possumus. fecit idem & Christus. Oratio & eleemossyna sibi semper debent cohærere. Illa per hanc fit adipata, atque adedò Deo sacrificium gratum, Actu. 10. & Esa. 58. Dominus Iesus precabatur nulla re egens, nos admonens & ad orationem assiduam inuitas, qui nulla nõ re opus habemus, miseri atque inopes. Sic etiam tentari voluit, vt ostenderet tentatorem nobis esse insidiosum. Precabatur nõ pro se, sed p nobis qui eius intercessionem opus habemus. Indè ipsum nostrum intercessorem cognoscimus. Intercessio ea Christi, mutuam intercessionem viatorũ & pro nobis intercessionẽ triumphatũ nõ eleuat, immò cõfirmat. Diui, quatenus vnũ nobiscũ Christi corpus sunt, Christũ imitantes, semper pro nobis Domino Iesu supplices sunt, Dominus Iesus tunc

triumphans in cœlo, exoratus dat. Non erat nunc supplex, sed se patri pro nobis ostendendo.

2 Noui Euangelici super medullas lectionum euangelicorū naueant, nempe allegorias catholicas. Ipsi vero si quas pro suis opinionibus commenti fuerint, eas manna esse omnibus persuadere non cessant. Nos iuxta catholicos, nauim allegoricos accipimus pro Ecclesia. *Nauicula Christi, hec est Ecclesia periculis exponitur & sed non dereliquitur*
Iuxta hanc allegoriam catholici Ecclesiæ orthodoxe filij, commonentur vt spem habeant ratam: Dominum siquidem in schismaton, hæresion, tyrannidis, & omniū hoc genus turbinibus, sibi semper adesse. Nox est, nauicula in medio fluctuat mari, venti sunt contrarij, Dominus Iesus permanfit in monte, quemadmodum & iam in monte regni cœlorum abest peregre. Diceres ergò actum esse de nauicula. Sed Dominus qui Nohemum in cataclysmatis seruauit tempestate, & qui populum suum sicco pede per mare Erythræum transduxit, idem nauiculam suam etiam in stagno huius seculi conseruare potest. Nec longe potest adesse, qui vbique est, & qui omnia sua habet in manu.

3 In patientia nostra animas nostras possidere alibi iubemur. Semen bonum in patientia fructum profert. Qui non est tentatus, quid sciat? Oportet hæreses esse, vt probentur electi. Sero ergò, nempe in quarta vigilia circa auroram, fere Dominus succurrit naufragis. *Cor. ii.*
Per tentationis noctem admonemur, nos esse basanizomenos, hoc est, eos qui sunt ærumnosi & laboriosi. Sic perpetuò maneremus, si Dominus nos nesciret: quia *Basanizomeni sunt oēs Christiani in hoc mōdo.*
na salus est hominis, Domini salus.

4 Domini est salus. Iesum vero Dominum esse, cum hic, tum alibi videmus. Esaias ait, Domini vias nō esse quales sunt nostræ. Dominus elementorum sator, etiā *Esa. 55.*
super ea iter facit. Idem etiam super dracones & basiliscos ambulat, vt ait Dauid. Si odio vos mundus habet, ait: ego maior sum mundo: vtique, quia mundi creator. Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Elegit nos ex hoc mundo sibi Dominus, potest ergò & nos saluare ab huius mundi minis noster & mundi Dominus: noster saluator, mundi condemnator.

EXEGE. LECTIO. EVANG.

5 Phantasma non est Dominus Iesus: nam etiam à morte suis reddiuius apparens, ostendit se habere carnem & ossa. Hic ambulat super mare: reddiuius suos visitans, intrauit ianuis clausis. Necessarium est, vt ipsum verum Deum & verum hominem esse credamus. Quod nisi facimus, nobis adesse non poterit. Verus homo est, iuxta atque verus Deus, nostram ergo infirmitatem nouit. Fragili vasi parcere didicit, tentatus & ipse per omnia, circa peccatum.

*Verbum
Christi ad
consolanda
miseros-
sime effi-
cax.*

6 Medicus infirmis condolens, verbis supra mel dulcibus suos perterritos & stupidos consolatur, dicens: *Buba, ki ani tu, Al thiyen*, hoc est, Confidite, quia ego sum, nolite timere. O verbum efficax. Per hoc verbum reuiuifcēt mortui, haud secus atque hic animi discipulorū recreantur. Petrus apud Matthæum se quoque mari committit sed insolitum iter tēdens, cœpit trepidare & mergi. Medicus simplicitatē infirmi Petri videns, ipsum eripuit. Dixit, veni: in hoc verbū Christi, Petri fides subnixā esse debuit. Sed loco motus Petrus, fidēs clamauit, *Adonai Hossani*, id est, Domine salua me. Plenitudo diuinitatis inhabitat in Christo, vnde ipse non habens opus auxilio, aliis quibuscunque in quocūque periculo auxiliatur. Super aspidem & basiliscum ambulat. In eius nomine fideles omnes serpentes tollunt, montes loco mouent &c. Lucæ 10. Marci vltimo, Actu. 3.

Allegoria, nauicula Ecclesie sicut signum scitu dignissima.

7 Post editum miraculum saluator intrat nauiculam, & cessauit ventus. Hæretici Ecclesiæ hostes, historiam hanc perfunctorie & oscitanter prætereunt, soli contenti litera. Allegoriam vulgatam (de qua Hieronymus ait, Nauis est vniuersalis Ecclesia) contemnunt. Nos allegoriam eam latius discutientes, inuenimus eam plenā consolationis. Primò virtutem Christi in omnibus sacramentis, nusquam nisi in Ecclesia hic discimus esse efficacem. Dein etiam discimus hic, Christi & omnium Christianorum miracula vera, Ecclesiæ esse catholicæ. Hæretici qui exotica proferunt dogmata, nouis opus habent miraculis. Christi miracula non habent, quia Christus se nauis suæ commisit, atque eò sua omnia transfudit miracula. Simon, Elymas, Dositheus, Béchuzab, Nitzahon, Mahumetus, Hali, vna cū Antichristo, si que

miracula fecerunt aut facturi sunt, pertinent ad Euangelia noua Aetiani, Aetiani, Iouiniani, Vuicleff, & ad eius gregis, pecudes.

8 Non intellexerunt de panibus, habet euāgelista: erat enim cor eorum obcæcatum. Discipuli pro ratione temporis erant infirmi. Nemo suam crassam ignorantiam hoc loco, de discipulorum obcæcatione, excuset. Illi tum erant in vigilia quarta noctis. Postea verò in die pentecostes aliter loquebantur & fecerunt. Loquebātur magnalia Dei, & virtutem operabantur omnes. Hæretici patiuntur morbū, quē Apostolus vocat Porosin: quo laborātes, neque audiunt, neque vidēt, neque intelligūt. Morbus hic in Ecclesia Christi esse non potest. vbi lux est indeficiens, & vbi spiritus sanctus suggerit omnia quæcūque scitu sunt necessaria. Hodie ergo in hac fidei clara die locū habet: Qui ignorat, ignorabitur. Qui ab Ecclesia ad hæreticorum desciscit conuenticula, is si cæcutit, suapte hoc culpa facit.

*Ignorātes
nūc in re-
gno lucis,
ignorabū-
tur.*

9 Cū egressi essent de nauī, continuo cognouerunt eum: & percurrentes vniuersam regionem illam, cœperunt in grabatis decumbentes illi offerre curandos. Hic sequitur altera lectionis pars, de miraculis quæ Iesus edidit in terra Genezareth. Obserua postquam cognouissent Iesum, continuo ægrotos illi quoscūque adduxerunt & afferebant. Hæc est vera fides, quæ sola saluat, nempe operosa & per charitatem efficax.

10 In plateis ponebāt infirmos, & deprecabantur eum, vt vel simbriam vestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, salui fiebant. Quod Marcus hic dicit de contrectatione Christi, hoc Matthæus dicit de attrectatione eius vestimenti. In libro Actuum idem legimus de succinctorio & sudario Pauli, item de vmbra Petri. Iterum Matth. 9. hæmorrhoiſſa muliercula saltem Christi vestis simbriam optabat tangere: tangens, virtutem filij Dei in se deriuauit. Et hic pij homines duntaxat Christi vestem contingere optabant. Salutaris humilitas. Perniciosa hæreticorum superbia, qui tanta Sæcta & rident filij Dei magnalia. Quid interest inter vestem salutaris Christi & sanctorum martyrum corpora? Nunquid nō humilitas etiam corpora electorum templum sunt spiritus sancti? Ecclesie.

POSTIL. VVICE. SVPER EVAN.

Arriani miracula ad diuorum sepulchra facta, accepta retulerūt diabolo, peiores diabolo, qui ea adscripsit Dei filio. Viderint noui Arriani, Vigilantiani & Vuicleffi. ſtæ, qua ſynceritate ſecent verbum Domini.

EADĒM DOMINICA PRIMA SACRO-
ſanctæ quadrageſimalis abſtinentiæ, Euan-
gelium Matthæi 4.

Tunc ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cum ieunaffet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Qui reſpondes, dixit: Scriptum eſt: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tunc aſſumpſit eū diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorſum. Scriptum eſt enim quia angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Ieſus: Rurſum ſcriptum eſt: Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde, & oſtendit ei oīa regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia dabo tibi, ſi cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Ieſus: Vade ſatana. Scriptum eſt enim: Dominum Deus tuum adorabis, & illi ſoli ſerues. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.

INDUCTIO.

In præcedenti capite cōmemorat Euangelifta, Chriſton eſſe in Iordanis baptizatum flumine: ſignificant baptiſmum religionis eſſe ianuam, portamque omnium ſacramentorum, cūm fidei tum meritorum. Recto itaque ordine baptiſmum ſequitur ieunij ſacramentū. Optimo item ordine deinde ſequitur tentatio meritoria, & victoria glorioſa. Vectis, Dei cultui ſeſe manūipantibus obicem ponere conſuevit: vnde & ſuo more Chriſton hic primūm adoritur, poſt baptiſmum diſciplina diuinæ benedictionis auſpicantem. Permiſit hoc tentatori Dominus, vt nos cautiores redderet, addiſcendæque mentis diabolicæ occaſionem nobis ſuppeditaret. Nam ſi anguis & hoſtis ille antiquus, tantum inſtar, in quo omnis gratia habitauit corporaliter, auſus fuit ex inſidiis aggredi: quomodo parceret impuris nobis? Sed

caput nostrū, leo de tribuluda, vicit: idque corpori suo, Dicit ergò Ioan. 16. Bono animo sitis, cōfidite, quia ego vici mundum. Hoc tantum Christi tentationis & victoriæ sacramētum, si probe retinuerimus, iam quoque hostem & nos triumphamus. Mysterium ergò tantum videamus: idque hoc diligentius, quo tentator est pestilentior & præsentior.

Tunc ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Eremus hæc Iordani adiacet, de ea dicitur Matt. 11. Quid existis in desertū videre? Ibi baptizabat Ioānes. Huc Christus solus venit, quia necdū sibi discipulos cōciuit. Venit aut per spiritū sanctū, exēplo Simeonis Lu. 2. Sic & spiritus sanctus Heliā prophetā dūxit in desertū solū, 3. Reg. 18. Philippū pneuma idē ad cameratū vehiculū, in quo eunuchus Candaces reginæ sedebat. Esaiā lectitās, adduxit Act. 8. Idē spiritus vetuit Paulū & Timotheū, ne prædicarent in Asia, Act. 16. Vt habeas exēpli tam negatiua quam præceptiua. Sic (teste Chrysostomo) nō suapte, quantum homo fuit, volūtate & consilio, sed spiritus sancti ductu venit in solam anachorem in Christus. Reliquit itaque (quod idem Chrysostomus submonet) nobis dogma, ne quis sese temere in tētationes & periculorum procellas ingerat. Cæterum in secessum eū atque solitarium locum ductus, vt tentaretur à diabolo, sed non nisi ieiunās. Obserua diabolum esse tētatorem. Deus (Iacobi 1.) dicitur *ἀρεπασος*, id est, intencator malorum. Permittit tamen diabolo hominem malorum tentare: vnde & diabolus proprie tentator dicitur, 1. Thef. 3. Malorum tentauit cor Ananiæ Act. 5. De tentatione ea habes 1. Cor. 7. 2. Cor. 2. 11. 12. 2. Thef. 2. Sic & pater cœlestis permittit vnigenitū, & eum dilectissimum, suum filium sollicitari, nostræ salutis ratione. Sed bonus Deus, qui neminem permittit tentari supra id, quod ferre potest, ad libitū tentatoris: sed magis, vt faciat ex tentatione profectum. Atque ea tentatio dicitur humana, 1. Cor. 10. Patris permittentis alia est mens, & alia diaboli pungentis. Ille ad bonum permittit, hic ad malū pungit. Abrahā tentatus, sed eò tentatio non euenit, quo voluit tentator. Nouit hoc Deus, sed non Anguis, Gen. 22. Et quis non videat profectum, quem

Deus ἀρεπασος, id est, intencator est malorum.

POSTILLA VVICEL. SVP. EVAN.

Deus ex Heuæ tentatione perfecit? Dei permittentis optima voluntas nunquam frustratur: sine plurimo fructu nunquam est. Logè aliter se habet ratio Tentatoris Exo. 16. Deut. 8. 12. 2. Par. 32. Sequitur:

Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit.

Baptizatos & catechizatos tentationem amant.

Quo maior (vt fertur) religio, hoc vehementior foret esse tentatio. Baptizatus Christus, officium suum statim exorsurus, solam secedit in eremum, fugæ seculi iuxta atque ieiunij exemplum nobis sacra munia auspiciantibus præbens. Sic & Ioannes ciuium turmas fugit, nè vellei fame vitam macularet suam. Ieiunauit Christus, nihil bibens, nihil comedens per dies quadraginta & totidem solidas noctes. Proculdubio item per id quoque tempus continuè orauit. Colligi hoc potest ex eius orandi ritu & consuetudine Mar. 1. Luc. 5. Obseruabis hic, bonum propositum & spiritus sancti paraclæti institutum, à satana semper impugnari. Si viderit quem à sacramento regenerationis carnales affectus mortificare, deponere & exuere veterem hominem, & sese disciplinis sacris dèdere, mundo sese subtrahere, & soli Deo se mancipare, atque ad eò solenni voto in sacro baptismo facto, respondere velle, tum statim in rabiem sese colligit anguis, & homini nouo noua bella parat. Nusquam legis satanam in theatro, in foro, in aula, in popinis, in cauponis, & in fornicibus sollicitasse hominem ad secedendum, & ad meliorem frugem auspiciandam. Immo magis omnes neruos (quod aiunt) eo tendit, vt homines in huiusmodi vanitatibus magis atque magis implicet, constringat, atque tandem strangulet. Malignus est, vndè hoc quod impugnat, prauum non esse nõ potest. In aula, in pomposo theatro, & in hoc genus vanæ gloriæ & vanitatis locis, vbi regnat, indè neminem expellit, immò magis pellicit. Crapula carnale est vitiu. ad hoc itaque spiritus immundus irritat. Nam & in para-

Ieiunia ecclesie resoluunt doctrinam, palam est impia.

diso voluptatis veneno oculos Heuæ infecit. Genes. 2. Hinc, qui sana mente adhuc est præditus, colligat, quænam illa doctrina sit, quæ ecclesie statum ieiunium impietati deputat: Christi nè, an Antichristi: Ecclesie nè, an hæreticorum. Christi habemus exemplum, ecclesie

habemus testimonium. Augustinus, Ambrosius, Chry-
 sostomus, & alij cum Græcicis tum Latini, dicunt ecclesiam
 quadragesimale ieiunium Christi exemplo & Apostolo-
 rum traditione obseruare. Ecclesiam mendacij infimu-
 lant, & Christi exemplum eleuant, apostolorum tradi-
 tionem obliterant euangelistæ noui Non vides satanam
 exagitare homines illos? Non vides nouos illos euange-
 listas ecclesiæ corporales factos esse satanas? Veritatem
 mendacis, virtutem vitis, obedientiam dyscolia muta-
 re, & ex filiis Dei filios Belial transformare conatur. Ille
 itaque se eusebiæ limina attigisse nouerit, vbi satana in
 bobo proposito sibi infestum sentiat. Sic & hoc loco vi-
 des Christum tentari in deserto: vt tentatio Christi (q̄
 D. Augustinus monet) nostra sit doctrina, nostra insti-
 tutio. Dicunt Christon ieiunasse quadraginta dies toti-
 dem noctes, idque nostrarum vitium non esse. Quasi
 cætera Christi opera, quæ nobis in exemplum dedit, no-
 stris viribus maiora non existant. Deus sic non est aman-
 dus, quia tibi par charitas cum Christo non est? Mundus
 tibi non est contemnendus, quia pari odio mundum cū
 Christo auersari non potes? Libanis illa noua nisi ius
 pontificum combussisset, videres quomodo sancti cano-
 nes ieiunium nobis, non nisi cum moderamine rationis
 præscribant, de conse. dist. cap. Non dico. Sint tibi. Ni-
 hil. Non mediocriter. & c. Sit tibi quotidiana refectio, sa-
 ueritatem fugiens. Vox est ecclesiæ: Ieiunium magnum &
 generale est, abstinere ab iniquitatibus: vox est ecclesiæ
 eadem dist. Ieiunium: Quadragesima summa religione
 est obseruanda. Vox est ecclesiæ, eadem dist. cap. Qua-
 dragesima: Quadraginta solidos dies & noctes ieiunare
 non potes, ergo ieiunium quadragesimale, quasi papi-
 sticum commentum, tanquam perniciosissimū fidei ma-
 lum, debere abrogari, noua schola nouæ Libanis, & no-
 ua dialectica nouæ Sionis docet. Alius syllogismus eius-
 dem & scholæ dialectices: Chr. ieiunauit mihi, ergo ego
 ne quidquā ieiunauero. Et tibi, mi frater, Christus bap-
 tizatus est: ergo, vt audio, tu quoque frustra baptizaris?
 Ieiunauit nobis Christus, non vt ieiunium damnet, sed
 vt sanctificet, & nobis in exemplum & sacramentum re-
 linquat. Quod si calumnia ieiunij, synceram & puram

(quod *Luterisch* vocant) est euangelion: quis hoc euangelion conuenientius prædicauerit, quam *μύσος* aliquis perpetuæ noctis spiritus, vt ex Libanote fiat melanthonia & exitiosa nigella? Quadraginta dies & totidem noctes continuas, sinè cibo & potu peregit Dominus, & non supra, quòd Moses & Helias antea tantum temporis, etià sinè cibo & potu transmisisse legantur, vt & fatanæ deitatis in Christo maiestas celaretur, Iudæis que legis plenitudo Christus adumbraretur. Christus euangelion suum noluit sinè ieiunio ordiri, quoniam Moses Thora, hoc est legem suam sinè ieiunio non acceperit. Pulchrà symphonia, sed quæ nouis euangelicis fratribus non placet, qui suum Euangelion voluptate aspiciantur. De Mosis ieiunio. Exod. XXXIII. dicitur: Fuit cum Domino Moses quadraginta dies & quadraginta noctes. Panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulas verba fœderis decem. Et Deut. IX. Ascendi in montem, vt acciperem duas tabulas lapideas pacti, quod pepigit vobiscum Dominus, panem non comedens, & aquam non bibens. De ieiunio Helicæ habes 3. Regum XIX. Supra fidem quodammodò est, quantum patres, filij nuptiarum, absente sponso, in hac exercitatione atque disciplina valuerint. Nunc proh pudor, eò rerum peruenimus, vt ea quæ in primitiua ecclesia fuerunt sacrosancta, nunc tanquam execrabilia damnantur. Canes & porci veriùs quàm homines, nè dicam filios Dei, sunt habendi, qui abstinentiæ meritum tantum contemnunt. Contra bestias eas notent catholici, quid de ieiunio dicatur 3. Regum 21. Psalm. 34. 68. 108. Iohel. 1. Nehemiæ 1. Iudit. 8. Ephes. 4. Sed quare non cõtra Sardanapalicos canes & contra Epicureos porcos, nos armemus ethnicorum cordatiorum eulogiis? Cicero. li. 5. Tuscu. quæst. scribit Catonem olim in Græciam profectum, Romamque rursus reuersum, & miraculum quod in Græcia viderat, recensuisse: nempe hoc, vidisse se homines ibidem bis interdium vesci, & saturos fieri. Quòd si in Germaniam veniret hodiè, quid, per Deum quæso, putamus dicturum, si audiret, temperantiæ meritum ab euangelistis nouis damnari? Serio ecclesia, dum ab hæreticis iudicatur, vincit. Nam & ethnici abstineu-

*Ieiunãdo
Moses legẽ
gẽ accepit.*

*Ieiunij ex
exercitatio-
ne se pa-
tres supra
fidẽ man-
cipauerunt.*

*Ieiunij me-
ritum ne eth-
nicos qui-
dẽ latuit.*

tiæ meritum non ignorant. Et vsus vitæque consuetudo ostendit etiam vitæ incolumitatem abstinentia conferuari. Hac sola medicina plures ethnicorum inuenias, si nē omni valetudine aduersa Nestoriam propemodum senectam attigisse. Adde quod & Quintilianus dicat vigorem & acumen ingenio abstinentiam cōferre: & hoc quod Gellius dicit pueros tardiores fieri cibo immodico. Mirum ergō est, porcis & canibus, quia à teneris helluari didicerunt, in crōceis nutriti, euangelion Christi de disciplinarum & virtutum merito, non sapere? Thraces, Lydi, aliarque gentes crapulæ vitio insignes, nouo hoc nostro euangelio iustificabuntur: & Germania abibit in seniuam omnium nepotum & lenonum, nisi pro euangelio Christi sanctæ traducis vsque ad mortempugnauerimus contra canes illos & porcos fatanicos. Marcus describit hunc locum, in hæc verba: Et continuò spiritus illum expulit in desertum: & erat illic dies quadraginta, & tentabatur à satana, eratque cum feris: & angeli ministrabant illi. Præstat etiam baptizato, se feris committere, quàm in ciuitatibus illis ætatem degere, vbi prorsus obliteratur & damnatur disciplina ecclesiæ. In illis siquidem locis, miris cuniculis & cassibus insidiatur catholicis teter ille cacoangelus: vt maiori tyrannide possideat ab ecclesia deficientes, quàm ante fidem possedit suos. Obserua, qua fide alius euangelista alium elucidet. Quod Matthæus ieiunare vocat, hoc Lucas appellat nihil edere. Sequitur hic, apud Matthæum, & esuriit, quod Christi veram humanitatem declarat. Similia vide de fame Christi Matt. 21. Marc. 2. De siti eiusdem vide Ioan. 4. & 19. Hinc caprat fatan occasionem tentandi. Vndè sequitur:

Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.

Quibus verbis zabulos Dominum tentauerit, auditis. Verum qua specie apparuerit, nusquam memoriæ proditum legitur. Verisimile est, in imagine visibili se Domino obtrulisse. Sic & creditur conspicius ipsi Iob ca. 1. 2. Zach. 3. Dominus quoque dicit: Vidi satanā sicut fulgur cadentē è cælo, vtiq̃ visibili forma. Ex Apostolo

2. Cor. 1. scimus satanam sese transferre posse in effigiem
 angeli lucis. In paradiso certè visibilis Heuam sollicita-
 uit, Genes. 3. Posthac etiam visibiliter in gehennæ igni
 cruciabitur cum omnibus hypocritis Matt. 25. Artifex
 videns Iesum ieiunio debilitatum, continuò tentandi lo-
 cum ratus accedit, & dicit: Si Dei filius es, dic vt lapides
 isti panes fiant. O nequissimum & præsumptuosissimum
 spiritum, quem (rogo) intentatum relinquat, cum etiam
 eum, quem filium Dei suspicabatur & vidit, malitiose
 adedò sollicitauerit? Vno verbo duplicem tentationem
 compræhendit. Panis mentionem esurienti facit, vt ad
 appetitum prouocet, sensusque moueat, iubens vt è la-
 pidibus panem faciat: cupiens filium Dei suo consilio
 obsequi, & simul appetentiæ vitio panem comedere.
 Q. d. Stulta omninò est isthæc tua abstinentia, cum in-
 ter ieiunantes & comedentes, quantùm ad iustitiam, nul-
 lum est discrimen. Hoc sensisse zabulon, vel indè lique-
 cit, quod doctrinã eam tandem per exitiosos monachos
 in Christi ecclesiã rursus refudit. Væ qui profundi estis
 corde. Christũ Dei filiũ esse, satan multis argumētis ani-
 maduertit, nec tamen illum veritus tentare. Quid ergò
 faciet illis, quos elato spiritu tumentes videt, & ad schif-
 mata commouenda aptos? Animaduertit nouum iustar
 in Christo, audiuit vocem Ioánis: Tu venis ad me? Item
 vocem Dei: Hic est filius meus dilectus &c. Tempus
 hebdomadarum Danielis sensit elapsum. Vndè & post-
 ea audacter ait: Iesu fili altissimi, Mar. 5. Dicit ergò: Si
 filius Dei es, quod equidem mihi subolet, dic vt lapides
 isti panes fiant. Duplex tentatio. Christus nihil vnquam
 aut fecit, aut dixit extra patris præscriptum. Satan hor-
 tatur vt sibi miraculum edat. Obluionem mandatorum
 patris Christo subreperere vult, & eum pro carnis suæ fer-
 ri arbitrio. Concupiscentiæ interim etiam Christum pul-
 sat ariete. Quod in plurali dicit, de lapidibus istis, & pa-
 nes fiant, luxuriæ & intemperantiæ se spiritum declarat.
 Nam vt Theophylactus ait, esurienti vel vnus panis
 sufficit. Dolosum insidiatorem audistis diabolon. Chri-
 ston se vndiquè putabat perstrinxisse. Si filius Dei es, ait:
 Q. d. Nisi dixerit lapidibus vt panes fiant, filium Dei se-
 se negauit: Si dixerit, iam mihi plus quàm patri fuerit
 obsecu-

*Tentatione
 duplici di-
 abul^o vno
 verbo cõ-
 plexus est.*

obsecutus. Nunc porrò audiamus, qua parma iaculum hoc diaboli elaserit Christus.

Qui respondens, dixit: Scriptum est, Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Sensus est: Ego spiritus sancti ductu ieiuno, atque adedò præscripto patris viuo: tu author mortis, vis me à patris verbo, atque adedò à vita seducere. Non refert, tu tuique confortes apostatæ angeli non credatis: neque enim per vos perficitur laus patris mei cælestis, qui nec te mihi testem constituit. Adde quod tu sententiam damnationis habes, in malo obstinatus. Non ergò in tuam gratiam miracula mihi facere conuenit. Apostolus dicit: *Nō* *Miracula non ubique habes locum.* omnium est fides: vnde potissimum ibi miracula ediderunt apostoli, vbi videbant fidei profectum nasciturum. Iuxta hæc Christus Herodi regi nullum voluit ostendere miraculum, quo vel vitam potuisset redimere suam. Iuxta hæc etiam Christus in parabolis ferè loquebatur, vt iis, qui indigni erant, mysteria regni cælorum abstrusa permanereat. Nullum ergo miraculum Christus diabolo edere voluit: vt ostenderet nobis, quamprimùm à verbo & à præscripto Dei, vel culmum latum declinauerimus, in æternæ mortis incediam nos esse collapsos: præstareque homini corporaliter fame enecari, etiam si habeat decem millia corporum, in Dei verbi obedientia permanenti: quàm sese contra verbum Dei opiparè pascere, in animæ suæ æternam esuriem. Cæterùm & hoc verum est, quod Dauid dicit: Non vidi iustum derelictum. Et quod Moses dicit, hominem vivere de quouis verbo oris Dei. Exemplum Moses ipse & Helias, quorum vterque incediam ad quadragesimum vsque diem produxit sine corporali cibo & potu. Maius *Vita hominis non solum in pane consistit.* adhuc exemplum est, neque id obscurum, quòd Dominus solo suo verbo vniuersum Israëlem tot annis in deserto sustentauit. Intellige per manna, solum verbum. Manna siquidem de cælo labebatur Domini verbo, & eiusdem iussu tandem pluere cessauit. Attendendum hîc cum primis, verbum nutus Dei, verbum promissus Dei. Exo. 16. Eccè pluam vobis panem de cælo. psal. 77. Mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit: & pluit illis manna ad manducandum, Panem angelorum man-

ducauit homo. Qualis autem panis angelorum? Qualis panis in cælo? Audi, Ego sum panis, inquit, verus qui de cælo descendi. Cuius hæc oratio? Verbi æterni, quo angeli creati sunt, & quo viuunt, Psalm. 32. Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Sapient. 9. Qui fecisti omnia verbo. Heb. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ. Obseruabis hic, Deute. 8. verbum non expresse haberi. Sic enim habet status orationis ibidem: Dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu & patres tui, vt ostenderet tibi, quod non in solo pane viuunt homo, sed in omni quod egreditur de ore Dei. Hic secundum originem Hebraicam legitur, *Col Motza*, hoc est, omne quod exit. Septuaginta, quos Matthæus & Lucas sequuntur, paraphrasticos legunt in omni verbo. Nihil enim ex ore Dei procedit, nisi verbum & mandatum. *Motza* hoc, mihi est *Mitzua*, verbum præceptum, seu nutus, quo manna depluit, quo rupes aquam fudit, quo coturnices in castra Israel aduolarunt, psal. 77. Exod. 16. 17. psal. 104. Ex hoc *Motza* * egrediens, putà verbum quod fuit *Mitzua*, hoc est, mandatum, vixit Israel in deserto: quia ad Dei iussu omnia fecerunt, castra fixerunt, ea rursus mouerunt, proficiscebantur & delitefcebant, Nume. 9. Nō in solo pane humani laboris homo viuunt, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Verbum omnipotens quidquid dicit, non fieri non potest. Hoc ipsum Hebræi eloquuntur, dicentes, *Al Pi Adnai*. Hoc est, fieri vel factum, puta, secundum verbum Dei. Huc pertinet, quod Dominus semel atque iterum aliquot millia hominum, qui se in solitudinem sequebantur verbi Dei audiendi gratia, paucis panibus saturauit, & plures cophinos sustulit fragmentorum. Vtrobique verbum efficax omnia fecit. Sic Dominus callidum tentatorem deludendo, suspensum dereliquit: neque se filium Dei recusans, neque se eum esse, in eius gratiam miraculo ostentans. Interim certò affirmavit, timentes Dei, & à verbo Dei vnice pendentes, fame vinci non posse. Sic nobis dogma relictum, ne quā vnquam vel tantillum à verbo Dei recedamus, carnis sensum vel principum huius mundi voluntates sequendo. Relicta est & doctrina nobis virtutis ieiunij, ex obe-

dientia & ductu spiritus, quale reuerà ecclesiæ est ieiunium, suscepti. Ambrosius vnico verbulo effectum eius ieiunij complexus est, dicens: Ieiuna, si vis vincere. A iunt serpentem ieiuni hominis salua rumpi. Sic & ieiunio rumpi anguem antiquum. Hic iterum eius anguis inueteratam discite malitiam, qui ne victus quidem & confusus, cedit: quod in sequentibus clarè patet.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ductus est Iesus à pneumate sancto in eremum: expulit eum spiritus sanctus in desertum, satan abducit. Sic & hodie, quos spiritus Domini in monasteria duxit vel impulit, eos satan uaser indè seducit. Vita solitaria, contemptus mundi, fuga seculi, & odium uanitatum, satanæ odiosum est. Contrà conuiuia, lusus, ioci, cithararum tactus lasciuus, oscula Veneris quinta parte imbuta nectare, & hoc genus irritamenta malorum, illum oblectant. Vnde eo planè consilio monachos & monachas è claustris elicit, quo Christum secum assumpsit in sanctam urbem. Species bona, vrbs sancta, sed prauum diaboli consilium: mens impura, templum sanctum. Viderint anachoretæ & sanctimoniales Christo deuoti, qui se solitariæ vitæ sacramento certo maturoque consilio volentes obstrinxere, quo consilio diaboli, votum soluant. Christus expleto ieiunio, satanam sequebatur, sed non secundum mentem satanæ. Iuxta typum Aaronis per omnia debuit probari, citra peccatum, Heb. 4. vt nos videamus, nobis non esse pontificem qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum. Aliud verò fuit consilium satanæ, qui ambitione Christum voluit notare. Satan in primo congressu victus, sensit se vix musculam esse, collatum elephanto: tamen, quæ eius est malitia, superatus, abistere non potuit. Non Dares Entellum, non formica camelum, neque musca camelum prouocasse hinc videtur: nihil enim est in creaturis, quod creatori possit conferri. Quæ ergo est improbitas musculæ diaboli, Dei filium toties tentare audentis? Pugnam hic ab integro

Monasteria ingressos, satanas inde seducere conatur.

restauravit, nouis Dominum machinis impugnaturus: sed Melchisedech ille æternus, veritas diuina, securus fuit diaboli seductionis. Dicit ergo, Principem huius mundi nihil in se habere, Ioan. 14. Assumpsit Iesum secum in sanctam ciuitatē. Sic vocat Lucas Solymas, Matthæus idem facit infra 27. Charissimi, caute vobis, attendite calliditatem serpentis sinuosi, qui etiā specie bona decipit. Iterum dico, caute: neque etiam citra periculum satan aliquem è deserto in ciuitatē sanctam, inque templum ipsum duxerit. Nil proderunt vobis perizomata, quæ vobis è ficu confuuis, cum iudicij Dei celsura aduenerit. Videte vt eludatis verbō Dei, Vouete & reddite. Diabolus statuit hīc Christon super *τὸ πinnaculum* quod est diminutiuum ab ala, significans pinnulam turrium, quæ in alarum modum mouetur. Cochlea eò ascēdebant, sed noluit satan Christon, vnde ascendit, rursus descendere: sed vt sese è pinnaculo templi præcipitem dedat, cohortari. Obseruent imperiti, Christon à satana non esse per aëra vectum, sed adductum: Dicit hic: Si filius Dei es, præcipitem da te deorsum, noli descendere per gradus vnde ascēdebamus. Sensus est: Noluisti mihi tanquā indigno, vtpotē cui nihil debeas, miraculum edere seorsum soli. Agē ergò portentum aliquod designa in sancta vrbe hominibus, quibus promissus es, potentia operum clarus. Hoc vt præstes, locus & personæ præsentēs suadent. E sublimi vbi te impunè dederis præcipitem, tuam gloriam satis illustraueris, & verus Dei filius habere. Theophylactus in hunc locum dicit: Num ò maledicte, præcipitare debebat seipsum? Tuæ crudelitatis est præcipitare dæmonio actos, Dei autem saluare. Sic & nos dicere possumus: Nequissime, num ergò in filium Dei credere non licet, quia ad tuam voluntatem nullum miraculum edidit? Noster, & non tuus, Iesus postea nobis, ex patris sui præscripto, pedibus super mare ambulauit, ventis & freto imperauit, per ianuas clausas meauit, etiam è sepulcro signato resurrexit rediuiuus, & tandem in cælum remigravit, seque nobis & cæli & terræ Dominum declarauit. Quid hoc ad te? Tu sanè tuo consilio tibi ipsi malum conciuisti. Quis te iā non impotentiorē musca videat? Quare

Pinnaculum templi quid.

tute Christum non deturbasti, quemadmodum te cælo detrusit Michael? Nonne hoc voluisti? Sanè. Quare ergo hoc non fecisti? Nonne quia non potuisti? Ecce tibi. Et in nos, qui Christi sumus, nihil potes. Ecclesia rectè exorcizat. Nihil tibi sit commune cum seruo Dei, iam cælestia meditantis. Tu vis ut carnalia & terrena sapiamus. Dicis ergò, mitte te deorsum. Mater ecclesia monet, ut corda nostra sursum habeamus ad Dominum, quem tu dereliquisti. Suadès ergò ut deorsum nos mittamus, ut tui similes euadamus. Sophistam charissimum attendite, scripturarum instructissimum, scripturas torquere & retorquere, stringere & laxare, quod & à patre suo didicerunt hæretici, potentem. Sed scripturæ genuinus sensus nusquam est, nisi apud ipsam veritatem. Veritas nusquam est, nisi penès ecclesiam, quæ veritatis est basis. Vndè nihil minùs in tenebris errorum cæcutiunt, qui ecclesiæ terga verterunt, quàm ipse caliginosæ aures spiritus. Audit satan Christon scripturarum se armis tumentem: mox ergò & eandem sibi armaturam usurpat, sed vanè. Agè, inquit, è sublimi te præcipita. Nam scriptum est: Angelis suis mandauit de te. Scilicet hoc est scripturam adducere. Vbi scriptum est, patrem iubere filium se dare precipitem? Iterùm quod psal. 90. dicit, de te non propriè de Christo dictum fuit, teste Hieronymo & Theophylacto. Nam hic locus Psal. propriè de piis omnibus intelligi debet, quod obscuratum diabolus cupiat. Certum & angelos Christo ministrasse, quod & infra statim sequitur. Idem & Lucæ 22. vides. sed hic psalmus propriè de piis quibuscunque debet intelligi, quemadmodum & alia scripturæ loca, in quibus se Deus ipse suorum custodem pollicetur. Nusquam verò in sacra scriptura inuenias, angelos Christum ex periculis eruisse. Non est ergò opposita citatio, quanquam id esse videatur. Cadenti siquidem, sustentatore, qui se sustineat, ne prorsus concidat, opus est. O callidum tentatorem. Verùm Gen. 3. habetur *Αρμ, φρονιμώτατος*, id est prudētissimus, qualem se nusquam non designat, maximè & quem mutilator se hoc loco declarat. Accedit quòd & scripturam diabolus mutilat, adducens ex ea quod suæ seruire videtur nequitia: quæ sibi aduersari sentit, præteriens. Sic & hæretici tici.

Ecclesia nos sursum vocat, diabolus deorsum.

Scripturæ sensus penès ecclesiam.

diabolus

Scripturæ mutilator & heretici

POSTILLA VVICEL. SVP. EVAN.

ea quæ suis opinionibus vident suffragari, pleno ore ex-
 puunt, reliquum resorbentes. Hilarius hic primus adno-
 tavit, diabolus hoc quod sequitur, non adduxisse, quod
 se eo loco flagellari sensit. Sequitur: Super aspidem &
 basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draco-
 nem. Leo est, quatenus aperto Marte sævit: draco, ubi
 subdolos per cuniculos repit, vt D. Augustinus docet.
 Cùm sancti martyres occiderentur, leonem egit: nunc
 pro serpentibus vndeis hæresibus, draco est. Vicistis
 leonem, vincite & draconem. Hactenus etiam est basi-
 liscus & aspis. Vide quantum valeant in hæresi. Trium
 bestiarum typo hæresi confertur. sola leonina figura,
 martyrum præsignatur insidiator. Præcipue ergo (quod
 & Ambrosius in Lucam lib. 14. monet) hic discite, satanã
 se velut angelon lucis transfigurare, & de scripturis di-
 uinis sæpè fidelibus laqueum parare: sic hæreticos face-
 re, sic fidem euiscerare, sic iura pietatis impugnare. Er-
 go te non capiat hæreticus, quia potest de scripturis ali-
 qua exempla proferre: nec sibi arroget, vt doctus videat-
 ur. Vtitur & diabolus testimoniis scripturarum: non vt
 doceat, sed vt circumscribat & fallat. Haudquaquam er-
 go admirandi, qui hodie in adducenda scriptura adeo
 sunt proni. Citare scripturam ad suas & suorum opiniones
 afferendas, diabolicum est: siue hoc Luterani faciant, siue
~~Protestantes~~ Inoleuerunt hodie in ecclesia hæc portentosa
 nomina. Vx & iterum vx homini illi, qui eius dissidij est
 author. Vx & iterum vx illis, q̄ sectas fouent istas. Aemu-
 latio isthæc carnalis, est diabolica, & cū diabolo torque-
 bitur in inferno. Sed nos ad sequentia transeamus.

alig secte

*Scripturã
 glossulis
 nemo sua
 opinionis
 eludat.*

*Ait illi Iesus: Rursum scriptum est: Non tætabis Dominum Deum
 tuum. Rabboni & præceptor sanctus, qui nõ torquet ne-
 que iugulat scripturam. O vos catholici, ab hoc magi-
 stro discite: verbum eius, diabolo præsentissimam mor-
 tem, amate: nolite eo abuti, nolite contra pietatẽ glossu-
 lis & cõmentis hoc eludere, exẽplo diaboli & heretico-
 rum, qui scripturam seorsum vellicando & vexando,
 tropos alios & alios fingendo, suas partes tuentur: fa-
 ctiosi, sunt irrequieti, multa legunt, plurima scribunt,
 nouos se illuminatos magistros ostentant, præ se om-
 nes patres priscos contemnunt. O fœdissimum diabo-*

lō, qui in tātis tenebris se de luce iactat. Ipse sibi in arce spiritali (vt B. Bernardus dicit) & discipuli simul & magistri existunt, docent quæ ipsi necdum didicerunt, sub inde dediscendo & dedocendo. Vos charissimi humilitatis magistro adhærentes, ne arroganter de vobismet ipsis senseritis, sed humilibus vos accommodetis probatissimis Christi discipulis. Hæretici fastidiosi dicunt, quid mihi cum Hilario? quid mihi cum Chrysothomo? Papæ odio, monastices (cui exciderunt) odio etiam approbatissimos quoscunque ecclesiæ patres, qui triumphans ecclesia sunt, erroris audent traducere: ad suam censuram reuocant priscos patres ad vnum omnes, semetipfos illis conferentes. Quid hoc spiritu superbius? Tempus erit cū Dominus calumniam eam superbissimi spiritus vindicabit. Beatus qui hoc iudicium Domini in patientia & sine offendiculo expectat. Sesus verborum Christi est: Spiritus immunde, quid prætendis? Non sum adeo ambitiosulus, vt miraculum sine causa edam. Miraculorum suus locus est & tēpus. Nihil horū à te discam. Tu qui scripturam perperam adduxisti, audi vicissim clarissimum scripturæ locum Deut. 6. Non tentabis Dominum Deum tuum. Quare tu scriptura de torta mones, vt in scripturam peccem? Deus custodiet introitum & exitum fidelium, Deum fideles præsentem habent sibi custodem. Esaias dicit 43. Meus es Iacob & Israel: cū pertransieris per aquam, tecum ero, & flumina non operient te. Cū ambulaueris in igne, nō cōbureris, & flamma non ardebit in te. Nunquid ad hanc prophetiam quisquam Israelitarum aquarum voragini infuliat, & in caminum sese ignis æstuantem coniciat? Ionam liberauit ex abyfso, tres pueros è camino ignis afferuit: sed neque hi, neque ille se in pericula ea temere dederunt. Quid ergo me ab re contra Dei præceptū, *Deū tentari ab hominibus.* è sublimi præcipitem, ipsi mihi manus illaturus? Et quare alius erroris exemplum relinquam? Hic etiam obferuabis, Deum multifariam tentari. In deserto tentatus à filiis Israel Psal. 77. 94. 105. Tentatus & in nouo testamento, 1. Cor. 10. Act. 17. Achaz cū nihil minus se putaret facere, tentauit Deum, Esa. 7. Iustus, signum recusauit petere, dicens: Non tentabo Dominum, quasi

iussa Dei negligere, non sit tentare Dominum. Multos novi euangelij Achaz hodie habet in Germania æmulos. Dicunt: seiunium ecclesiæ non obseruabo, ne tentem Dominum: in deserto monasterij, quod voui, nolo remanere, nè tentem Dominum. Quasi nolle obedire, non sit peccatum ariolandi. Quid? Nonne Cicero, dicens, Quod Deo teste promisseris, id tenendum est, per fidos Circuncelliones periurij iudicabit? Sed videamus nunc porro, quomodo anguis victus, sese in aliam spiram colligat.

*Tentatio de
idolatria,
omnium
pessima.*

Iterum assumpsit eum diabolus in montē excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, & dixit ei, Hæc omnia dabo tibi, si cadens adoraueris me. Simuofus ille draco, hîc Christum nefandissimo omnium flagitio sollicitat. Primo in desertum crapulam voluit inducere. Deinde templum ambitione voluit prophanare. Nunc in excelsio monte duplicem idololatriã conatur instituire. Altera est auaritia, altera est, cultus creaturarum. Hæc tria cum primis aucupatur. Nescias an aliud quodcunque crimen hodie magis floreat. Temperantiæ laus est abolita, nemo se non admiratur, & adorat suæ sapientiæ idolū, sua latifundia nemini sufficiunt, ad proximi vicini arua adspirat quisque. Deficiunt miseri à bono ad malum, quod est ante satanam cadere. Student auaritiæ, quod est diabolum adorare. Velocius in stadio diaboli currunt, quàm incitantur. Attendat sibi quisque. Tempus breue est, præterit figura huius seculi. Index adstat ante ianuam. Mundus est immundissimus. nihil vndique nisi casset & amites diaboli. Facilis illapsus in foueas eius: sed difficilimum est inde exire. Sed alibi de hac re. Quemadmodum hic super pinnam templi secum adduxit Christon satanas, sic hic eū in montem sustulit excelsum. Mous ille apud Euangelistas nusquam nomine suo exprimitur. Sunt qui traditione quapiam dicant vocatum Quarentenan, sitūmque esse in Iudæa iuxta Hiericho. Sed hoc parū ad rem. Nos, quod certum est, prosequamur, diabolum in deserto Iesum voluisse voluptuosum, in templo ambitiosum, in monte auarum. Nihil horum Christo persuasit, quia carnalia omnia & exitiosa. Nemo mire-

tur, Christum hæc permisit diabolo, qui illius ergo in hunc mundum venit, vt technas diaboli nobis vitandas doceret. Propter hostem illum in hunc mundum venit. Adde quod horribilia postea sustinuerit ab eius membris, & iam gloriosus, quotidie eadem adhuc perferat. Poterat (vt Theologus quidam ait) diabolum potentia suæ nutu suppressere, sed in secundo aduentu Christi potentia locus erit. Primus aduentus æquitatem poposcit: vt & nobis humilitatis & patientie exemplum relinqueret, & gloriosam nobis victoriã sanctificaret omnem. Attende insidiosi tentatoris mendacia. Promittit Domino omnes huius seculi opes, cum Domini sit terra. Dominus, qui conditor est vniuersitatis, non venerat mortalia arripere, sed per paupertatis sacramentum nobis æterna largiri. Tyrannides huius mundi fere inuaduntur, hoc lusus est diaboli. Christus noluit vngi oleo externo in regem huius mundi, Ioan. 6. Quia regnũ eius non est de hoc mũdo, Ioan. 18. Diabolus, imperio monarchico, à Græcis & Chaldæis in Romanos permisso Dei deriuato, nouum negociũ voluit facere, lusum suum perpetuaturus. Sensit se etiam in hoc regno iri confusum. Vnde aliena promittit, vt suum sibi possit conseruare. Error & mendacium est diaboli regnum. Cum loquitur mendacium, ex proprio loquitur. Huic regno timuit. Hoc regnum ægre dimittit. Imposuit primo Adamo, voluit & circumuenire secundũ, cuius tandẽ potentia est suppressus. Roget quis, quare adhuc dicatur princeps huius mundi, Ioan. 12. 14. Ephe. 6. Ego inquit Christus, elegi vos de mundo. Mũdus nihil aliud est, nisi concupiscentia oculorũ, carnis, & fastus. Hic regnat adhuc diabolus. De hoc regno dicitur 1. Ioan. 5. Totus mundus in maligno positus est. Hoc regnũ referuaturus, promittit huius mundi opes & gloriã: sed hac lege, vt ipse adoretur, Deus abnegetur. O superbum spiritum: à Domino, cui omne se genu in cælo & in terra flectit, vult adorari. O Antiquũ hostẽ, ô odium inueteratum. Ab initio huius seculi in creaturis & in imaginibus idololatriã introduxit, hic veterator in sua persona à Dei filio vult adorari. Heu mihi quot & quãtas blasphemias cõtra creatorẽ suũ in mun-

Imperium Romanũ diabolo et omnibus hæreticis insensum.

Diabolus princeps mundi.

do excitauit callidissimus ille insidiator. Adamum è paradiso pellexit, totum deinde mundum peccatis diluuiò expiandis impleuit, deinde tot templa (vt Cyrillus dicit) in vniuerso mundo sibi erigi fecit: heu quot carmina, quot hymnos sibi vndique decantanda statuit? Extat etiam num hymni & carmina apud infelices poetas: extat & Magia, funesti eius laudis reliquæ. Quid non operum Dei Leuiathan ille tentauit? In paradiso per serpentem loquebatur, postea etiam per Xanthum Achillis equum; & per Causum fluuium loquebatur. Per quercum Dodonæ sua reddidit oracula. In serpente Epidaurio fatidicus importunus extitit. Serpens hic est Alexandri pseudomantis, cuius Lucianus meminit. Coluber hic est, quo grauidatam sese iactauit Olimpias Alexandri Magni mater. Proh, quæ propudiosa flagitia patrauit per Cleomedem Astypaleensem, Aristeum, Apollonium, Quirinum, per Aegyptios & Chaldæos? Quid hic dicam de impuris & turpibus poetis? Quid de cæcis philosophis? Illi regibus huius seculi adulando diuinos honores detulerunt. Hi ignem & aquam, terram hoc genus creaturas, etiam atomos, Deum esse prædicauerunt. Apertissima & ea crassissima idololatria, ante Christi aduentum per tria millia annorum tenuit. Horrendum hoc. Horribilius longe, quòd tempore Antichristi eadem reuiuifcet iniquitas, 2. Thessa. 2. Et dubium non est, præcursores suos etiamnum habere in ecclesia Antichriston. Patrum plerique Ecclesiæ matricis, Luciferû apud Esaiam cap. 14. Antichristum superbissimum mortalium omnium intelligunt, primogenitum diaboli, qui patrem suum imitando, dicet: Ero similis altissimo. Deturbatus satanas è cælo, è nobilissima creatura mutatus est in cacodæmona omnium horribilissimum, tâti criminis est, sibi diuinum vsurpare honorem. Accerrimus sui honoris vindex Deus. Christus Iesus æterni patris gloriam in omnibus semper quæsiuit, vnde & se vsque adeo humiliavit. Sed spiritus superbiæ ausus fuit vnigenitum illum Dei sollicitare atque illi persuadere, vt in se gloriam patris transferret. Sed noster Iesus tandem viperâ vincet & illam; id quod in sequentibus cognobile fieri potest.

Tunc dicit ei Iesus: *Vade satana. Scriptum est enim: Dominū Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.* Immanis belua Behemoth, fœnū quasi bos comedens, habēs fidutiā quasi & ipse Iordanis inluat in os eius. Grandis bestia Leuiathan, cui nemo quasi auiculæ illuferit. Sed ecce tibi, hic bellum attende, belli respice finem. Spes sua frustra eum, quia videntibus cunctis præcipitatus est, Iob 40. In Christo Iesu ter victus draco enormis ille, credentibus omnibus musca est facta. Nam quicumque nomen Iesu inuocat, saluus est. Quomodo verò inuocabunt, in quem non crediderunt? Primæua natura infeliciter, cū antiquo serpente congreditur. Renatis nihil hic est periculi. Vicit Leo de tribu Iuda. Confidite, ait, ego vici mundum. Credenti in illum omnia sunt possibilia, Mar. 9. Resistite diabolo, & fugiet à vobis, Iaco. 4. Resistentium autem in fide, 1. Pet. 5. Deus pacis, diabolum conteret sub pedes nostros breui, Rom. 16. Caput suum conterendum, velit nolit, pedibus nostris subiicere cogitur. Chrysostomus dicit, draconē ter victū, neque pedes neque alas habere, in epistolā ad Rom. 4. Mutilatus reptat, non volitat: iacula fidei & armaturam euangelicam elidere non potest. Caterū alias incautis & inermibus adhuc, Leuiathan serpens vectis, & Leuiathan serpens tortuosus est. Esa. 26. Draco est cedenti, musca resistenti. S. Cyprianus in libro de duplici martyrio, ad hanc diaboli expugnationem sedulam nos sedulo monet. nisi audiuerimus monentem, de nobis actum erit. Tentat nos, sibilando nobis aspirans & suggerens, ne ecclesiam audiamus, ne ieiunemus, ne mundum fugitemus, &c. Resistentium nobis, dicendumque: Christus Iesus, dilectus vni-genitus Dei filius, nobis audiendus, dicens: Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, sic & vos faciatis. Hæc est armatura Dei, cui non præualet serpens, Ephe. 6. Per fidem vicerunt regna S. patres, Heb. 11. Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra, 1. Ioan. 5. Biblia sacra est facti fluminis alueus, vnde lapides petamus, quibus Goliath deiiciamus, 1. Reg. 17. Auditum iucundum est, Christum Iesum nisi dem vsam armis, ex eodem armamentario petitis: sternētis.

*Diabolus
draco, immo
sca factus*

Biblia sacra est alueus fluminis sacri, vnde petendi lapides ad cacoda mona pro sternētis.

ex quinto libro Moſis cap. 6. duos lapides, & ex cap. 8. eiusdem libri, vnum ſumpſit: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruiſ: paruulus eſt lapis, ſed omnium grauiſſimus, & proſternendo Goliath conuenientiſſimus. Ponderetur lapis, æſtimetur præſcriptio. Nihil præter Deum adorandum, nihil præter Deum colendum, præter Deum nulli creaturarum ſeruiendum. Non archangeli, non angeli, non patriarchæ, non prophætæ, non apoſtoli, nõ euangeliſtæ adorandi ſiue colendi, ſed ſolus Deus. Non angelis, nec vlli beatorum ſeruiendum. Breuis ſermo, cui ſi quis addiderit, ad eius animam addet Dominus plagam & ignem æternum. Hoc eccleſia perpetuo docuit, ab idololatriæ crimine inſando nos eccleſia ſedulo abſterruit. Calumnia ergo eſt ſœdiſſima, quod hodie plerique ſpermologi garrunt, euangelion Chriſti in Germania nunquam ſincere eſſe prædicatum. Quippè eccleſiam Romanam, vnde in Germaniam Chriſti euangelion eſſe miſſum, eſſe inſynceram, in mendacium ædificatam. Aded hæreticorum oculos perſtrinxit ſue ſplendor philantiæ. Blaſphemum hæreticorum os vt obſtruitur, ex grægariis eccleſiæ doctoribus vnicum breuitatis gratia proferamus in mediũ, Venerabilem Beda præſbyterum, vt in eo confundatur hæreſis prophana. dicit ille in homilia ſuper hoc præſens euangelion: Quærit forte aliquis, quomodo conueniat quod hic præcipitur, Domino ſoli ſeruiendum, verbo Apoſtoli, qui dicit, per charitatem ſeruite inuicem. Sed huic quæſtioni facile Græcæ linguæ, ex qua ſcriptura translata eſt, origo ſatisfacit. in qua ſeruitus duobus modis ac diuerſa ſignificatione ſolet appellari. Dicitur enim *λατρεία* & *δουλεία*. Sed *dulia* intelligitur ſeruitus communis, hoc eſt, ſiue Deo ſiue homini, ſiue cuiſlibet rerum naturæ exhibitæ: à qua etiam ſeruus, *dulus* dicitur Græcè. *Latria* autem vocatur ſeruitus illa, quæ ſoli diuinitatis cultui debita, neque, vlli eſt participanda creaturæ. Vnde & idololatræ nuncupantur hi, quæ vota, preces & ſacrificia, quæ vni Deo debuerant, idolis impendunt. Iubemur ergo per charitatem ſeruire inuicem, quod eſt Græcè *δουλεύειν*. Iubemur vni Deo ſeruire quod eſt Græcè *ελατρεύειν*. Vnde dicitur, & illi ſoli ſeruiſ: quod eſt Græcè, *λατρεύεις*.

*Seruitus
duplex*

*Latria
vox quæ
ſibi veſit.*

Et iterum: Nos enim sumus circumcisio, spiritu Deo feruientes: quod est in Græco *κατελιθοντις*.

Hanc venerabilis Bedæ professionem planè euangelicam, etiam in Germania celebrem extitisse, arguunt sermonum Dominicalium scriptores. Saxoniam præcipuè inique conqueri, euangelion Christi sibi sincere non esse denunciatum, testis est Smaragdus abbas Saxoniae, qui venerabilis Bedæ verba suis in euangelia Dominicalia annotationibus fideliter inseruit, in testimonium aduersus calumnias hæreticorum huius temporis, nouū euangelium subindè crepantium. Hanc Ecclesiæ Romane professionem simulac damnauerint, tunc primum suum nouum euangelion sine rubore iactitare poterunt. Latriæ cultum soli Deo defert, fratri duliam: hoc est, ministerium familiare, puta dandi, accommodandi, iuuandi, reformandi, castigandi &c. De latria, id est, de cultu habes Matt. 4. Luc. 4. De dulia habes Galat. 5. De dulia iterum Luc. 1. in cantico Zacharię. Item Luc. 2. In exemplo Annæ viduę. Item Apoc. 7. exemplum angelorum. Dulia nonnunquam accipitur de cultu diuino, Act. 20. 1. The. 1. Latria vero è diuerso nulli creaturarū neq; huius neq; illius patrię, defertur. Diuus Apostolus Ro. 1. dure increpat eos, qui hanc differentiam confundunt. Opere precium ergo est, nè schismatōn & hæresiōn occasionem infirmis suppeditemus, vt differentiam eam mentibus nostris altius imprimamus, vulgumquē ab omni mala specie liberum, in sincera religione conseruemus. Quantum ad Dei cultum attinet, quisque imo pectori verbum hoc recondat, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Possumus etiam huc referre vocem, quam Epimenides Nymphis templum ædificans audiuit, dicentem sibi: Epimenides, non Nymphis, sed Ioui dedicato. Sequitur:

Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Immūdu spiritus per verbum Dei abactus. Gladio siquidem spiritus lemures saltem sunt ferendi. Nunc postquam larualis tentator facessit, euangelus accedens, Christo ministrat. Cacoangelus tentat, bonus angelus ministrat. Accedens bonus angelus, non quasi è longinquo, non quasi casu, non quasi duelli nescius, sed

*Angelus
vt dictus
sit accede-
re Christo.*

quasi testis victoriæ, congratulator gloriæ. Prius non accessit adiutor, quia Christus eius adiutorio opus non habuit. Post pugnam accedit seruiturus, utique & hoc nobis: in capite membris, quia & membris tētatus est caput. Nobis, inquam, suo corpori tētatus est Christus caput nostrum, ieiunans, & draconem vincens, non solum propter exemplum, sed etiam propter sacramētum, ut ieiunium & militiæ stadium, qua diabolo resistimus, nobis sanctificaret, victoriāque nostram de sarana gloriosam redderet & meritoriam. Accedunt ergo angeli post victoriā, hæc declaratum omnia, quod Christo fuit pergratum obsequium. Rogas, quo seruitutis genere ministrabant angeli? dulciæ nē, an latræ? Neutro horum, sed speciali quodam genere, quod diaconiam possumus dicere: penuria, idiomatis Græci. Latina dialectos, Græcanica longè sterilior, hic apparet esse locupletior. Ministerium itaque angelorum hoc secundum Aufonicum idioma, est tertium genus famulatus, non δουλεία siue λατρεία, id est, non seruitium humanæ necessitudinis, nec officium cultus diuini. Latini tria habent verba quibus hac de re aptè distinguunt, colere, seruire, & ministrare: posterius horum ad angelorum pertinet diaconiam, qua S. Trinitatem colunt. Angelorum obsequia ecclesia catholica, præ suæ conditionis modo imitatur. Sathanas gloriæ Dei quantò inuidet, tantò electi omnes illi impensus student. De diaconia angelica obseruandum est, quod Sanctus Augustinus commemorat in Soliloquiis. Insuper, ait, facis angelos tuos spiritus propter me: quibus mandasti, ut custodiant me in omnibus viis meis, nè fortè offendam ad lapidem pedem meum. Hi enim sunt custodes super muros ciuitatis tuæ nouæ Hierusalem, & montes in circuitu eius, vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem tuum: ne quando rapiat ut leo animas nostras, dum non esset qui eriperet: ille antiquus serpens aduersarius noster diabolus, qui quasi leorugiens circuit, quærens quem deuoret. Hi sunt ciues beatæ ciuitatis supernæ Hierusalē, quæ sursum est mater nostra, in ministeriū missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis: ut eos liberent ab inimicis suis, & custo-

*Angeli
adsunt cer
tātibus cū
diabolo.*

diant in omnibus viis, confortent quoque & moueant, & orationes filiorum tuorum offerant in conspectu gloriæ maiestatis tuæ. Diligunt nempe conciuēs suos, per quos suæ ruinæ scissuras instaurari expectant. Ideoque magna cura & vigilantī studio assunt nobis omnibus horis & locis, succurrētes & prouidentes necessitatibus nostris, & soliciū discurrētes inter nos & te Domine, gemitus nostros atque suspiria referētes ad te, vt impetrēt nobis facilē tuæ benignitatis propiciationē, & referant ad nos desideratam tuæ gratiæ benedictionem. Ambulāt enim nobiscum, attentē cōsiderantes quā pie, quāque honestē in medio prauæ natiōis cōuersēmur, quātoque studio & desiderio quæramus regnum tuū & iustitiam eius, quātoque timore ac tremore seruiamus & exultemus tibi in lætitia cordis nostri. Adiuuāt laborātes, protēgunt quiescētes, hortantur pugnātes, coronāt vincētes, cōgaudent gaudētibus, cōpatiuntur patiētibus, pro te inquā patiētibus. Grandis est eis cura de nobis. Magnus est affectus dilectionis corū erga nos. Et hoc totū propter honorem tuæ inexestimabilis charitatis, qua dilexisti nos. Diligūt enim quos tu diligis, custodiūt quos tu custodis, & deserūt quos tu deseris, nec diligunt operantes iniquitatē, quoniā & tu odisti operātes iniquitatē, & perdes omnes qui loquuntur mēdaciū. Quoties benē agimus, gaudēt angeli, & tristātur dēmones. Quoties à bono deuiam⁹, diabolu lētificam⁹ & angelos tuos suo gaudio defraudam⁹. Gaudiū enī est eis super vno peccatore pœnitentiā agēte: sed diabolo super vno iusto pœnitentiā deserente. Nunc charissimi præsentē locū diligēter attēdite, certō vobis inde psuadētes, si vitādo p̄phanissimā ethnicorū cōsuetudinē, qua in Bacchanalib⁹ siue Carniualib⁹ filij diaboli luxu atq; deliciis sunt dissolutiores, adeō vt etiā ad huiusmodi vanitates iritēt alios, diabolo restitistis angelos q̄ vobis in huiusmodi certamine adfuerūt adiutores adhuc vobis adessē custodes & cōgratulatores, & p̄pediē affore coronatores. Si vero succubistis, & exēplum funestū mundi insaniētis & debacchātis estis secuti, à diabolo seducti agitē, citō cōuertimini ad Dominū, fletibus veris, ex corde cōtrito profestis, virus serpentiniū quo cōtaminati estis, abluite. Ne-

gligentiam & transgressionē corrigite, per Christi spiritum resurgite, vt vobis Christus Iesus efficaciter tentatus sit, vobisque efficaciter vicerit. Hoc annuat nobis ille, qui se ad hoc ipsum nobis dedit, Iesus Christus, cui cum patre & sancto spiritu par sit laus, par gloria, per aeterna seculorum secula, Amen.

SECUNDA HEBDOMADAE POST

Inuocauit, Lectio Ezechielis XXXIII.

SUMMARIUM.

Corripit hoc loco verbo Domini ppheta dyscolos pastores & supintendentes vtriusque ordinis, sic dominici gregis curā agentes, vt ipsi instar luporum lanient & deuorent. Hoc cum commune sit ingenium & chori & fori Principum, cœlestis pater curam suam gregi suo per semetipsum promittit.

TEXTVS.

Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse requiram oves meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum, in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum, sic visitabo oves meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis. Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suā, & pascam eas in montibus Israel, in riuis & in cunctis sedibus terræ. In pascuis vberimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum. Ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. Ego pascam oves meas, & ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus. Quod perierat, requiram: & quod abiectum erat, reducam: & quod con fractum fuerat, alligabo: & quod infirmum fuerat, consolidabo: & quod pingue & forte, custodiam: & pascam illas in iudicio.

EXEGESIS.

Vtriusque ordinis principes, sui officij hic admoventur. Religionis negocium suum habet forum: habet & suam politia. Vtrique Dominus Deus suos constituit præsides, Episcopos puta & reges, qui nisi suarum partium satagant, dyscoli sunt & tyranni, lupi rapaces, fures & latrones. Grauißima vtraque transgressio & negligētia. Sed reuera longè maior culpa est, negligere animas quàm corpora, religionem quàm politiam. Grauißima ergò hic exhortatione & comminatione

trione vtriusque status optimates diuinum oraculum excitat. Repetit propheta verbum intercalare, Hæc dicit Dominus, vt vehementiam exprimat. Hæc dicit Dominus: Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manu eorum. Dominum se tam pastorum quam ouium ostendit. Nisi enim Dominus existat etiam pastorum, oues suas de manu eorum requirendi ius non haberet. Pastor bonus qui ait: Sicut ouis erraui. Item, Nos oues pascuæ eius &c. Multa in pastoribus requiruntur. Primum prudentia, secundum intelligentia, tertium clementia, quartum frugalitas &c. Prudentia cum primis opus est vtriusque ordinis principibus. Qui prudentes sunt, id est, qui sapiunt, norunt principatum rectius dici onus, quam honorem. Tali prudentia præditus Episcopus non dominatur clero, non ferocit, non percutit, sed erudit in mansuetudine. Si politicus est magnas, sic se gerit erga infimates, tanquam sit vnus ex illis. Intelligentia quoque optimates præcipuè opus habent. Dicit ergò de Episcopis Gelasius, & habetur distinct. 36. Illiteratos nullus præsumat ad ordinem Clericorum promouere, quia literis carens, sacris non potest aptus esse officiis. Isidorus quoque dicit, & habetur 37. distinct. Elaborandum est sacerdotibus, vt ignorantiam à se quasi pestem quandam abiciant. De prophanis iuxta atque de consecratis Deo intelligendum hoc Dauidi. Erudimini qui iudicatis terram. Sap. 6. Audite reges & intelligite, discite iudices finium terræ. Præbete aures vos qui continetis multitudines, & placeatis vobis in turbis nationum. Eccle. 30. Diligite lumē intelligentiæ omnes qui præestis populo. Sententia item Platouis est, Beatas fore respublicas, si eas aut studiosi sapientiæ regerent, vel earum rectores studere sapientiæ contigisset. Ratione constat, Regem vel principem intelligentia præcipuè opus habere. Dicitur enim Rex à regendo, Princeps à præcipiendo. Vel si Etymologiam spectemus, dicitur quasi primum caput. Idem est sensus. Caput enim omnium sensuum non modò, sed & rationis siue iudicij est sedes. Debet ergò princeps ratione & iudicio reliquis mortalibus præstare. Clementiæ itidem decet vtriusque fori moderatores. Christi præ-

*Pastores
quibus po-
tissimum
virtutibus
opus ha-
beant.*

cipuè vicarium decet exemplo Christi mitem esse & humilem corde. Exemplum comitatis se pontificem nobis præbuit, iuxta hoc Heb. 2. Debit per omnia fratribus similis reddi, vt misericors esset & fidelis pontifex, in his quæ apud Deum forent agenda ad expiandum peccata populi. Lex quoque talem constituit sibi pontificem, qui possit esse placabilis ignorantibus & errantibus, quandoquidem & ipse circumdatus sit infirmitate, & obnoxius peccatis. Ibidem cap. 5. Et si prophanum principem ornat benignitas, quomodo clerico sit indecens? Corroborat clementia thronum, Prou. 10. Item misericordia & veritas custodiunt regem. Reges Israel quantumuis athei, clementiæ tamen laude erant insignes 3. Reg. 20. Romanorum imperatoribus acclamatio & nomen, Pater patriæ, omnium fuit gratissimum. Contra nomen tyranni ita erat apud Romanos inuisum, vt cum aliquem tyrannum interemissent, etiam totam familiam eius cædi facerent consortem. Immo etiam fundamenta ædium eius funditus euertebant, vt vnà cum stirpe etiam memoria extingueretur tyranni. Insuper & tyrannorum occisoribus quibuscunque statuas erexerunt, & gloriosum nomen, Tyrannoctonus nimirum, illis decreuerunt. Seneca libr. 1. de clementia, capite 3. ait: quod si dii placabiles & equi, delicta potentium non statim fulminibus prosequuntur: quanto equius est, hominem hominibus præpositum, miti animo exercere imperium? Ibidem libro 5. cap. 4. Opimè deos exemplum principibus constituam, vt se tales ciuibus præbeant, quales sibi deos esse volunt. Nomen Dei mirum in modum regibus & principibus est acceptum. Vnde etiam ethnici deos se adorari patiebantur. Nostros quoque non mediocriter titillat, si scriptura sacra pro maiestate magistratus adducitur, nempe ea, vbi principes & reges dii vocantur, quale est illud: Diis non detrahes, Exod. 22. Item Psalm. 81. Deus stetit in synagoga deorum &c. Sap. 3. Rectores orbis terrarum deos putauerunt. Sed nunquid non Dei proprium, misereri semper & parcere? Vtique. Potentia magna nisi misericordia temperetur, omnia per eam irent pessum, conterentur omnia. Omnipotentiam itaque Dei, ineffabilis decet

miseriordia. Vnde ait: Misericordia Domini super omnia opera eius. Reges ergo nisi item studeant clementia Deum imitari, quadrat in eos: Omnes dii gentium dæmonia. Frugalem quoque decet esse optimatem. Nolumit ergo Deus sacerdotes chorò præfectos, partem habere inter fratres, se ipsorum sortem atque partem offerens. Voluit item iudices constitui qui oderint auaritiã, Exod. 18. Deut. 16. Ethnici quoque volunt Principis granarium & ærarium, plebis esse debere promptuarium. Hæc omnia quàm hodie in utroque ordine desiderentur, deslere magis quàm describere libet. Hodiè vitia præmissis virtutibus contraria, vesania, scientiæ odium, crudelitas, & prædandi ardor, nobiles faciunt, & dignos qui cæteris præferantur, designant. Prisci illi Iudæorum & Ethnicorum tyranni nostratibus collati, iustificabuntur. Eò cæcitatibus nostrates hodiè perueniunt, vt vncti sacerdotali & pontificali Chrismate, & fors Dei effecti, Deo consecratas manus cruento gladio & rebus huius mundi vanissimis applicare vnice studeant: contrà, prophani cruentas dexteras æræ atque accerræ admouere gestiunt. Vnde fit, Ecclesia nihil aliud nisi geminata sit captiuitas, corporum nimirum & animarum. Quid autem? Nunquid non requiret ista Deus? Si visitauit super pastores in veteri testamento, si tunc efficax fuit verbum, Potentes potenter tormenta patientur &c. erit etiam efficax in nouo. Ouium etiam suarum, hoc est, fidelium agnello Dei per sacramenta tot incorporatorum, in nouo testamento curam aget, & eandem subindè visitabit pastor ille bonus, nouo testamento præcipuè promissus. In nouum potissimum testamentum respicit propheta, immò cælestis pater, dicens: Ego pascam oues meas: Sensus est, ex captiuitate Babylonica, ab Assyriorum, à Græcorum, & à Romanorum tyrannide non solum liberabo populum meum, sed & superbiam pontificum & principum synagogæ contundam atque penitus extinguam, missurus vnicum filium meum pastorem optimum, nempe sapientiæ, intelligentiæ, clementiæ, paupertatis, & omnis boni fontem. Iuxta literam, liberatio ex captiuitate Babylonica hæc

*Pastores
mali im-
pune non
peccant, etiam in
nouo testa-
mento.*

*Pastor bo-
nus Chri-
stus nouo
testamēto
præcipuè
promissus.*

EXEGE. LECTIO. EPIST.

prædicatur, sed per eam Ecclesiæ regnum porrò adumbratur, Christusque pastor bonus præsignatur: Optimus ille pastor abiturus regnum sibi acceptum, & postea reuersurus, ait Petro, quem vicarium & subpastorem præcipuum sibi sufficere statuit: Petre amas me? &c. insinuans suos esse veros vicarios, si in lege noua, charitatis nimirum, pecus suam pascere pergant. Apostolus testis est, in nouo testamento non literam tradi, sed spiritum: Episcopos & sacerdotes non literæ ministros esse, sed spiritus: Præit nobis & ducit nos identidem ipse Christus, quem qui sequitur, siue exeat, siue ingrediatur, pascua inuenit. Non refert si lupus in melota veniens, rapiat & dispergat. Christi Ecclesia in mundo pessimo est. Oves misit in medium luporum: Pusillus grex Dei est. Christus nouit quos sibi elegerit. Hos rediuius respicit, & gaudet cor eorum, & gaudium hoc nemo aufert ab illis. Tale gaudium & pascua talia in veteri testamento non fuerunt. Gratia enim nondum poterat talis dari, quia Christus nondum erat glorificatus, Gaudium tonfarum ouilis prisci maclarum, Abelis, Zachariæ, * Zebedæorum &c. typus fuit veri gaudij Ecclesiæ bidentium, Stephani, Iacobi, Laurentij, & aliorum sanctorum martyrum, confessorum & fidelium omnium, qui in patientia animas suas custodiuerunt, & usque in nouissimum diem sunt custodituri. Sic oues Christi sunt in pace. Lupos quæ pœna maneat, ipse pastor, qui in præsentia lectione super tyrannos quoslibet adeo minarum spirat, nouit.

*For. Ma.
chabæorū.*

THESES

1. *Reges & principes prophani iuxta atque religionis sacre officijs consecrati Episcopi, hac lectione principalium virtutum admonentur. Non putent tantas minas saltem dictas in legis tyrannos & dyssolos. Diuus Hieronymus ipse fatetur prophetam longius prospicere. Elementarij siue alphabetarij pueri norunt vel ex Homero. Pastores quoque dici reges. Omnia quæ scripta sunt propter nos qui in Christi regnum, atque adeo in ultimam peruenimus etatem, sunt memorie commendata, propter nostram instructionem & admonitionem. testis Apostolus I. Corin. 10.*
2. *Prisci pharisæi & principes qua ferocitate & supersti-*

tionem oves miseras seduxerint atque deuorauerint, apud Matthæum capite 23. satis luculenter describitur. Nostrates hodie quales pastores agant, in propatulo est. Minimum omnium est, seruitus publicis & exactionibus nouis, quæ nihil nisi calumnia sunt, miseras oves deglubi, tam à prophano quàm à magistratu sacro Deo: hoc omnium est maximum, quòd cleri optimates pascedi partes tanquam dedecus auersantur, nedum non exequuntur.

3. Tempore Ezechielis pastores utriusque status, chori & fori moderatores, socordes & pessimi, in causa fuerunt, quòd Dominus Chaldaeis synagogam traderet in Babyloniã abigendam. Hodie quoque, si veritatem dicere fas sit, veram videmus Babyloniã sectarum tot & tantarum confusionem. Et quis est confusionis eius causa vera, nisi dyscoli Episcopi & tyranni principes & reges? Illi non docent legem Dei sedulo, hi malos homines non solum non coercent, sed & lactant & magnificiunt. Vtrique malo exemplo scandalo afficiunt etiam ethnicos.

Optimates precipue scandalo afficiunt totum mundum.

4. Babyloniã eam de qua iam loquor, etiam Petrus prauidit capite 5. Heretici intelligunt de disciplinis & solemnitatibus & decoro Ecclesiæ, & pretextu reformationis abusum, Babyloniã nouos abusus & hæreses introducunt, in vniuersali Ecclesiã proprie si-
extirpationem presentissimam. Nos ergo potissimum Babyloniã (quanquam superstitioni, hypocrisis & omnigenæ tyranni-
nidi nihil blandiamur) hæreses & schismata intelligendam con-
tendimus. Hieronymi nitimur autoritate. At ille, Dispersum populum vel vitium, vel errorem hereticorum. Item, Qui per
hæreticam superbiam despiciunt Ecclesiasticam simplicitatem. Item in hunc locum: Quod erraret in hæreticorum persuasione. Certum ergo est, etiam de hæreticis intelligenda omnia quæ Apocalip. 14. 16. & 18. de Babylonica diuastatione dicuntur. Facit ad hoc etiam quòd Apostolus ait, Euidens fiet stultitia eorum.

5. Christum pastorem hic promitti, & Ecclesiã catholicam hic designari, per septuaginta versionem liquido apparet. Pro pastore legunt, αἱ μὲν δὲ παῖ. Vnde etiam patres vocabantur Archimandrite. Pasca est euangelium, iuxta sensum communem acceptum. Neque enim in literarum cortice, sed in sensus veritate situm est. Res pecuniaria, est euangelij & sacramentorum administratio. Item disciplinarum sanctarum assertio &c. Hæc pa-

*Pecuarie
res non est
extra Ec-
clesiam ef-
ficax.*

istoria functio non est in Babylone, neque in Aegypto & c. sed in Israel. Pascua ait, eam in montibus Israel. Item, In montibus excelsis Israel. Item, Ibi requiescent in herbis virentibus & in pasca pinguibus super montes Israel. Quid per Israel aliud, quam Ecclesia significatur? Extra Ecclesiam lepra contaminata omnia: Extra Ecclesiam non modo vana, sed & exitiosa omnia. In Ecclesia salutaris doctrina & efficacia sacramenta. Per Israel ritè exprimitur Ecclesia, quia ibi Israel sua accepit auspicia. Montes sanctos Ecclesie patres iuxta atque patriarchas & prophetas significare, nulli catholicorum dubium est. Vides itaque etiam sensum communem nobis hic commendari. Sensum hunc herba virentes & pasca pingues verè exprimunt. Hæreticorum opiniones, pulvis sunt aridus & aconitum cerberi aspergine natum.

*Hæreses
esse expe-
dit.
I. Cor. II.
Hæreti-
cos Ecclē-
sia recipit.*

6. Oportet hæreses esse, ut probentur electi. Qui non est tentatus, quid sciat? Novit Deus ex omni tribulatione sic eripere, ut etiam tribulatio liberatis in profectum magnum cedat, teste A. I. Cor. II. postquam postliminio populus rediit, omnia fuerunt præscis pulchriora. Sic etiam per hæreticos Deus suos exercet, ut Ecclesiam ab abusibus & mendis omnibus expiet. Respicit Ecclesia hæreticos resipiscentes. Bis hæreticus Lucifer, qui ab hæresi rediens, ab Ecclesia comiter est receptus, & dignitate pristina minime priuatus: sed diabolica ille & superbia & invidentia tumidus, alios resipiscentes recipere noluit. Facit hoc illud Christi: Gaudium est angelis cæli super uno peccatore resipiscente. Maius gaudium erit cælo, si hæretici una cum pseudocatholicis resipiscendo, pœnitentiam agere inceperint omnes.

7. Cum linguarum experientibus paulisper digrediendo agam. Græcus & Latinus textus habet Phylaxo, id est, custodia. Hebraica veritas atque origo vera habet, Asmid, id est, exterminabo, delebo. Huius dissimilitudinis rationem puto esse literarum hebraicarum similitudinem, Daleth & Rees. Lapsus is non est infrequens, quod in Haggæo meo ostendi. Dicitio principalis est Samad, pro quo posuerunt versores Samar. Ceterum quidam Samad, hic locum habeat, arguit veteris bibliorum liber literæ Venetianæ. Facit & hoc, quod Tyrannus dicit ex Hebræo legi posse, Consumam intelligit, verò hoc contra tyrannos & dyabolos. Non puto hic dici posse, Iudeos biblia in multis locis depravasse. nihil enim hic video, quod

illorum suffragari possit errori. S. Hieronymus super Esa. 6. dicit Origenem nunquam illis consensisse, qui dixerunt biblia per Iudeos esse depravata, quanquam super Gal. Cap. 3. dicat Iudeos uniuersale Col Deut. 27. erasisse, quod ipsum D. Paulus, sequens Septuaginta, posuerit ad Galatas, ἡνικαράπατος ὡς, Maledictus sit omnis. Dicit se Col in Bibliis inuenisse Samaritanorum. Sed parum puto referre, siue legatur Arur Col, siue Arur: quod sequens Afer sensum ipsum facit, quem Col importat. Sic ait etiam Christus: Qui credit, habet vitam eternam: quod tantundem est, ac si dixisset: Omnis qui credit. Verum si Hebraicum Col postea secundo in eodem versu esset positum, atque erasum, scrupulum subesse non dubitarem. Moyses enim vult, maledictum omnem qui non erigit atque obseruat verba legis, ut præstet legem. Ibi Col bis ponit debet in vno Posuk, quod diuus Paulus, sequens Septuaginta, legit: Maledictus omnis qui non manserit in omnibus, &c. Apostolum Septuaginta sequi, vel inde liquet, quod si eque ponit in uerba, atque illi, & non utitur Hebraico Iakim, id est, suscitabit, statuet, firmabit, &c. quæ tria verba sanctus Hieronymus ex tribus versoribus, Aquila, Symmacho, Theodotione, citat, respiciens ad originale Hebraicum Iakim. Hæc dico contra novos euangelicastro, qui dicunt biblia à Iudeis depravata, cum certum sit, hæreticos hoc citius facturos, quam Iudeos. Nouum euangelion, noua biblia poscit. Vnde nouis euangelicastro nulla vetus satisfacit translatio.

Hereticus citius scripturam deprauant quam Iudei.

8 Hactenus digressi sumus. Ad textum nunc reuertamur. In precedentibus minatus est DEVS opt. max. malis pastoribus, statim postea itidem comminatur pestilentibus ouibus. Quod cuperem audire plebem, quæ hodie nihil facit, nisi quod optimatum abusus diiudicat. Non attendunt infelices, propter peccata sua Plebs malorum ipsis in furore suo malos pastores præfecisse. Tu hædus la pastore malignus hoc facis proximo te infirmiori, quod te fortior tibi facit malum molestulens pastor. Primò inuidus es: satur, quod de pascuis reliqui retur, est pedibus concalcas, ne eo proximus uti possit. Itiãem & fontem pede commones, ubi sitim tu leuasti, inuidens proximo, ut & Lympida ipse utatur aqua. Sic per omnia nisi aliquid noceas, medius crepas. Nunquid hæc impunè ferēs? Audi sequentia. Confer buc ea quæ vides apud Matthæum 25. de hædis ad sinistram diiudicandis. Iam cum tu minime insons fontes condemnas, tua condemnationi præiudicium profers. S. Hieron. hæc quoque locum de

EXEGE. LECTION. EVANG.

hereticis intelligit, pabulum sanctum contaminantibus. Apostolus in illos, Maranatha.

IN EADEM SECUNDA HEB-

Domadæ, lectio euangelica

Matthæi XXV.

SVMMARIVM.

IN præfenti lectione declaratur nobis, qualenam sit iudicium extremum, quod credimus tam viuos quàm mortuos manere, in quo Iudex Christus, apud quem personarum respectus non est, cuique iuxta opera sua est retributurus. Tum demum videbimus opera bona posse custodire. Nihil est quod Luterani de huius vitæ exitu suos beatificant, & alios condemnant. Iudicia Dei abyssus multa. Diabolus artifex vafer & serpens lubricus. Illa dies declarabit omnia.

TEXTVS.

CVM autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sue, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem sicut pastor segregat oves ab hædis: & statuet oves quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris. Tunc dicit rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriis enim, & dedistis mihi manducare: sitiis, & dedistis mihi bibere: hospes erã, & collegistis me: nudus, & operuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & pauperem te sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens rex, dicit illis: Amen dico vobis, quando fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicit rex & his qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriis enim, & non dedistis mihi manducare: Sitiis, & non dedistis mihi potum: Hospes eram, & non collegistis me: Nudus, & non operuistis me: infirmus & in carcere, & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum aut in carcere, & non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis

dicens: Amen dico vobis, quandiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

EXEGESIS IN THESES DIGESTA.

P Rincipio debemus hic fidem nostram excitare per contemplationem aduentus magni regis Iesu Christi, quem euangelistæ & apostoli iuxta prophetarum oracula pronuntiant in illo die adueaturum è cælo, hoc est, à dexterâ gloriæ Dei, in potestate magna & maiestate, ad iudicandum viuos & mortuos. Articulum hunc fidei catholicæ si cordi commiserimus à peccatis absterrebimur, & ad virtutes prouocabimur. Consolabitur nos & articuli eius consideratio in aduersitatibus omnibus. Quid enim fideli æque iucundum poterit esse, quàm regni Dei exordium verbum ob oculos habere positum?

2. Lingua humana haudquaquam rite poterit exprimere maiestatem aduenientis regis gloriæ. Ecclesiastes sedulus per antithesin primæ parusiæ siue aduentus dominici, secundam parusiã rite poterit declarare. Nã quo primus fuit humilior factus, hoc secundus futurus est clarior. Primus enim factus in paupertate & miseria, secundus fiet in omni maiestate & gloria. Illic venit homo ignobilis, seruus Cæsaris & Moisis, hic veniet Dominus cæli & terræ. Illic paucis denuntiatus pastoribus, hic manifestus totius orbis terrarũ vniuersis hominibus. Illic exercitus aderat angelorum, hic vna cum angelorum exercitibus aderit etiam omnis corona omnium beatorum. Et aduentus is, quo Solymas venit insidens asello, huc collatus, aduentum eum de quo iam loquimur, in mirum modum illustrabit: neque enim veniet tunc iumento alicui insidens, sed super nubes cæli. Poteris etiam ascensionem montis caluarie, & exaltationem eius in ara crucis, huc per antithesin adaptare, huius aduentus illustrando potentiã. Si quem vnquam primi aduentus contristauit aut scandalò affectit submissio & crucis contumelia, is se secundi aduentus gloriæ consideratione præsentissime poterit recreare. Iuxta hoc ait sanctus Hilarius, Sacramentum crucis, admistum esse gloriæ æternitatis.

*Aduentus
primus
Christi
humilis, se-
cundus erit
horribilis.*

*Aduentus
humilis si
quem cõ-
tristat, eũ
aduentus
horribilis
solatur.*

EXEGES. LECTIO. EVANGELI.

3 Tunc apparebit tribunal à Ioanne ante præuisum, ab Apostolo Paulo ante prædictum Rom. 14.2. Cor. 5. Ibi sisti habemus omnes. Viuentes in icu oculi immutabuntur, & in simili momento excitabuntur, tanquam dormientes, mortui. Tanta virtus est verbi Dei: Túc fiet segregatio electorũ & abiectorum. Tunc Luterni videbunt quid intersit inter verbum & opus, V Verct vnd V Vort.

*Scandala
in secundo
aduentu
aufereñtur.*

4 Omnes gentes hic apparebunt, exemptus erit nemo. Tunc pueri & infantes, tunc capulares, senes & filicernia æque citi venient, tubæ angelicæ parentes omnes. Facit huc quod sanctus Augustinus de fidelium ait resurrectione. Omnia, ait, Christianorum corpora resurrectione ea ætate, qua resurrexit Christus, id est, circa annos triginta, siue supra, siue infra eam ætatem fuerint defuncti. Lib. 22. de ciuitate dei, cap. 15.

5 Tunc scandala auferentur è mundo omnia. Interea temporis zizania crescunt vna cum tritico. Tunc colligetur omne genus zizaniorum & feminis boni in fasciculos & manipulos. Aphorismus ille manifestabit, quis & qualis quisque sit. Tunc occulta omnia venient ad lucẽ, omniũ consilia occulta túc patebunt omnibus.

6 Zizania iam bonum semen supprimunt. Hœdi oues vexant. Separabuntur ergò zizania & hœdi, quia infructuosi, steriles & nocentes. Bonum semen, quia fructuosum & commodum, * Illa comburèda in aceruum vnũ in tartara coniciuntur: * hoc in horrea thesaurorum Dei, vnde * sunt nata, * referentur. De hac re vide Ezechielem 34. & Matth. 25. Apud Matthæum boni & mali virginibus comparantur, sed fatuis & sapientibus. Hæc in regnum cœlorum Christum sequentur, secludentur illæ. Iudex bonorum & malorum nulli faciet iniuriam: non est, abit vt hœdum pro oue recipiat: nullus hœdus, pastore ignorante, in grege vniuerso

*Zizania
malos
Christia-
nos signi-
ficant, nõ
ethnicos.*

remanebit. Oculus est & auris pastor ille Optimus Maximus. Non somno (vt de Argo habet fabula) opprimetur. Nullius fistula aut cantu sopietur. Districus contra negligentes & malefactores sæuiet. Districte ab infructuosis (vt verbis vtar Hilarij) fructuosa discernet. Non hæc de ethnicis intelligenda, ò frater euange-

lice, solius fidei dogmatistes: sed de seruis qui norūt voluntatem Domini sui, & non fecerūt. Infideles iam sunt iudicati, Ioan. 3. Marci 16.

7 Ipse iudex œcumenicus, medius inter electos & abiectos sedebit. Mali à sinistris statuentur, Boni à dextris. Hi gloriæ Christi participes, illi iræ iudicis obnoxij. Medius sedebit, sententiam cuius parti dicturus, neutri parsurus.

8 Primæ sententiæ verba hæc sunt: *Lechu Beruche Abi* *Venite be*
vesu ethmamlacha, Hoc est, Venite benedicti patris mei, *nedicti,*
 & accipite regnum. Dulcissima vox illa, sed illis qui pri *suave &*
 mo etiam venerunt. Matth. 22. itidem dictum est, Veni *incundum*
 te ad nuptias. Tum qui venerunt, etiam hic venient. *verbum,*
 Venire ad nuptias, est Christo credere, dicit sanctus
 Augustinus. Sed venisse non sufficit, nisi veste nuptiali
 ornatum. Hoc est charitate esse præditum, quod recte
 est venisse, & quod salutare est. Non etiam sufficit, lam
 pada gestare & virginem esse, sed sapientem esse vir
 ginem, & oleū habere, saluificū est: hoc est, credere &
 charitatē fidei vitam habere. Sic etiam baptizatum esse
 & credidisse, in illa die non saluabit, sed in fide charita
 ti studuisse, bonis operibus insudasse.

9 Benedicti patris mei, sequitur in sententia iudicis.
 Patris, quia pater illos in vnigenito suo benedixit. In
 femine qui est Isaac, benedicendæ omnes gentes. Bene
 dicti sunt item electi, qui in fœdere Dei permanserunt
 fideles. Accipite, siue hæreditate regnum à constitutio
 ne mundi, s. paratum piis. Regnum hoc est, pro quo
 quotidie precamur, dicētes: Adueniat regnum tuum. Et
 hoc de quo ait, Regnum Dei est iatra vos. Regno gra
 tiæ succedet regnum gloriæ. Vtrunque peperit nobis
 vnigenitus Dei filius suo precioso sanguine: sed fide cō
 ceptum, in innocentia & in operum bonorum perseue
 rantia est retinendum, 1. Co. 9. 1. Tim. 6. Ro. 2. Nisi forte
 nouis euangelicis nostratibus mētiatur scriptura, & hæl
 lucinetur Christus.

10 Dicit enim iudex: Esuriui enim, & dedistis mihi *Factores,*
 manducare. Scripturarum elusoribus hic tropus est re- *& nō cre*
 quirendus. Promissionem solūm hic proferunt: sed *dulsi carnis*
 iudex non ait, quia promissioni meæ credidistis, *res operi-*

Operibus bonis, sed quia dedistis & fecistis. Alibi etiam ait factores saluandos, & non fidei ostentatores. Fatemur nos opera nihil esse, collata ad tantam beatitudinem: quoniam & sanctus Chryostomus hoc nos submonet. Non solum fatemur opera nihil esse, sed & nos quoque inutiles esse feruos, atque adeo nullos, siue nihil. Sed nec sic potest solui scriptura. Non potest inuerti voluntas Dei bona. Qui si mihi aquae frigidae haustu regnum suum vendere voluerit, non fecerit hoc exemplo Esau, aut necessitate coactus, aut sibi non satis constans. Aeterno consilio suo hoc facit, ut & fides meritum habeat & charitas, utque gratia eius magis elucescat.

Operibus bonis sunt etiam disciplina Ecclesiae conferuatio.

11. Cesset ergo controuersia, reuiuiscat charitas, inclarescat fides per charitatis opera. Interim dum disputamus de sola fide, obliuiscimur charitatis, & defraudamur regno caelorum, idque nostra culpa, quia mendacem facimus iudicem Christum, eius verba partim inuertendo, partim negligendo.

Operibus bonis noui consuetudo, disputandi amplum campum aperit.

12. Quin aliquid de operibus bonis nunc porro dicimus? Negant Lutherani vlla esse opera bona, nisi misericordiae opera proximo commoda. Sed non attendunt quod iudex etiam alibi dicit: Haec oportet fieri, sed illa non intermitteri. Qui Christo alibi syncerè credit eius verba alibi non contemnet. Videamus quid hic dicat. Sex opera misericordiae hic exprimit, quorum priora quatuor, cibare, potare colligere, & vestire, factu sunt facilliora: posteriora duo, visitare infirmos, & adire captiuos, difficiliora & discriminu plena. Quarè non disputat hic, satisfiatne praescripto euangelico, si quis infirmo aliquid miserit, vnde se reficiat, ipse verò domi maneat. Si satisfaciat, qui captiuos vel auro vel quacunque alia via redimat, ipsos verò non conueniat? Hic noui euangelicatri perfunctorie scripturam transeunt: alias, vbi de sola fide disputant, omnes ferè apiculos superstitionis excutiendo. Dicunt, euangelion recens inuentu, à tempore Apostolorum vsque in hunc diem totum mundum latuisse: sed nos per exempla sanctorum, possumus euangelistas eos nouos mendacij conuincere. Sanctus Nicolaus tres innocentes, Nepotianum, Ursulum & Herpilionem, ab iniusti iudicis sententia liberauit. San-

ctus Paulinus se seruituti tradidit, vt captiuum viduæ vnicum filium liberaret. Sanctus Martinus in aliis elemosynæ officiis vsque ad miraculum claruit. Cuius philosophi doctrinam sequenti, hæc fecerunt? Nunquid non in Christum baptizati, & Christi spiritu præditi, talia præstiterunt? Erubescant infelices blaterones, spiritu vertiginis ita liuidi facti, vt captiuos suis literis aut perpetuis carceribus aut certè morti adiudicent, nulla alia ratione quàm quòd nouum hoc euangelion recusent recipere, sensum communem omnium sanctorum abnegaturi. Quis non videat novos illos fratres euangelicos citius Iudæis aut Turcis elemosynam facturos, quàm catholicæ Ecclesiæ assertoribus? De ordine charitatis locus quidem hic dicendi est, sed breuitatis causâ hanc dissertationem præteriens, eam Catechistis relinquam, pueris cathecumenis explicandam.

73. Sententiam iudicis pro electis audiuius. Nunc electorum audiamus responsum. Domine, aiunt, quando de te vidimus esurientem? &c. Primò se inutiles seruos fatentur. Dein sua opera Domino indigna esse innuunt. Denique rem omnem humanam persuasionem exuperantem, à paucis rectè obseruatam & creditam, Christum in omni infimo vel bene vel male tractari, declarant. Interrogantes itaque Christus fideles hic inducit loquendi & demonstrandi argumento, vt nobis tam profunda arcana persuadeat: *ἐφ' ὅσον*, hoc est, in quâ tū vni fecistis de his fratribus meis minimis &c. Obserua verba sacramētis plena. Discite hic, pauperes qui & quanti sint. Discite hic, à quibus regnum cælorum redimas. Denique obserua etiam hoc, quòd hic iustos vocat, qui hoc quod iussit, re ipsa præstiterunt. Si sola fides iustificaret, non esset locus hic vocandi iustos solius fidei iustitatores, vbi de operibus bonis agitur. Textus est manifestus: Tunc respondebunt ei iusti, dicentes &c. Corrigendus locus, & legendum. Tunc respondebunt ei creduli noui euangelicæ castri.

Domine, quando te vidimus. esurientem &c. excipitur.

Iusti qui.

Operarij mali, etiâ si credât, condemnantur.

14. Sententia contra iniustos est, *Sura mimeni Arurim tur.* *el est haolam*, hoc est, Discedite à me maledicti in ignem æternum. Subdit rationem, dicens: Esuriui enim, & non cibastis me &c. Vides indicta causa neminem damnari.

Obserua, causam etiam proferri contra hæreticos solius fidei dogmatistas. Alibi item dicit. Cedite à me, Psal. 6. Matth. 7. se dibi vocantur *Popule auem*, hoc est, mali operarij. Vides scripturam per scripturæ loca posse etiam catholicè expediri. Confer etiam huc, si in omni verbo oris Dei vitam diffidis inesse, quod est apud euangelistam Ioannem capite 5. & quod est apud Apostolum Rom. 2. Obserua & hoc quòd ait, ignem æternum diabolo paratum. Si dixisset iniustis esse paratum, dicerent noui Apostolastri, libertatem arbitrij negantes: Ergò hominem non propter suam ipsius culpam, in ignem illum coniectum, sed fatali necessitate hoc esse factum: quod ignis ille iniustis ab æterno sit paratus. Occurrens Deus tali blasphemix, ait diabolo paratum. Mali, quòd in ignem eum coniciuntur, suapte hoc culpa merentur.

15. Quòd audis ignem æternum esse, rationi consentaneum est. Tu impte tyranne, non credis Christum in quouis minimo vel benè vel malè affici. Contemnis fratrem tanquam canem, immò etiam fratri canem præfers. Nunquid non hoc faciens, peccas in sacramentum baptismi, in quo tu & ille vnum corpus estis effecti? Sed peccans in sacramentum baptismi & alia omnia, nunquid non in Christum peccas? Nunquid non spiritum sanctum & patrem cœlestem contemptui habes? Si non videtur tibi æquum, quòd æterno igni tradaris propter hominem (tuo iudicio) vilem: at æstima conditorem, considera redemptorem, attende filio Dei, incorporatum, atque per hoc sacramentum baptismi & alia filium Dei factum. Iam cum in æternum Deum pecces, quomodò temporalem pœnam speres?

16 Qui ad sinistram sunt abiecti, atque per hoc iniusti, rogitant iisdem verbis cum iustis: Domine, quandò te vidimus &c. sed non eodem affectu. Increduli sunt omni verbo, vtut se de fide extollant. Meritum operum bonorum qui non credunt, sacramento incarnationis & passionis parùm tribuunt, Christum diuidunt, exemplum Christi imitationis inefficax faciunt. De Christianis (quòd & supra commonui) hic fit iudicium. Opera misericordiæ præscripta sunt Christianis: Ethnici propter infidelitatem damnantur, 'pseudochristiani pro-

*Ignem in
ferni esse
æternum,
ratione
constat.*

*Mali ope
rarij, quã
tenuis de
fide glori-
entur, infi-
deles sunt.*

pter operum bonorum negligentiam . Pulchrum & iucundum est , quòd Matthæus hic utitur verbo *διακονίω*, pro administratione omnium operum misericordiæ, quibus proximo possumus prodesse. Laici affectant hodiè sacerdotium. Agè ergò fiant primò diaconi pontificis magni Iesu Christi. Ministrant tantò pontifici sedulò, sic fient clerici iuxta eundem euangelistam . Suprà dixit de iustis. *ἀρροφονεύτω*, hoc est , possidete , hæreditatem inite , hæreditate &c . Eccè qui pauperibus ministrant, fiunt diaconi Iesu Christi pontificis magni, cum quo etiam regnum cœlorum accipiunt , hæreditant & possident, veri clerici facti. Vtinam Clerus hoc quod dicitur, esse studeat.

Laici quatione fiant clerici.

17 Hic vos nouos conuenio euangelicastro, qui dicitis bona opera neque prodesse, neque protegere : *Sie gelten nichts, sie kommen nichts behuten* . Sic enim in Psalmo vestro canitis . Sed eccè vobis, profunt & protegunt, *Sie gelten, sie kommen behuten* . Plùs credimus Christo, quàm Luterò : plùs Christi apostolis & euangelistis, plùs Ecclesiæ catholicæ, quàm Luteranis, superintendentibus, & vniuersis eius sectæ dogmatistis . Qui bona egerunt , ait Christus , ibunt in vitam æternam : qui verò mala in ignem æternum , Ioan. 5. Confer scripturam scripturæ, textum noli torquere, noli literæ vim inferre, & videbis opera fidelium bona, per Deum facta, Christi precioso sanguine imbuta, hoc est , Christi merito facta , spiritus sancti vnctione delibuta, hoc est , per gratiam spiritus sancti peracta , prodesse vnice & protegere . Iterùm perpende locum iam adductum ex Ioanne : Ibunt qui bona fecerunt , in vitam æternam : & hoc quod hic dicitur , iusti autem intrabunt in vitam æternam : & videbis opera bona iustificatoria esse : videbunt eos qui bona faciunt, fideles teste Christo, vocari iustos . Quis ergò es rauce rabula, vane sophista, qui nos seducis à simplici scripture litera? Dixi, bona opera fidelium, Dei esse. cantant ergò coronati beati : Non nobis Domine, non nobis , sed nomini tuo da gloriam . Redundat , in duplicatam gloriam catholica prædicatio beatorum . Ecclesia enim omnem beatitudinem gratiæ Dei refert acceptam . Institutio hæredum hæc, gratia est,

Euangelio noui certum est deliramentum.

Opera bona profunt & protegunt.

Opera bona sunt iustificatoria.

Operū bonū iustitiā in Dei gratia gloria est prædicanda. & gratia permanet. Chrysostomus ait: Per gratiam tamen coronantur. Gratia enim omninò benignitas est, vt pro rebus minimis & vilissimis cœleste regnū & tantus honor tribuatur. Bernardus quoque ait: Meum meritum miseratio Domini. Augustinus: Omne bonum nostrum, vel ipse Deus est, vel ab ipso Deo est. Lutherani non animaduertunt opera bona esse Dei: non obseruāt Ecclesiam catholicam gloriari in cruce Christi, & non in carnis & sanguinis humani meritis.

Ignis inferni est æternus. 18. Origenista, misericordes illi hæretici, multis olim sophismatibus ignem illum temporarium dogmatizauerunt, quasi verbum Domini non sit æternum, & quasi Deus æternitas non existat. Nos verbo æterno & Deo æterno plus credimus, quàm deliris misericordiis. Si-

Purgatorij ignis creāditus. miles Origenistis sunt Lutherani, purgatorium negantes: in errorem eum peruenerunt per vetus hoc stoicorū paradoxa, peccata esse paria omnia. Sua culpa in hæreses labitur, qui philosophorum friuolas opiniones sanctorum patrum præfert professioni. Nos Ecclesiam audiamus. Sanctus Augustinus dicit ignem infernalem esse corporeæ substantiæ. Idem libro. 21. cap. 16. Purgatorias pœnas nullas futuras opinetur, nisi ante illud vltimum tremendumque iudicium. Nequaquàm tamen negandum est, ipsum æternum ignem pro diuersitate meritum, quauis malorum, aliis leniorem, aliis futurum esse grauiorem, siue ipsius vis atque ardor pro pœna digna cuiusque varietur, siue ipse æqualiter ardeat, sed non æquali molestia sentiatur. Hęc Augustinus. De æternitate ignis infernalis ait sanctus Hieronymus: Sicut diaboli & omnium negatorum atque iniquorum, qui dixerunt in corde suo, Non est Deus, credimus æterna tormenta: sic peccatorum atque impiorum, & tamen Christianorum, quorum opera in igne probāda sunt atque purganda, moderatam arbitramur & mistam clementiæ sententiam iudicis. Super Esa. 66.

TERTIA HEBDOMADAE

post Inuocauit, lectio Epistolica

Esaia cap. LV.

SUMMARIUM.

Admonc-

Admonemur præfenti lectione, vt Domino Deo fedulò inferuiamus & adhæreamus, idque fimplici corde, hoc eft, ne bona opéra peccatis quoque mifceamus, diabolo fimul & Deo feruiendo, fed vt Deo foli obfequamur bona faciendo, & ab omni peccato nos puros custodiendo. Dein habemus hîc admonitionem, qua difcamus Dominum Deum nihil vnquam friuolum atque vanum dixiffe, nihil vnquam promiffiffe, quod irritum fit factum, fed omnia quæ per prophetas prædixit, contigiffe: quæ promiffit, præftitiffe omnia.

TEXTVS.

Querite Dominum dum inueniri poteft: inuocate eum dum propè eft. Derelinquat impius viam fuam, & vir iniquus cogitationes fuas, & reuertatur ad Dominum, & miferibitur ei: & ad Deum noftrum, quoniam multus eft ad ingrofcendum. Non enim cogitationes mee, cogitationes veftre: neque via mee, via veftre, dicit Dominus. Quia ficut exaltantur cæli à terra, fic exaltate funt via mee à viis veftis, & cogitationes mee à cogitationibus veftis. Et quomodo descendit imber & nix de cælo, & illic vltra non reuertitur, fed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat fermen ferenti, & panem comedenti: fic erit verbum meum quod egreditur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum: fed faciet quacumque volui, & prosperabitur in his ad quæ mifi illud.

EXEGESIS IN THESES
digesta.

Omnis homo vanitas, puluis & vmbra. Dominus *Pij Deû*
Deus rex & protector omnium, noftra falus, bea- *semper*
tudo, & omnia. Quærendus ergo ab omnibus, *quærent.*
femper, vbique, in omni bono instituto, in omni confilio, in omni anxietate & tribulatione. Præftabit hoc qui feipfum norit & Deum. Impius qui neque fe, neque Deum nouit, putat aut ex fe aut fua industria habere fe omnia, aut fortuna & temerè fibi ea contigiffe: ergò non requirit. Contra eam impietatem fcriptura identidem monet vt quæramus Deum, Deut. 4. 1. Paralip. 16. & 22. Hic ait Dauid: Præbete corda veftre & animas veftas, vt quærat Dominum Deum veftre. Item cap. 28. ait ibidem: Si Dominum quæferis, inuenies eum: fi dereliqueris, dereliqueris ab eo in æternum, At-

EXEGE. LECTIO. EPIST.

qui ex toto corde inquirere Deum debet homo, 2. Paralip. 16. Quod si præstiterimus, viuemus, Psalm. 68. & in Deo lætabimur, Psalm. 69. Hieronymus ait, Quæritur non loco, sed fide. Fidem intellige per charitatem operantem. Cornelius ritè inuestigauit. Qui sic indagat, non errat. Dominus est propè omnibus qui sic inquireunt. Qui dicunt, Domine Domine, & non faciunt eius voluntatem, nunquàm inuenient eum, quia dicit de illis: Nescio vos. Proximè semper est pius, eorum vota audit, Deute. 30. Rom. 10.

2. Audiamus prophetam. *Derelinquat, ait, impius viam suam &c.* Ecce vides prophetam sese exponentem. Dixerat, Quærite Dominum. Iam vt scias, qua via, subdit: *Derelinquat impius viam suam &c.* Via hic accipitur pro instituto & consuetudine vitæ. Via peccatorum itaque nihil est, nisi nequitia & malitia. Via Domini sinceritas & veritas. Impium & iniquum hic iungit. *Isch Auen*, significat eum qui afficitur iniquitate: Sunt tales in quos quadrat:

Nequitia est quæ te non sinit esse senem.

Peccant impij cum magna peccandi auditate. Viam item & cogitationes hic coniungit, hoc est, vsum & consuetudinem peccandi cum mala voluntate. Nemo peccat inuitus. Monet ergo vt cessemus peccare, vt abistamus à peccatis, sed ex contrito corde verè respiscendo. Incredulitas & iniquitas etiam hic possunt intelligi.

3. Nisi sic Dominum quæramus, non inueniemus. Hoc est, nisi verè de peccato patrato doleamus contriti corda, & pristinam vitam peccaminosam, noua vita, honesta nempe & pia, corrigamus, peccati remissionem non consequemur. Pro modo transgressionis, subdatur & modus satisfactionis, sed de modo istoc Ecclesiaz est discernere. Nemo suus iudex esse potest. Vnde hic impium & iniquum secernit. Hieronymus negat iniquum & impium esse vnum. Impium ait esse iniquum siue peccatorem, sed non reciprocari, vt dicas, omnis peccator, impius idem est. Impietas, ait, propriè ad eos pertinet, qui notitiam Dei non habent, vel cognitam transgressione mutarunt. Peccatum autem & iniquitas,

pro qualitate vitiorum, post peccati & iniquitatis vulnera recipit sanitatem. Hæc Hieronymus. Hebræi discernunt vocabula, *Resa & Hatta*: Græci dictiones, *Atheos & Hamartolos*, hoc loco discriminant, ponentes *Asebes & Anomos*. Alterum significat eum qui sine Deo est, alterum qui sine lege est. Illud est, Deum non timere. hoc, legis præscripta non curare. Vides peccata paria non esse. Debet ergo & pœnitentia siue satisfactio transgressioni respondere.

4. Verè pœnitentibus, hoc est, Deum ritè quærentibus, miserebitur Deus. Miserebitur, quia ante etiam misertus. Nisi enim peccatoris ante esset misertus, haudquaquam ad sui agnitionem & ad veram resipiscentiam peruenire potuisset. Misertus miseretur, misereri pergit, dans gratiam pro gratia. Est enim hoc est, magnæ indulgentiæ, proclivis ad ignoscendum, multus ad ignoscendum: *Von viler od grosser verzeihung oder exlassung*. sensus est, vtrò peccata remittit, condonat, parcat &c. quia diues est misericordiarum immensæ bonitatis &c. Septuaginta addunt hic, dicentes: Multum (siue maximè) peccata vestra remittet. Psalm. 129. *Harbe immo pheduth*, hoc est, *Viel exlosung ist bey im*. Copiosa est apud eum redemptio. Hæc eo dicuntur, vt ritè pœniteamus, non vt peccare pergamus.

5. Poterit hic aliquis dicere, secundum rationem humanam fieri non posse, vt Deus ita resipiscentibus & peccata sua confitentibus parcat. Humana enim sic se habent, quoties homo sua prodit facinora, statim rapitur ad supplicia. *V Verbelen dex vrix gehend*. Qui facitur, suspenditur. Contrarium est apud Deum. Patientibus sua peccata indulget, abscondentes condemnat. Luc. 7. Matth. 18. Mundus malefactores vult perire. Cōtra, Deus non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, Ezechielis 18. Lucæ 1. 2. Cor. 5. Ne ergo Dei iudicium sic æstimemus, vt iudicium humanum & mundi, dicit Propheta Dei consilia longè esse alia, atque sunt humana. Mundus dat venia coruis, & vexat colūbas. Furunculos gabalo adiudicat, magnos prædones adorat. Facit huc quod Christus ait Luc. 16. Quod hominibus excelsum est, abominandum est corā Deo.

EXEGE. LECTIO. EPISTO.

Hieronymus item rectè dicit: Quanta naturæ, tanta eti-
am voluntatis diuersitas. Deus non iudicat more homi-
num, Deus æstimat cor &c. Ioannis 7. 1. Reg. 16. Non
mutatur vt homo Deus, Malach. 3. Verbum Domini ma-
net in æternum, Esaia 40. Confer Dei naturæ stabili &
æternæ humanam vanitatem, & videbis ineffabilem di-
uersitatem. Crede ergo Deum contra humanum iudici-
um peccatori quantumuis fœdo, veraciter peccata re-
mittere omnia & parcere.

*Verbum
Domini
efficax.*

6. Verbum Domini efficax & penetrabilius omni gla-
dio vtrinque acuto. Et quare Domini verbum sit cas-
sum, quum humanum quoque verbum dicatur irreuo-
cabile? Fallit homo, quia vanus & mendax. verbum ta-
men semel emissum, non est reuocabile. Deus est veri-
tas, ergò verbum eius non fallit. Immo etiam Deus est
ipsam verbum, Ioannis 1. Fieri ergò non potest, quin
peccatori peccatum non condonetur, vbi ritè Deum
quærat: & secundum Dei præscriptum pœnitentiam di-
gnam agat: quia Dominus talibus indulgentiam pro-
misit. Huius sententiæ hic vides aptissimam similitudi-
nem subiungi. Ait propheta: Et quomodo descendit im-
ber & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, &c.
Aptissima similitudo imbris & verbi diuinæ efficacix.
Iosue item in hunc sensum ait: Omnia quęcunque pro-
misit Dominus, contigerunt vobis, & non perit vel
verbum vnicum &c. cap. 23. Cadit pluuia de cœlo, vt
fœcundet terram, eam inebriando ad fructificandum.
Sic & verbum Domini nobis datur, vt operetur. Terra
sine imbrum benedictione fructum non proferret: sic
etiam homo sine verbi munere sterilis operum bono-
rum periret. In principio dixit: Fiat, & facta sunt om-
nia. Abrahæ promisit gentem innumeram. Et succe-
uit semen eius super maris arenam. Dixit eam gentem
propter idololatriæ abominationem, in quam inci-
derunt, ab Assyriis & Chaldæis captiuam ducendam:
& hoc quoque factum est. Promisit Christum nascitu-
rum: natum nobis, se in ara crucis iudem pro nobis o-
blaturum, mortuum in cruce, & sepultum, resurrectu-
rum, ascensurum in cœlum, & dona nobis inde missa-
rum, & omnia iuxta promissionem euenerunt. Euange-

lion in toto mundo prædicandum prædixit, & ecce prædicatur. Imbris eius diuini fructus, est Ecclesia in æternum permansura.

7. Verbum Dei hic confertur imbri eadem ratione, *Verbum* qua etiam apud euangelistas frequenter comparatur se- *Dei con-* mini. Vtraque collatio apta. Pluuia cum semine mul- *fertur im-* tùm habet familiaritatis & affinitatis. Semen sine im- *bri & fe-* bre non germinat. Et nisi semen in agrum fuerit conie- *mini, idq;* ctum, imber nequicquam solum inebriat. Vides ergo *aptissime.* tam imbrem, quàm semen, ritè referre & exprimere verbum Dei. Sed quemadmodum semen cum imbre, suam virtutem habet à Deo: Sic & verbum secundùm Dei virtutem est æstimandum, & non secundùm prophetarum & apostolorum vocem, & atramentum atque papyrus. Nihil est quod sibi hæretici de verbo placeant Dei. Cántillant hodie: *Die vvelt brought frucht vñ bessert sich &c.* Terra profert fructum, & emendatur. Tribulos & spinas terra nouæ Ecclesiæ profert: conspirationes, fœdera, res nouas, calumnias, contentiones, liuorem, seditio- nes, libellos famosos, sacrilegia, bustuariorum sancto- rum demolitiones, libidinum omnigenum prouentum vsque ad polygamiam. Verbum Dei qualem fructum in Ecclesia Romana, apostolica, catholica & verè sancta protulerit, vix hodie creditur. Iam fœx est mundi: frigemus iam ad vnum omnes. Sed vberiores bonorum operum, obedientiæ, castimoniæ, abstinentiæ, elemo- synæ, & hoc genus fructus, inuenias apud Papistas, quàm apud illuminatos novos apostolos & euangelistas. Quale euangelion, tales euangelistæ.

8. Neque hoc oscitanter prætereundum, quod hic di- *Gratie* citur, Faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his *Dei refe-* ad quæ misi illud. Nix & imber inebriant, fœcundant *renda ac-* &c. Sed vnde? ab eo qui misit, parent Deo, & faciunt *cepta bo-* quod vult. Hæc ritè consideranda contra impios, qui *na omnia.* aut suæ industriæ, aut elementis hoc tribuunt quod est Dei. Apollos plantatum à Paulo, rigat: sed neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat: sed qui vtrinque dat incrementum omnia est in omnibus Deus. Alludit huc ethnicorum prouerbum: Annus producit fructum, non ager. Item terra profert fructum, sed *scilicet*, hoc est, ex

EXEGE. LECTIO. EVANG.

Deo, è supernis. Deus vestit lilia campi, Deus nutrit alites. Ad ipsum quotidie suspiramus & supplicamus, dicentes: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

EIVSDEM FERIAE III. POST INVOCAVIT, lectio Evangelica
Matth. XXI.

SUMMARIVM.

Historia est euangelica, enarrans vt Christus, qui eius zelus fuit, ingressus templum, primò indèventes & cmentes deturbavit. Secundò, malè habentes curavit. Tertiò, laudem Dei, cui liuidi pharisæi derogauerunt, asseruit.

TEXTVS.

Et cum intrasset Hierosolimam, commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta a Nazareth Galilæe. Et intravit Iesus in templum Dei, & eiciebat omnes vendentes & cmentes in templo, & mensas tumulariorum & cathedras vendentium columnas evertit, & dicit eis: Scriptum est, Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum ceci & claudi in templo, & sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo & dicentes, Hosanna filio David, indignati sunt, & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtique nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Et relicto illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique mansit.

EXEGESIS IN THESES
digesta.

1. Pueri Hebræorum magno applausu Christum receperunt, breui spiritus sancti tacti spiramine. Nos ergo qui de eius charismatibus repleti sumus, multò rectiùs Christum omnium maximo & perpetuo prosequi habemus cultu. Illi coluerunt quem necdùm plenè cognouerunt: nos qui de plenitudine eius sumus repleti, nos, inquam qui tam natiuitatis quàm passionis sanctæ sacramenta luce clariùs videmus, maiori vtique reuerètia atq; religione seruatori nostro seruiuisse fas est. Quis est hic? aiunt. Dubitarūt adhuc, quia gloriam eius

nondum viderunt. In cruce cum penderet, ait Centurio: Verè filius Dei erat iste. Etiam tum dubitabant qui dixerunt: Si filius Dei es, descende de cruce. Rursus latro non dubitavit, qui ait: Cum veneris in regnum tuum, memento mei. Iam omnia sacramenta sunt reſerata: omnem ergò Christo cultum, & obsequium omne illi debemus, quòd ipsum verum Deum & hominem nunc cognoscimus. Nos dicimus iam: Hic est admirandus ille, solus Dominus, solus omnipotens &c. Item, *Hu- mulech hacabod*, hoc est, Hic est rex gloriæ. Tunc cum venisset Solymam, complebatur prophetia Zacha. 9. Iam omnia oracula sunt adimpleta. Sic ergo seruiamus, ne iam dicamus Hosanna, & paulo post clamitemus & dicamus, *itz' a'eb*, hoc est, crucifigatur. Faciunt hoc qui post professionem nominis Christi, pristinam vitã repertunt carnalem.

*Hosanna
& crucifi-
ge magis
clamitent*

2. Iudæi in acclamatione sua dicunt, Hic est Iesus propheta Nazarenus à Galilæa. Nos dicimus cum petro & apostolis, Tu es Iesus filius Dei viui, Matthæi 16. Ioan. 11. Item, Hic est agnus Dei qui aufert peccata mundi, Ioan. 1. Matth. 1. Semen Euæ caput conterens serpentis, Gen. 3. Semen Abrahæ, in quo benedicuntur omnes gè-tes, Gen. 12. Gal. 3. Hic verus & vnicus Messias Daniel. 9. Rex & pastor Israel, Exech. 34. valuit pro eo tempore plurimum acclamatio Iudæorum, tum quòd Iesum filium David confitebantur, tum quòd prophetam illũ (s. Deute. 18. promissum) excipiebant. Fatebantur è Nazareth aliquid boni posse oriri. Sed inuidia ipsos de nique excæcabat, ne hoc quod viderunt, viderent. Vnde audientes aliquos dicere, Hic est *Nabi*, hoc est, propheta: dicunt, Nunquid Christus veniet ex Galilæa?

*Inuidia
excæcauit
iudæos, vt*

Item, Nemo vnquam propheta ortus est è Nazareth, Ioan. 7.

3. Et intrauit Iesus in templum Dei. Primò quærendum regnum cælorum. Episcopus non in theatrum ductendus, sed in templum. Apostoli oraturi quoque in locum hunc orationi consecratũ intrauerunt, teste Luca in libro Actũ. Marcus hũc locũ paucis perstringit, nobis cæpũ contemplandi relinquens latum. Non ignoramus templum significare Ecclesiam. Volumus ergò

*hoc quod
viderunt,
non viderunt.*

Episcopus ante omnia Ecclesiæ curâ agere, abusus corrigere. Interim tamen loca orationi consecrata, decenti ornatu volumus cohonestata.

*Abusus
in ecclesia
corrigendi*

4. Christus Iesus summus pontifex & Episcopus animarum nostrarum, (ut eum vocat Petrus) abusus templi atque adeo synagogæ statim correxit. Sanctus Hieronymus vocat adinventiones quæstuosas sacerdotum legis, stropham & technas. Corban quid mercimoni fuerit, satis est notum. Quæstus non est pietas. Christus itaque non sine zelo omnia lucri instrumenta subvertit. Zelus ille Christi nostrates hodie arguit & diiudicat, dum vendunt ea quæ gratis acceperunt. Zelum Domini comedisse Christum vides Ioan. 2. Psal. 68. Hieronymus opus hoc zeli Christi, dicit maius esse miraculum quod edidit. Idem dicit Chrysostr. Maxima omnium fuit maiestas templi sacerdotum. Superiori antea fuit Alexandro Magno, atque eiusdem cognominis Pompeio. Sanctus Hieronymus dicit igneum quiddam atque siderium radiasse ex oculis eius, & diuinitatis maiestatem luxisse in ipsius facie. Maior ergo fuit Christi maiestas maiestate synagogæ pontificum.

*Miraculum
Christi
maius.*

*Pontifici
est reformare
abusus, non
principium.*

5. Christus reliquit pontificibus exemplum reformatorem abusuum. Pontificum est, inquam, reformare abusus, non ducis nescio cuius & consulis. Christus politicus dux & princeps non fuit. Noluit confitui rex à vulgo. Noluit super fratrum lite de hæreditate diuidentia sententiam ferre. Insuper ait regnum suum non esse de hoc mundo. Non ergo politica, sed pontificia potestate reformauit templum. Dauidis iam mutatum regnum. Nullus nunc de Leui sacerdotium sibi vendicat, quia Christus sacerdos de tribu Iuda. Sed quare pontifices non excitantur? quare non zelum eum Christi imitantur? O vtinam Romanæ Ecclesiæ summus pontifex, denique fiat Christianæ religionis vindex, tali zelo perpurgandi Ecclesiam. Sanctius opus edere non poterit. Ecclesia triumphans procul dubio tale opus exéplo S. Hieronymi & Chrysostr. maius dicent esse, quam si omnium sanctorum ederet miracula. Dicit S. Hieronymus, Dominum Iesum etiamnum in templo vltro ci-

*Christus
etiãnum
in templo
ambulat.*

trōque deambulare & eicere Episcopos, sacerdotes, diaconos vna cum laicis, ex Ecclesia emporium facientes, vendentes iuxta atque ementes reos agere, cū scriptum sit: Gratis accepistis, gratis date. Et S. Hilarius ait intrasse in templum, hoc est, in Ecclesiam: & ex ea primū omnia sacerdotalis ministerij vitia iure potestatis expellere. Exurge ergō Petri successor, Christi vicarie sancte, exurge P. M. ne obdormias in mortem, ne aut sectis aut Turcis denique fias ludibrio, & Christo neglecti officij condemnandus venias.

6 Inter abusus reformatione potissimum indigentes, præcipuus est negligentiae docendi, *abusus*
~~quod in quibusdam locis~~
~~quod in quibusdam locis~~
~~quod in quibusdam locis~~
~~quod in quibusdam locis~~
~~quod in quibusdam locis~~
~~quod in quibusdam locis~~
~~quod in quibusdam locis~~
~~quod in quibusdam locis~~
~~quod in quibusdam locis~~
~~quod in quibusdam locis~~

• Necessarium etiam est templorum materialium decus reformare. Sufferimus hodie talia fieri in templo, *Templo-*
 quæ nullus consul perpeteretur fieri in senaculo, immo *rum decus*
 etiam in foro. Factæ sunt Ecclesiæ cathedrales in Ger- *neglectū*
 mania omnes (vnde aliarum decorum peti conuenit) *corrigendū.*
 emporia & theatra. In porticibus Ethaicorum tam frequens deambulatio non fuit, atque in nostris basilicis quotidie fieri videmus. Quid quōd & lenocinia in templis fiunt & homicidia? Templum Christi in templum louis, Mariæ in Veneris dices conuersa. Non puto temere factum, quōd in Assumptionis beatæ Mariæ virginis mane in officio sacro, eodem temporis momen-

to, nos hereticos vnde Christus, fuit in templo

~~quod in quibusdam locis~~

~~quod in quibusdam locis~~

~~quod in quibusdam locis~~

~~quod in quibusdam locis~~

~~quod in quibusdam locis~~

~~quod in quibusdam locis~~

~~quod in quibusdam locis~~

~~quod in quibusdam locis~~

~~quod in quibusdam locis~~

~~quod in quibusdam locis~~

~~quod in quibusdam locis~~



secundum substantiam rei verè tremendum est mysterium, etiam ipsis angelis cœli stupefendum, vna cum abusus sic abrogant, vt etiam locum ipsum, vbi vnquã Missa vel vnica est facta, perpetuam faciant abominatio- nem. Hæresis illa longe omni abusu est pestilentior. Christus non templum, sed mensas subuertit numu- larium.

9 Porro sequitur quid in templo fieri conueniat. Do- mus dicitur orationis. Deo ergò in templo supplican- dum, sed more puerorum Matth. 18. Deus exaudit oran- tes in templo 3. Reg. 8. 2. Paralip. 5. &c. Exemplum habe- mus hic Christi curantis in templo. Therapeutes Chri- stus in tēplo sancto suo, qui non solùm curat infirmos, omnibusque medetur morbis, idque gratis mero amo- re, verū etiã qui seipsum nobis amicissimū offerat. Hoc dictio vult apud Euangelistam.

10 Therapeuten talem pueri collaudare non cessa- bant perciti spiritu sancto. Sed ecce tibi, pharisæorum supercilium etiam gloriæ Christi inuidit. Dicunt: Audis quid dicant illi? Q. d. Quod Dauid Psal. 117. Deo tri- buit, hoc pueri tibi cōcinunt: quare hoc sustines? Chri- stus prauum pharisæorum videns affectum, protulit contra talem morbum antidotum & medicamentū præ sentissimum, nempe hoc: Ex ore infantium & lactentiū perfecisti laudem tuam. Non deest suis partibus veri- tas: quòd si non curatur impietas, suapte perit culpa. S. Lucas commemorat pharisæos etiam succensuisse discipulis Domini, in hoc quòd dixerunt: Magister, argue tuos discipulos, puta propter illam festiuam ac- clamationem, qua & ipsi spiritu correpti sancto, pueris conclamitabant. Apud Lucam defendit discipulos, hic pueros. *De Hosanna le Ben Dauid*, in postilla de tempo- re suo loco diximus. Summopere caueo, ne eadem rem sæpius profèquar.

11 Tam in Luca quàm hic in Matthæo conuincit er- roris pharisæos Christus: in Lucà per prophetae Haba- cuc oraculum cap. 2. Hic per Psal. 8. Sic pontifices scri- pturarum essent experientes ad resistendum hæreticis. Hoc sic iubet apostolus Paulus Tiri 1. Sed Episcopi no- strates ipsi vel legum aut aliarum facultatū studiosiores

*Pontifices
hæreticos
scriptura
cōvincere
habent.*

hæreticis nihil resistunt, & aliis hoc facere conantibus aduersantur.

12. Obseruatu dignum, quod Euangelista in fine lectionis præsentis citat Psalm. 8. iuxta translationem Septuaginta: Perfecisti laudem. Hebræus verò ibi habet, *ysaatha oz.* Hoc est, fundasti siue firmasti robur. Du hast gegründt die stercke. Sensus est vnus, népe is, Dominum Deum cœlestem patrem, robur & virtutem vnigeniti sui, certam, benè firmatam, perfectam, æternam velle prædicari, etiam per labia puerorum, quantunuis diabolus cum suis membris furiat, Christi laudi inuidendo & detrahendo. Vult cœlestis pater potentiam, immò *Moaz*, hoc est, petram, Christum prædicari per ora puerorum innocentum, quæ laus pulchrior esse solet. Laus illa ex Matthæo Græcæ literæ poterit dici laus catartizomena, hoc est, talis prædicatio siue laus, quæ pulchrè quadrat rei quæ laudatur. Conuenientissimum est, innocentia fontem per innocentes in astra extolli. Cæterum non est pulchra laus Dei in ore peccatoris, Ecclesiastici 15. Vt ergò possimus dicere cum Dauid rege, Laus eius semper in ore meo, Psal. 33. incumbit nobis vt vitam nostram corrigamus, templum Dei prophanatum & meretricis corpus factum, Christo subtractum, recõciliemus in specie: sic enim tandem videbimus Ecclesiam reformatam in genere vniuersam. Hoc vt fiat, fiat Deus.

Laus Dei apud quos pulchrior existat.

QUARTA HEBDOMADAE POST
INVOGAVIT, LECT. EPISTO-
LICA III. REGVM XIX.

SYMMARIUM.

Historica lectio duo potissimum continet. Alterum, prophetam Heliam tyrannum Achab fugisse: Alterum, per angelum in deserto passum, sic, vt per quadraginta dies in fortitudine hac ex cibo istoc sumpto, contiauo in montem Oreb ierit.

TEXTVS.

TImuit ergò Helias, & surgens abiit quocunque eum ferebat voluntas. Venitque in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerum suum, & perrexit in desertum viam vnus dies. Cùmque venisset, & sederet subter vnam iuniperum, petiuit ani-

me sua ut moreretur, & ait: Sufficit mihi Domine, tolle animam meam. Neque enim melior sum quam patres mei. Proiecitque se, & obdormiuit in umbra iuniperi. Et ecce angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge, & comede. Respexit, & ecce ad caput suum subcimeritius panis, & vas aqua. Comedit ergo & bibit, & rursus obdormiuit. Reuersus est angelus Domini secundo, & tetigit eum, dixitque illi: Surge, comede. Grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Oreb. Cumque venisset illuc, mansit in spelunca.

EXEGESIS IN THESES DIGESTA.

1. Hic vides quid inuidia diaboli molliatur, quanta tenebrarum potestatis sit truculentia. Diabolus qui homicida est ab initio, non satis habuit idololatriam se excitasse, & pro Deo viuo Baal populo Israel adorandum commendasse, nisi etiam fidelibus per tyrannum Achab cum eius vxore pessima & pestilētissima bestia, extremaque pericula conciret. Interfecerunt rex & regina veri Dei adoratores quoscunque, vndē præcipuo odio prosequerantur & ad mortem quæritabant prophetam Heliam Thesbiten, propterea quod is idololatriæ vehementius luctaretur. Sed omnes capilli capitis eius erant Deo Israel numerati, nullum horum poterat tyrannus cōtingere. Præuiderat Deus aliquid gloriosius de ignobili Thesbite Helia, tale nempe, quale nunquam de villo auditum est tyranno. In curru igneo in cœlum assumendus erat, iudex futurus Achab & Iezabelis, & synagoge sanctæ intercessor apud Deum, 4. Reg. 2. 2. Mach. 15. Ecclesiastici 48. & 49, &c.

*Præuiderat
Deus glori-
osa de
factis suis,
hic inglori-
is.*

2. Cum itaque satan sic Achab & Iezabelem ad omnem furorem exerceret, timuit propheta. Spiritus promptus, caro infirma. Nemo de sua præsumat fortitudine. Vir fugiens denuò pugnabit. Præsumēs, antequam galhus cantet, ter negabit. Fugiens propheta, venit Beerseba, quod interpretatur Fœderis fons, Eidtborn. Nomen hoc fonti inditum erat propter confœderationē Abrahamæ & Abimelech ibi factam, Gene. 21. Illuc cum peruenisset, puerum (quem aiunt filium fuisse viduæ Sarephthanæ, eum nimirum quem à morte resuscitauit, 3. Reg.

*Præsumē-
dū nulli,
quia infir-
mi sumus
omnes.*

17.) comitem itineris ibidem reliquit, vt expeditior effet fugę. Et quidem comes viatoribus pro vehiculo, sed fugientibus tener comes remorę est. Nisi nisi fuisset comes Euryalus, sine negotio hostium se subtraxisset manibus. Vides itaque carnem esse fragilem, præsumptionem esse discriminofam, licere sibi prospicere: Dei esse, nos vel ad martyrium, vel ad siccam mortem eligere.

3. Obserua hic Dominum esse ducem in se confidentibus, Ios. 1. Heb. 13. Hęc propter nos scripta sunt, vt Domino confidere discamus. Perrexit in desertum vnus diei. Ibi sedit subter iuniperum. Petiit que ibi sedens, animę suę vt moreretur. Denique obdormiuit in iuniperina vmbra. Omnia hęc declarant hoc, quod supra textus habet, Timuit autem Helias, &c. Penitus in desertum aufugit, ibi se tutiorem fore sperauit. Petiit animę suę vt moreretur. Idem & Ionam fecisse vides cap. 3. Epicureus aliquis obiiceret propheta illud, Nec mortem metuas nec optes. Sed noster cęlestis pater, ex quo omnis nostra salus est, vult vt carnis infirmitatem agnoscamus, ad eius gratię gloriam prædicandam. Obdormiuit non tam lassus, quàm tristis. Idem contigit discipulis in herito ad montem oliuarum sito, Matth. 26.

*Oratio.
Helie hu
milis.*

4. Dixerat Domino supplicando: Neque enim melior sum patribus meis. Vides humilitatis orationem, non desperationis. Thesbites sum, infacundus homo, nullius æstimationis: quomodò potero ergò huius mundi turbini tanto resistere, cui tot clari patriarchę, reges & prophetę obstare non poterant? Sufficit mihi voluisse. Oratio sic se humilitatis, cęelos penetrat.

*Afflictis
Deus ad-
est.*

5. Domini est terra, Domino conspicua omnia, suorum haud quaquàm obliuiscitur Dominus: consolator afflictorum, nouit ex omni tribulatione eripere Dominus. Helias, solus in solitudine vasta, etiam *ἄσυχος*, sub vmbra iuniperina quiescit extorris, ab omni humano auxilio destitutus & expes. Sed Dominus propè est iis qui tribulato sunt corde, in se confidentibus, se ex toto corde inuocantibus. Quid est homo nisi bulla? Benè ergo agitur cum hominibus hominum præsidio carentibus, & in Dei ministerio permanentibus. mittit enim illis ministros angelos, quos administratorios spiritus ob id

scriptura vocat, propter eos qui hæredes erunt salutis, Psal. 103. Heb. 1. Angelorum substantiæ infinita gloria, de qua ait Psal. 103. Qui creat angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Tales nuncios mittit electis ab huius mundi præsidio derelictis, Psal. 33. & 90.

6. *Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge, comede.* *Egestatē*
Respexit propheta, & ecce ad caput suum subiecerunt panis *nostrā vi-*
& vas aqua. Nouit Deus quibus opus habeamus. Quid dicit angelus excitato? surge, comede. Nouit esurientem & sitientem, nouit lassos pane & aqua refici oportere. Vides quorsum Christus benedictus noster Dominus dixerit: Nolite solliciti esse animæ vestræ quid edatis & bibatis, &c. Dominus pascit esurientes, Psalmus 145. sæpenumerò mirabiliter. Manna pavit populum Israel in deserto, Exod. 16. Deuteron. 8. Apud Euangelistas aliquot millia paucis panibus. Heliam bis, hic per angelum, alibi per coruum 3. Reg. 17. Rectè ergo patrem nostrum illum cœlestem, quotidianum assidue panem rogamus.

7. Præuenit nos Dominus in benedictionibus. Respexit Helias, præter spem reperit panem, qui oprabat mortem. Panis super prunas coctus (vt habet Hebræus) & hydria (quã Septuaginta ca. 17. lecython vocant) posita erant ad caput prophetæ. Quis dubitat esse panem angelorum & calicem frigidæ, de quibus dicitur Psal. 77. & Matt. 10? Vides angelos quoque operibus instare misericordiæ, atque inferuire miseris, congaudere felicitati nostræ, & compati afflictis. Quare ergò idem non faciant beati, in Christo vira defuncti, & in eo iam quiescentes? Surge Helia, ait. Idem dicitur Petro Act. 10. Comedit & bibit Helias, & rursus obdormiuit. Vides carnem esse infirmam, & opus habere consolatione & refectioe continua. Sic etiam discipuli à Christo excitati, rursus præ nimia tristitia obdormierunt identidem. Reuersus est angelus Domini secundo, & tetigit eum, dixitq; illi: Surge, comede: grandis enim tibi restat via. Obseruabis excitatum, & bis refectum. Vides satis superq; reiectum. Edent pauperes & saturabuntur, Dñs dat assatim. De hac refocillatione prophetæ ait S. August. lib. 2. de mirabilib. sac. script. 19. Quos cum Iezabel ab

Caro infirma.

Helia interfectos comperisset, illum de morte propria minantibus verbis prophetam terret. Vnde pergens in terram Iuda querulus Helias, in umbra iuniperi sedens obdormiuit. Quem angelus Domini tangens*, de somno suscitauit: & pane & aqua esurientem saturans, & sitientem refecit. Quo cibo refectus, in eius fortitudine, quadraginta diebus & quadraginta noctibus nil comedens, vsque ad Oreb Dei montem ambulauit: vnde verbi dominici fretus consortio, rursus in terram Israel rediit. De isto vero pane & aqua, angelico officio ministratis, quorum fortitudo † passum famis* labore prophetam quadraginta diebus peruenit, scientibus [viri naturæ] vnde fuit, intelligentiam differendam, pacē* facta, reseruamus. In quo pane cum quasi humanæ industriæ, quod panis coctus sit, operis similitudinem conspiciamus, non terreni panis virtutem, quod vna saturitate quadraginta dierum necessitatem impleuerit, esse intelligimus. Nisi forte angelico opere de quacunque terrena materia factus, in terra degentis animam hominis * passum validiorem hominum pane effecit. Sed hic panis etsi propriam occultando naturam, sollicitum lectorem facit, de quadraginta tamen dierum ieiunio, quomodo illud tempus [propheta] ieiunus pertulerit, securum reddit, dum per vnus virtutem, nullo egens cibo, tanto tempore vixit. Hactenus ille.

8. Obserua porrò Dominum esse ducem suorum. Angelus ait: *Grandis tibi restat via.* quò & quâ iret, non addidit, propterea quod Dominum ducem prophetæ fore non dubitaret. In montem Oreb propheta non temerè peruenit, sed certa præuidencia Dei: quia si nihil in terra sit sine causa, multo minùs tantæ res tantorum mysteriorum temere fieri credendum. Mons Oreb in terra Madian. Sina est, vbi Dominus populo suo legem dedit. Exo. 19. Itè 2. Paral. 5. Non obstat quod terræ orbis exploratores, dicunt duos esse montes, sed admodum vicinos. Qui prope nos est, nobiscum est. Rectè propheta in montem ducitur illum, vbi lex data est. Quid vero monti & legi? Nunquid lex alligata est monti? Vtique. Quî hoc? Tradux nobis legis commendatur: vnitas sensus legis prophetæ petenda est. Qui traduci non responder,

* in sono,

† passum
* laborem
* sancta,

* passum

Dominus
dux suorum

Propheta
in montē,
vbi lex est
data, ducitur.

det, qui vnitatem sensus non sapit, propheta verus esse nequit. Mons Ecclesiam significat, in ea sensus communis requirendus. Cæterum etiam locus ipse propter tam præclara Dei magnalia in eo visa, omni cultu prophético est dignissimus. Prophetæ igitur non sunt, qui monumenta martyrum, in quibus tot Dei gloriæ resplenduerunt miracula, prophanant, & papistici cômerti, immo etiam diaboli ipsius delubra esse blasphemant.

8. Et ecce (sic sequitur in contextu) sermo Domini ad eum. Ecce tibi quare in montem perductus sit Oreb. Hic Dominus prophetam voluit compellere. Sic & Moïsem in monte eodem esse enatus. Quid tu Luterane Meum, nunquid Dominum ego d' capis, quod contra tuam euangelion in eodem monte potius quam alibi cum Moïse & propheta loqui voluit? Nunquid & Spiritus Domini in vtroque fuit delirus, quod non assidua ingurgitatione zythi & pernæ, sed quadraginta dierum & noctium ieiunio in montem sanctum vtrunque duxerit Iouinianistis enim nouis eiusdem meriti sunt ieiunare & saturari. Immo etiam exitiale illis est, quadragesimalè ieiunium Ecclesiæ ritu sanctificare. Diligens scripturarum perscrutator, etiam ex hoc loco argumentum acceperit peregrinationis eius, qua loca sancta à fidelibus visitantur. Luterani nauseant super minutis illis scripturæ, ipsorum euangelio vvicieffistico minus conuenientibus. Hoc in monte conquerebatur Helias synagogam esse desertam, ad Baal omnes conuersos &c. Respondit Dominus superesse adhuc verè pios, perse à tyrannide Achab reseruatos. Deindè iudicium suum in Achab, & de eius stirpe, prophetæ aperuit. Iehu Achabi fore interemptorem & successorem. Obserua non ab re Dominum testes sibi protulisse in monte Tabor Moïsem & Heliam, Lucæ 9. Obserua Dominum trinitatiam electorum suorum in gaudia conuertere solere, Ioan. 16.

10. Summa: sensus præsentis lectionis est, peccatum non esse fugere in persecutione, se temerè morti tradere, plus velle hæreticis obistere. Non mortui laudant Dominum. De fuga Iesu & apostolorum alibi diximus. Fugam Dauidis à facie Saul, Samuel in gloriam

*Propheta
in monte
vbi lex est
data, Do-
minus af-
satur.*

*Peregrina-
tionis, qua
loca san-
cta visitã-
tur, exem-
plum.*

Dauidis diligenter conscripsit. Athanasius fugiens, Arrianos fugauit: Disputabatur olim an etiam in persecutione liceret fugere. Tertullia. negauit, idq; iusto libro. Sed lapsus est. In infirmis Adá vet^{us} hoc igne innouatur.

Iezabel significat hæresion & abusum patronos.

11. Iezabel tanquam serpentine dentes, heu mihi quot foetus protulit: hæreses, schismata, simoniacos, Præbendarum Ecclesiasticarum coaceruatores, & hoc genus abusuum hyperaspistas. Anomia noua dea, hodie totum occupat mundum: populus deæ eius caesor, vocatur Exlex. Quadrat in nostrum seculum hoc Euripidis: ἀνομία ἀνθρώπων κερταί, hoc est, Peccatum legi dominatur, iniquitas legi præualet. Ep[iscopu]s [redacted]

Iezabel interpretatur.

[redacted] Hæresis non dormitat. Vigilanti fauet fors. Iezabel interpretatur habitans infulam. *Venerabilis*. Hæretici non cessant donec omnes sibi subegerint. Factiosi sunt & irrequieti, pseudocatholici supini Endymionis somnium dormiunt. Satis illis Ecclesia est salua, si eorum gloriæ & pompæ nihil aufertur.

Cibus Christianorum dicitur aná-sophagia.

12. Ieiunij sacramentum, abstinentiæ item meritum hoc loco discendum. Nouum euangelium præfert gastrimargiam. Luteranismum probant etiam multi pseudocatholici, ex Ecclesia Sodomam efficientes. vide Ezech. 16. Auspicia Ecclesiæ alia fuere. Iam uiuitur vt comedatur, olim saltem comedebatur vt uiueretur. Maiorum nostratum victum, anácophagian appellare possumus, Germanicè *notspeisz*, hoc est, cibum saltem vitæ sustentationi feruentem. Hac olim athletæ duntaxat conseruabantur, vt essent faciles & apti bello. Vita nostra militia est. athletæ & nos esse debebamus, 1. Cor. 9. Meritò ergò cibo hoc exiguo martiis panibus vteremur.

EIVSDEM IIII. HEBDOMADAE

post Inuocauit, lectio Euang. Matt. XII.

SVMMARIVM.

Dominus & præceptor noster Iesus Christus in æternum benedictus, in hac euangelica lectione obstruit ora mendacissima & blasphema Iudæorú, eorum damnationem ipsis ob oculos ponens, quæ illis ergò contigit, quòd eius verbum non recipere. Par-

uula appendix historica itidem hic habetur, in qua sic evidens, quoniam Christo Iesu proximior sit.

TEXTVS.

Tunc responderunt ei quidam de scribis & pharisæis, dicentes: Magister, volumus à te signum videre. Qui respondens, ait illis: Generatio mala & adultera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Iona proph. t. e. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus & tribus noctibus. Vbi erit Ninivite surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia penitentiam egerunt in predicatione Iona: & ecce plus quam Ionas hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia venit à finibus terre, audire sapientiam Salomonis: & ecce plus quam Salomon hic. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, querens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Revertar in domum meam vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se: & intrantes, habitant ibi: & sunt nouissima hominis illius, peiora prioribus. Sic erit & generatio huic pessima. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris stant, querentes te alloqui. At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quis est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.

EXEGESIS IN THESES DIGESTA.

1. Lectio præfens secundum historiam Iudæos quidem taxat, perstringit tamé & Turcas & Pseudocatholicos. Iudæi & Nolu- impj mi-
erunt credere Iudæi, nisi vidissent signum. Sed a- bundè assiduè signorum fiebant, nihilò minus tamen racolis
ipfi in suo errore perstiterunt. Apostolus ad Corinthi- Christi nō
os ait, signa fieri propter infideles. Profuit apud multos mouetur,
ethnicos signorū exhibitio: paucis Iudæis vsui fuit mi- Anti-
racula vidisse tot & tâta q̄ p̄ cecitatē cordis talia, natu- christi fa-
rā excedentia, portenta neq; viderent, neq; intelligerēt. Et admira-
Vide Apostolū Rom. II. Oculos & aures habebunt ad raturū.
videndum & credendū prestigiosa Antichristi facta. Sic

natura sumus proclives ad malum. De hac vide 2. Thesalon. 2. Matt. 24. Sic etiam admirabantur signa mendacia præstigatorum Apollonij & Apuleij, de qua re consule sanctum Augustinum in Epistolis. Turcæ item rident vera & sacrosancta miracula Christi, apud Evangelistas memoriæ tradita, credentes potius Mahumeticis illusionibus. Sectæ itidem risui habent ea, quæ apud Eusebium, Chrysostomum, Hieronymum, Ambrosium, Augustinum, Gregorium, & apud alios catholicos patres, literis commendata sunt miracula Ecclesiæ catholicæ patrum, maximi facientes quicquid mendacij spiritus portenti apud ipsos facit. Hi omnes vnà cum Iudæis grauissimas Domino Deo pœnas dabunt, nempe tanquam hostes veritatis. Pseudochristiani licet per miracula Ecclesiæ ad dignam pœnitentiam non prouocentur, tamen miracula ea non tribuunt diabolo, remissus ergo damnabuntur.

Iudæi adulterinū genus.

2. Petitum signum à Iudæis, illis negatur non solum, verum etiam acriter propter postulationem eam increpantur. Generatio siquidem adultera, quæ Domino Deo instar adulteræ illudere audeat. Iudæi bona parte Domino Deo semper contrarij sunt inuenti, lubricæ fidei, & perfidi homines. Iudaicum hoc ingenium incusatur etiam Deut. 32. Postularunt signum, non ut fidei firmitatem, sed ut perfidiæ peruersitatem inde confirmarent, calumniandi causa accepta. Solebant enim opera Christi omnia diabolo adscribere. Indigni ergo qui Abraham vocarentur filij. Alibi in scriptura malæ fidei homines tales, vocantur filij Chanaan. Piis, immò sæpenumerò etiam impiis propter pios vltro, non rogatus, Dominus dat signa: quale est illud de Haalma Maria Esa. 7. Iudæis in malitia obduratis similes sunt hæretici, Christi Ecclesiæ hostes: nam & hi simili vesania Ecclesiæ opera inuertunt omnia. Contra hos vide quid dicat scriptura Esaia 57. Ezech 16 2. Pet. 2.

Hæretici adulterinū genus.

Miraculū Iona ex cæto liberati.

3. Dominus (ut diximus) quæ eius est benignitas, sæpenumerò non rogatus, impiis propter pios miracula edit. Sic & hoc loco hostibus derisoribus suis propter nos dat signum. Inseruit illis, immò nobis, scripturam declarando. Omnia scripta sunt ad fidem Christi con-

testandam. Nam & omnes veteris testamenti visiones & oracula Christum præsignant. Exponit ergo illis signū Ionæ, nempe hoc quòd tribus diebus & totidem noctibus fuit in ventre ceti. Sic habent verba signi apud Ionam: *Vaichi tonah be mee i hadag selosa iamim V selosa leloth.* hoc est, Et fuit Ionas in visceribus ceti tres dies & tres noctes, 1. cap. 2. Miraculum sanè maximum, quia maximi miraculi, saluberrimi item portenti, typus & figura. De resurrectionis Christi miraculo & de eius miraculi salutifero mysterio, iam locus dicendi quidem esset, sed tempus non fert, Ionas non solùm Christum, sed & nos in Christo, cuius corpus sumus, omnes significabat. Nec hoc mirum, quoniam & Christus propter peccata nostra mortem subiuit, & in nostram iustificationem resurrexit. Venter balæne, sepulcrum significat. Matthæus sepulcrum vocat cor terræ: quod Hilarius interpretatur, inferiora terræ. Hieronymus & Theophylactus intelligunt ipsum infernum: fortè alludunt ad descensum in infernum Christi, de quo vides apud sanctum Petrum 1. cap. 3. Vide Hieronymum super Ionam cap. 2. Hæc infero propter eos qui negant Christum descendisse ad inferos. Per cor maris significatur infernus, pro quo in euangelio legimus, In corde terræ, ait S. Hieronymus. Anagogicè verò ventrem terræ poteris intelligere de medio tentationum. David etiam cor maris dicit Psalm. 45. iuxta tropum scripturæ Hebraicæ, cuius experientiam habens, statim videbit, quid sibi cor terræ velit.

4. Videns Iesus Iudæorum obstinationem, minuitur illis æternam condemnationem, & eam omnium grauissimam. Ostendit autè condemnationem eam Iudæis scripturæ testimonio, permanens in historia Ionæ de Niniuitis, Ionæ 3. Niniuite ciuitas maxima fuit, quam plerique duodecim milliarium Germanicorum aiunt fuisse longitudine. Tanta ciuitas prædicatione vnus Ionæ tota vnà cum rege respuit, & dignos pœnitentiæ fructus edidit. Confertur Solymis, quæ ciuitas quota pars est, collata Niniue? sed nidus ille angustissimus, tantæ erat pertinaciæ, vt pœnitentiam agere non vellet, tot prædicationibus admonita Iesu Christi filij Dei. Ionas

*Christus
descendit
ad inferos*

*Ninivæ
confertur
Solymis
impari
collatione.*

EXEGE. LECTIO. EVANGÉ.

*Jonas
Christo
qui con-
feratur.*

etiam conferendus Christo per dissimilem multum cō-
parationem. Fuit itaque Jonas filius Amithai, qui flo-
ruit tempore prophetarum Amos & Osee, 4. Regum
14. Obscurus pater Ionæ nihil faciet ad clarissimos
proavos Iesu Christi, Abrahamum & David, Mariam-
que virginem tot oraculis prophetarum denunciata,
tot designatam visionibus. Ad Niniuitas reuertamur.
Sic ait de illis scriptura: *Vaiare ha Elohim eth Maaschem,*
ki subn midarcam ha raa, hoc est, Et respexit Deus opera
eorum, quoniam conuerterunt se à praua via. Hieroso-
lymitani eò peruenerunt malitiæ, iut tandem filium Dei
cruci affigerent. Verbum Ionæ item considerandum. Ad
huc, ait, quadraginta dies, & Niniue subuertetur. cap. 3.

*Jonæ con-
cio qui cō-
feratur e-
uangelio.*

Conferatur & concio ea ad euangelion Iesu Christi, o-
mnium prophetarum oraculis, omnium sanctorum pa-
trum visionibus fulcitum & subnixum, quatenus parua
maximis comparari solent. Iterum vides rectè Iudæo-
rum grauissimum esse iudicium, quòd apud eos tanti
non fuit Euangelion Christi, quanti apud Niniuitas vni
us Ionæ vnicum verbum. Niniuitæ itaque in extremo
iudicio iudicabunt Iudæos, hoc est, ex Niniuitarum re-
sipiscencia condemnabilis apparebit Iudæorum perti-
nacia. Sic & alias fides gentium qualisqualis, perfidiæ Iu-
dæorum præfertur, Matt. 8. Luc. 7. Tyrus quoque & Si-
don, Hierosolymitanis, Corozainis & Bethsaidanis an-
teferuntur Matt. 11. Luc. 10 Denique Sodoma & Go-
morrha dicuntur remissius habituræ iudicium quàm Iu-
dæi. Samaria quoque ad eò non peccauit, atque Iudæa,
Ezechielis 16. Sic Dominus Iesus totum librum Ionæ
propemodum in vnico verbo est complexus,

5. Iudæi nunquàm credidissent, exemplum Ionæ con-
tra se potuisse citari. Sed sapientia Dei astutos in sua a-
stutia nouit deprehendere. Vnde etiam aliud, quod lon-
gè minùs sperabant, contra Iudæos profert condemna-
tionis exemplum. Regina meridionalis plagæ, regionis
nempe Sabæ ad austrum sitæ, audita Salomonis sapien-
tia, magno apparatu, maximisque impensis & laboribus
tam lögum iter ingressa, venit Solymas audire sapientiã
Salomonis. Conferatur à minori Salomon sapientiæ pa-
tris, veritati æternæ: & vmbra corpori collata videbitur.

*Regina
Saba con-
demnat
Iudæos.
Salomon
qui confe-
ratur eter-
næ sapien-
tiæ.*

Nihil enim faciet Salomonis ratiocinatio & ingenium ad plenitudinem diuinitatis eam, quæ inhabitabat in Christo corporaliter. Micam arenæ seu pulueris si contuleris vniuersis gemmis & margaritis, si guttulam aquæ omni contuleris abyſſo, magis aptam collationem feceris, quàm si Salomonem Christo contuleris. Finiti, aiunt, ad infinitum nulla est comparatio. Maxima ergo pœna merito manet eos, qui tantum forera Iesum Christum, tanti non fecerunt, quanti fecit regina Austri regem Salomonem.

6 Vehemens argumentatio, quando sic rhetorizando rem vrgemus exemplis. Diceres demonstratione esse euidentem. Attende Christon sapientiæ fontem. Non sufficit animaduertere, Christum adeo esse sapientem, nisi & resipiscentia & vera pœnitentia sequatur. Nemo illi imponet: apprehendere potest astutos in astutia eorum: iuste iudicabit. Meminerimus itaque nobis hæc esse memoriæ tradita, ad nostram eruditionem & exhortationem. Si iudicium condemnationis Iudæorū, tantum & tale: quantum & quale putabimus & credemus fore nostrum, si exemplo Iudæorum Christo non obtemperauerimus? Quis non videat, nobis in extremo die Lacedæmonios heroas, Socratem, Phocionem, Athenienses Areopagitas, Romanos item Quirites iustitiæ æmulos conferendos? O qualis confusio, ô qualis dolor tunc erit illis, qui vident se virtutibus ciuilibus ab ethnicis superari. O quantus erit eorum numerus pseudochristianorum, qui tunc per tales ethnicos heroas & philosophos condemnabimur. Secuti sunt illi lumen rationis humanæ. Accessit nobis ad lumen hoc, lux cœlestis gratiæ: maximo ergo supplicio digni erimus, nisi ethnicos omnes in omni virtutum genere superauerimus. Surge ergo è graui socordiae somno ô anima Christiana, caue ne tantam negligas salutem, dormitando in mortem secundam. Regiæ Sabæ exemplo, requiramus Dominum dum prope est. Niniuitarū exemplo, obaudiamus præceptori tanto, dum adhuc tempus & locus pœnitentiæ nobis superest. Tempus instat quando operari non licet. Iudex ante ianuam adstat. Beatus, qui dum operandi tempus est, verbum Dei

*Scriptura
Dei timorem
nobis incu-
tit, etiam
Christum
sapientiam
aeternam
declarat.*

audire & custodit. Legat sacerdos antithesin Ionæ & Iesu, Salomonis & Sapientiæ æternæ apud diuinum Hieronymum & Chrysostomum. Scriptura vocat reginam eam, de qua hic agitur nunc, Reginam Saba, iuxta translationem Septuaginta. De Saba vel Seba regione dictum est in Postilla festi Epiphaniæ. Sanctus Matthæus & Lucas vocant reginam austri, hoc est, meridionalis climatis, respectu terræ Palesinæ: Sic eadem regina vocatur *Darom*, quod noton interpretantur: Et reginam meridiei, ratione climatis. Saba gens Arabica, thure abundat. Vide Plinium libro 6 capite 28. De eius terræ fertilitate & opulentia vide quæ scribat Pōponius Mela lib. 3. cap. 8. Item Solinus cap. 36.

Crudelitas Iudeorum vnde 7 Nunc porro Sapientia diuina ænigmaticos adumbrat, vnde Iudæis tanta crudelitas contigerit, vt tantum præceptorem audire non solum recusarint, sed & cruci affixerint. Peccatum peccatum trudit. Deus peccatum peccato punit. Relinquit peccatorem sibi: subtrahendo gratiam ei, diabolo illudendum adiudicat: hinc illæ crudelitates. Exemplum esto Iudas Scarioth, in quem, teste Euangelista Ioanne, post acceptam buccellam diabolus intrauit, cap. 13. De vehementia & sæuitia diaboli, cum sæuiendi potestatem acceperit, vides Iob 1. Iudicum 9. 1. Regum 16. Christus vocat potestatem tenebrarum. Hac potestate irretiti & depressi Iudæi, non poterant neque videre tot & tanta miracula, neque audire, neque intelligere tot & tanta salutaria Christi dogmata.

8 Maximæ omnium vehementiæ est, quod dicit nouissima peiora facta esse prioribus. Simile est quod Apostolus ait de indigne mensæ Dominicæ participantibus: Rei erunt corporis & sanguinis Domini. Qui scit voluntatem domini sui, & non facit eam, pluribus vapulabit. Diabolus nisi nouorum euangelistarum corda penitus possideret, intelligeret solâ fidem nihil profuturâ ipsis tunc cum ad iudicium fuerit, ventû, in quo operum potissimum exigetur ratio. Quid in Ninivitis hic prædicatur, nisi operum pœnitentiæ fructus dignus? Hoc cæci non possunt videre Luterani. Crudelitatem ergo etiam in Luteranis discite diaboli.

Sic erit generationi huic pessima. Cum Soter noster similitudinem ipse ad Iudæos adapter, aliam adaptationem nobis fingere integrum non est. Ipsam ergo percurrāmus. Domus est gens Iudæorum, unde virtus Dei satanam eiecit, postquam gentem eam elegit, se illi manifestavit, legem suam ei credidit, &c. Loca arida, est ethnicorum colluities. Fuerunt tunc ethnici aridri topi, hoc est, loca inaquosa, arida, ubi aqua non est. Aqua baptismatis defuit ethnicis quidem tunc, sed data statim. De hac aqua vide Ioan. 4. Hilarius de baptismo intelligit super Matthæum. Sed quare diabolus non mansit in aridis illis locis? Nouerat flumen vehementissimi fluctus venturum, & esse præforibus. Dicit ergo intra se: Reuertar in domum meam unde exiui. venitq; comitatus septem spiritibus peioribus se, inuenit domum purgatam & ornatam, &c. Audi Luterane Euangelista: Quid prodest esse purgatum atque ornatum? Et dic, oro, quid est esse purgatum & ornatum? Nunquid non bonis operibus, fidei cooperantibus, esse locupletem? Maxime. Fides purificat cor, Circumcisio ornat. Sed *Dompin* vestis nuptialis deerat. Fortis ut mors charitas. Robur *purgatam* illud deerat. Intrauit ergo diabolus, & fidem eam quam *esse & or* in domo offendit, una cum circumcisionis ornatu *natam, nō* partim abstulit, partim prophetauit. Fatentur Iudæi Deum *sufficit.* patrem, sed filium & spiritum sanctum inficiantur. Unde sua culpa amiserunt hoc quod habuerunt: & nouissimum eorum peius est factum priori. Ingressus satanas in domum eam, habitat ibi, *κατοικῆ*: quoniam domum eam, etiam antea habuit, nunc verò septemplici custodia firmavit. Audiant hoc Luterani, & cessent nudam, meram, solamque docere fidem, cum neque fides, neque baptisma, hoc est, purgatio & ornatu, sine pia vita & sanctimonia vitæ religiosa ad iustitiam & ad salutem prosit.

10 Domum eam sic septemplici diabolorum custodia munitam esse, vel indeliquet, quod tam horrendis exudarunt blasphemiiis. Christum dixerunt habere dæmonium, in Beelzebub eicere dæmonia &c. Ex abundantia cordis os loquitur. Quo liquore quodque vas repletum est, eo identidem exundat. Lecythus olei non

EXEGE. LECTIO. EVANG.

omittit, si moueas, aquã. Vides ergò Iudæos diaboli factos habitationẽ, quòd nomen hoc adeo frequenter in ore habuerūt. Taceo hic de sacrilego parricidio. Quid ergo vetet, quo minus ex fructibus Luteranorũ ipsam iudicemus arborẽ? Quis fructus noui euangelij, quam diabole, hoc est, calũnia & blasphemia? &c. Et quod nomen frequentius in ore ipsorum, quàm diaboli nomẽ? In cenobiis fuerunt tales, quales merito Dei iudicium tradidit in hanc vesaniã, vt & in ipsos quadret, Nouissima deteriora.

Monachi exitij, facti sunt eo malis pessimi.

11 Sequitur iã parua historia de virgine gloriosa matre Iesu Christi beatissima. Credibile est, secundu hoc quod Hieronymus monet, insidiatorem malignum beatam virginem cum fratribus Domini aduocasse & adduxisse, vt Christum re ipsa mendacij argueret. Dixit se venisse e cœlo. Fecit se filium Dei. Constituit itaque malignus in conspectu eius matrem, fratres & sorores mediocris (immò minimæ) sortis homines, vt plebeiũ hominem conuinceret. Euangelista Matthæus, cuius iã interpretamur lectionem, ait: Dixit autem quidam: Ecce mater tua & fratres tui, &c. Marcus quoque idem dicit. Lucas cap. 8. dicit: Nunciatum est illi. Apparet in sultatorie primò per vnum, & statim per multos conclamatum, Ecce mater tua &c. Sensus est, ex contemptu malignum aliquem Christo charissimam suam matrem & fratres exhibuisse, vt plebeium hominem ipsum esse, euidenti argumento declararet.

Hæretici gloria matris virginis derogant.

12 Noui hodie insidiatores sese gloria beatissimæ virginis opponunt, locum hunc torquentes, quasi Christus in æternum benedictus, inter beatissimam virginem matrem suam dilectissimam, & inter fidelem quem libet, nihil discriminis habeat: vt constituatur euangelion nouum, opera bona iuxta atque peccata, esse paria: meriti vocabulum esse vanum, &c. Parum abest hæresis nostratium à Marcionis, Manis, & ab aliorum hæreticorum blasphemis, quibus Christum verum hominem esse negant. Nam si matrem suam veram affectu filiali non est profecutus, & iuxta legem de honorandis parentibus, non coluit, idem est quasi matrem suam esse inficias iuerit. Consentiant sibi noui & prisca hæretici.

Hi enim præsentē locū & huic similes, pro suo errore statuendo multis asperginibus suarū blasphemiarū cōtaminarunt. Idē faciunt & illi. Vnde hodie ex præcelsa Domina Rhoden puellam efficere conantur. Hic Ecclesie patres, quos alias homines vocāt, & eorū testimoniis nihil tribuūt, adducunt Tertulianū, Origenē, Chryso- stomū, Theophylactū &c. tanquam buprestis ex patrū eorū piis scriptis, haud secus atque ex Bibliorū faciūt li- tera, venenū exuentes. Quare hic non clamāt contem- ptose, Verbū Domini, Verbū Domini, Euangelion, Euā- gelion? &c. Est enim verbū spiritus sancti & verū euan- gelion, Beatam me dicent omnes generationes, Beata vbera quæ suxisti, Benedicta tu in mulieribus &c. Et quo odio excæcati, nō vident maximum Mariæ virgi- nis meritum & gloriā, quam Matthæus & Lucas ef- fusis habenis celebrant. Quo liuore non vident, quare Christi cruci adstiterit, & quid Christus è cruce matri sibi charissimæ dixerit? Et quomodo non attendunt quare eius nomen potissimum celebret Lucas Actu. i. vbi ait, Perseuerabant vnanimiter in deprecatione & obsecratione cum mulieribus & Maria matre Iesu, cūque fratribus illius? Lyncei sunt & argo oculatio- res Ioan. 2, vbi Saluator ait, Quid mihi & tibi mulier? In locis vero præmissis talpa sunt magis cæci. Dixerat Christus, quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quod in iis quæ patris mei sunt, me esse oportuit? Scili- cet hoc dixit, vt matris officium reprehenderet, & vt dolorem cordis materni rideret. Scilicet matrem ar- guit, quod obliuioni tradiderit, ex spiritu sancto se concepisse, & verum Deum & hominem esse enixam. Ignauam & omnium Dei sacramentorum ignaram, secundam nouos euangelistas, Christus Mariam, nescio quam mulierem atque ancillam vilem repræ- hendit. Hallucinatur, immò etiam mentitur E- uangelista, qui identidem ait, Mariam omnia quæ vndique de Christo ex pastoribus, Simeone & An- na, & quæ ex ipsius filij ore audiuit, in cor suum contulisse. Nos simplici verbo nihil adlaboramus. Credimus Euangelistæ. Verbum adoramus Domini. Sic habet textus Luc. 1. & 2. Mater eius conseruabat

omnia verba hæc in corde suo. Haudquaquam ergo nobis persuadere sustinemus, Matrem filium suum in cœlestis patris negociis intentum, vnquam temerè & humano affectu interpellasse.

*Sancti oēs
toti semper
fuerunt in
laude Mariae.*

13. Quòd si hæretici ex patrum Ecclesiæ monumentis contrarium conficiunt, quare non etiam ex iisdem contraria suæ opinioni colligunt? Nemo omnium, qui non Mariam summo encomio prædicarit. Quis Mariæ cultui & honori detraxerit, ex Ecclesiasticis est nemo. In eius laude asserenda toti fuerunt omnes. Dicit ergò Tertullianus: Crediderat Heua serpenti, credidit Maria Gabrieli: Quod illa credendo deliquit, hæc credendo deluit. Iterùm idem, Beatus fructus vteri tui. Quis hic fructus vteri, qui non ex vtero genuit, qui non in vtero radicem egit? Iterùm idem ibidem: Si ex lumbis David, quanto magis ex lumbis Mariæ. ob quam in lumbis David? Hæretici citiùs Abrahæ & David honorem deferent, quàm Mariæ: id verò odio Papistarum. Cantant Papistæ Mariam virginem omni laude dignissimam. Ad Antichristicam eam cantionem extirpandam, extollendus Abraham & David, suppressenda Maria. Non audiendus Origenes, qui ait principium nostræ salutis venisse ex mulieribus. Ibi etiam exponit Mariæ canticum, Magnificat anima mea Dominum, vocans canticum hoc Mariæ vaticinium. In canticum istoc tapinosio pro virtute accipit Homil. 8. super Lucam. Idem homil. 6. Mariam assidue prophetarum oracula perlegisse affirmat. Hoc ipsum Ambrosius fufius declarat. Nunquid non ad laudem Mariæ ter maximam facit hoc Origenis Homil. 1. in diuersos, vbi Mariam vocat rubum non combustum? Et quare Heluidianistæ nostrates non obseruât in Chrysofostomo homil. 45. super Matth. dici, Christum matris suæ gloriose nunquam puduisse neque se eius filium natum negasse? Idem quoque ait Hieronymus vbi suprâ. Ambrosius quoque hic ait: Matrem suam hic non negat, quam vel è cruce honestat atque agnoscit. Hoc autem Ambrosium etiam dixit Chrysofostomus cum Hilario: cuius verba sunt: Non fastidiosè de matre sua sensisse existimandus, cum ipsi in passione positus, maximæ sollicitudinis tribuerit affectum. Hæc ille. Chrysofostomus

quoque verba euangelistæ probè discutit & examinat. Ait enim: Christus non respondet nuncianti sibi matrem adesse: Vade, & dic mulieri, eam matrem meam non esse. Chrysostomus matrem Christi hic vocat virginem sanctissimam, beatissimam omnibus prædicandam. Importunitatem præsentis loci fratribus Domini adscribit, de quibus etiam Ioan. ait ca. 7. Fratres eius necdùm crediderunt in eum. Contribules, in lege fratres vocari solitos, alibi docuimus. Sanctus Hieronymus ostendit errare eos, qui dicant fratres Domini vocatos eos, quos Ioseph ante Mariam ex alia vxore susceperit. Commentum hoc referunt acceptum mulierculæ Eschæ. Hæretici mulierculæ eius nenias præferunt Hieronymo, qui contra Heluidium affirmat, fratrum horum matrem fuisse materteram Christi.

14. Mariæ virginis apathiam non video quare pluribus defendam. Sanctorum patrum de ea eulogium duntaxat proferamus vnum atque alterum. S. Ambrosius ingenuè ait, Corpus Mariæ plenum esse gratiæ, lib. 1. de spiritu sancto. Hieronymus ad Eustochium, plenam gratiæ Mariam appellat. Idem ad principiam ait: Sancta Maria, quia conceperat eum, in quo omnis plenitudo deitatis habitat corporaliter, plena gratia salutatur. Hæc Hieronymus. Item Ambrosius officiorum lib. 1. cap. 18. Digna Maria, quæ ad tale munus eligeretur, quòd in cubiculo, quòd sola, quòd salutata ab angelo tacet. Lege reliqua. Item idem in libro de Virginitate dicit Mariam extitisse dignam, ex qua filius Dei nasceretur. Idem in eodem. Per virginem, ait, venit: & mulieris lapsus, partu virginis soluit. Idem de institut. virginis: Veni ergo Eua, iam Maria, Item, non de terra vtiq; , sed de cælo vas sibi hoc, per quòd descenderet, Christus elegit, & sacrauit templum pudoris. Per vnam descendit, sed multos vocauit. Iterùm idem: Egregia Maria quæ signum sanctæ virginitaris extulit. Ibidem cap. 7. Quæ est, ait, hæc porta, nisi Maria, ideo clausa, quia virgo? Porta igitur Maria, per quam Christus intrauit in hunc mundum, quando virginali fusus est partu, & genitalia virginitaris claustra non soluit, &c. Item cap. 8. Et hortus clausus virginitas, & fons signatus virginitas. Item cap. 12. Aula

*Eulogia
S. Patru
de virgine
gloriosa.*

EXEGE. LECTIO. EVANG.

regalis est virgo, &c. Est & olla vterus Mariæ, qui spiritu feruenti, qui superuenit in eam, repleuit orbem terrarum, cum peperit saluatorem. Et capi. 13. O diuitias Marianæ virginittatis. Item ca. 16. Beatus Mariæ vterus, qui tantum Dominum coronauit, quando formauit, coronauit eum, quando generauit. Ibidem: Quod erat carnis, assumptum ex virgine, atque in illa nouissimi Adam, immaculati hominis membra formauit. Item lib. de incarnationis dominicæ sacramento cap. 9. Partus virginis non naturam mutauit, sed generandi usum nouauit, denique caro de carne nata est. Habuit ergo de suo virgo, quod traderet. Non enim alienum dedit mater, sed proprium è suis visceribus contulit inusitato modo, sed usitato munere, &c. August. quoque de B. virgine ait in li. de sancta virginitate: Beatior Maria percipiendo fidem Christi, quam concipiendo carnem Christi, cap. 3. Mox, Materna ait, propinquitas nihil Mariæ profuisset, nisi felicius Christum corde, quam carne gestasset. Et ca. 6. Sola Maria & spiritu & corpore, & mater & virgo, & mater Christi & virgo Christi. Item idem li. 1. de doctrina Christiana: Corrupto animo fœminæ, ingressus est morbus: integro fœminæ corpore processit salus, ca. 14. In laudem virginis gloriosæ, item Hierony. ad Celantiam: Quid in fœminis B. Maria illustrius, quæ sponsa fabri describitur? paulò infra: Hæc sponsa fabri, meruit esse mater illius, à quo ipse clauis datæ sunt. Idem ad Eustochium: Propono tibi beatam Mariam, quæ tantæ exitit puritatis, vt mater Domini esse mereretur. Iterùm Hieronymus appellat Mariam templum Domini corporis. Item sacri ventris hospitium. Item adhuc S. Hieronymus in apologia contra Iouinianum, vocat hortum conclusum, fontem signatum. Item iterùm idem de Maria ait: Hæc est porta orientalis semper clausa & lucida, ab Ezechiele visa. Idem Hieronymus libr. 2. dial. contra Pelag. Solus Christus claustra vuluæ virginis aperuit, quæ tamen clausa iugiter permanserunt. Hæc est porta Orientalis clausa, per quam solus pontifex ingreditur & egreditur, & nihilo minùs semper clausa est. Cyprianus in symbolo apostolorum, facit & ipse Ezechielis eam portam Ezech. 44. Laudem Mariæ virginis vide apud

eundem in sermone de natiuitate Christi, vbi inter alia sic ait: Eratque ei proprium priuilegium, quod nulla mulierum nec ante nec deinceps meruit obtinere, † quæ esset simul mater & virgo. Hæc de laude beatissimæ virginis Mariæ breuitatis gratia sufficiant. De hac re vide nostrum Hagiologium & Catechismum, vbi angelica salutatio exponitur. Item farraginum libellum, ex sanctis patribus corrasum, in gloriosæ virginis laudem. Laudamus, quia eius intercessionem flagitamus, nostram infirmitatem & indignitatem agnoscentes. Lutherani catharis mundiores, illuminati & digni, nulla beatorum intercessionem indigni, si nos rideant, suo hoc more faciunt, illusores & irrisores etiam diuorum.

† quod erat

15. Quod vero Dominus Iesus hic acerbè respondit illis qui dixerunt, Ecce mater tua, &c. erudit nos, se personarum admiratorem non esse, sed magis respicere virtutem, quam natales: cœlestia se terrestribus præferre, spiritum carni præstare: carnis curam non habendam, sed eam spiritui subdendam. Hæc & hoc genus alia, Christi responsio vult vehemens, quorum nihil faciunt aut curant; carnalissimi aulici adulescentes Lutherani. Erant in tēpore illo in carne & sanguine multum gloriantes. malum hoc etiam apostolis post Christi ascensionem multum exhibuit negocij. Hoc ipsum præuidens Christus, non in charissimæ & dignissimæ matris contemptum, sed in erroris eius confutationem, æmulis impiis suis duriter respondit. Propter pessimos eos pharisæos qui diuinitati suæ nunquam non detraxerūt, mouet querellionem apud Matth. 22. dicens: Quid vobis videtur de Christo: cuius filius est? Respondētibus illis, Dauid: ostēdit ex verbis Dauidis, Psal. 109. se non Dauidis, sed Dei filium: non quod sanguinem atque adeo filium se Dauidis negaret, aut Dauidis puderet, sed vt gloriam diuinitatis suæ illustraret. Et quemadmodum ibi se Dei filium declarat, non in Dauidis contemptum, ita etiam hic non dicit pios quoscuq; fratres suos, in matris & proximorum fastidiū, sed in virtutū & gloriæ Dei assertionē. Nō negamus parū apparere & esse, quod verbū ex Abrahamā, Dauide & Maria assumpsit, respectu eius quod verbum erat: sed rursus hoc ipsum q̄ assumpsit, per se, & per

Christus
quæ nō
nunquam
se ita ex-
hibuerit,
quasi ma-
trem non
agnosceret

sacramentum humanitatis & diuinitatis vnionis ineffabile, infinitum est atque immensum. Christus (vt Hilarius ait) quoties aliquid in virtute paternæ maiestatis facit aut dicit, carnem & sanguinem non agnoscit. Nos quoque inde accipiamus documentum, ne nos à diuino cultu huius mundi potestatem sinamus abstrahere: Per calcatum denique patrem, ad perfectiorem ascēdendum religionem.

16. Hic profundioris scripturæ discussione opus est, & animi intentione maiori. Scripturam si scriptura illucidare volumus, agē afferamus huc illud Moïsis Deuter. 33. Perfectio tua & doctrina tua à viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & iudicasti ad aquas contradictionis. Qui dixit patri suo & matri suæ, Nescio vos: & fratribus suis, Igno-ro illos: & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua ô Iacob, & legem tuam o Israel. Adaptanda & huc loca Mat. 10. Mar. 8. Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem & matrem suam, non est me dignus, &c. Apostatis perfidis, qui à professione religionis perfectioris sancta desciscunt, verbum hoc Dei non sapit. tropum hic quærent, alibi in sola litera scripturæ perpetuò inhærentes. Fatemur nos parentes summo honore afficiendos, Exo. 22. Mat. 15. Ephe. 6. sed post Deum. Sic etiam Christus paterna mysteria maternis affectibus prætulit, vt Ambrosius hic ait. Scitum quoque est quod Hilarius dicit, hoc loco discendum propinquitatum omnium ius & nomen iam non de cognatione nascendi, sed Ecclesiæ communionē retinendum esse.

Mariæ virgo omni laude dignissima. 17. Eccē, ait, mater mea & fratres mei, &c. Proten-sa manu, hæc dixit, in discipulos. Sed illuminate frater, & idem euangelista quintus, cedò, num exclusit hic matrem. Protendit manum in discipulos: nunquid ergo non possunt fieri propinqui Christo, Dei mandatorum custodientes & obseruantes mulieres? Posse textus arguit, qui fororum & matris nomen, iuxta atque patris atque fratrum nomen, continet. Sed quid vsquam mihi sanctius & religiosius poteris dare, inter puros atque meros mortales, quàm Mariam virginem, cui etiam Pelagius nullam maculam audet adscribere, & quam Mahomet

met omnium sanctissimam fatetur? Quare ergò non prædicas hic etiam cum aliis legis obseruatoribus Mariam? Qui fecerit voluntatem, ait. Et hic tropicos dictum est, fecerit voluntatem, pro, duntaxat crediderit. Sic neque discipuli neque discipulæ Domino erunt propinquiores legem Dei factis præstantes. Vide infelix Luteraue, in quibus syrtibus agas naufragia. Luc. 8. ait Christus: Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Sed nunquid non Maria verbum Dei cordi suo commisit Lucæ 1. & 2. Quare ergo non vides cæce illuminate, Mariam omni laude dignissimam? Digni laude, audientes & custodientes verbum Dei. Digni item laude, hoc quod lex præscribit facientes. Digni, quia fratres & sorores Domini. Dignissima omnium beatissima virgo, quæ verbum Dei ardentius cæteris audiuit, quæ accuratius custodiuit & quæ plus cæteris omnibus laborauit, & quæ supra hæc omnia, etiam vera mater veri saluatoris nostri Iesu Christi. Mater & propinqua carne, mater & propinqua spiritu. Nihil horum animaduertunt Luterani, in Mariæ & omnium beatorum laudem muti, in suam verò iactantiam super fidem garuli. Non Tatianus, non Montanus, non Nouatus, immò nec ipsa superbia, in laude sua prædicanda adeò poterit esse effrons, atque sunt sanctuli noui illuminati.

18. illuminatis nostratibus inferuendo verbis præfentibus, Quisquis enim fecerit voluntatem patris mei, qui est in cælis, ipse meus frater & soror & mater est: conferamus hoc quod est apud Lucam capite 8. Mater mea & fratres mei hi sunt, qui sermonem Dei audiunt, & faciunt illum. Conficimus ex tanta scripturæ concordantia, non sufficere solam fidem. Nouimus in quos mæandros coluber hic sese conuertat, elabi volens. Adducit hic Luteranus hoc Ioan. 6. Opus Dei esse, credere in eum quem Deus pater misit. Fatemur nos fidem esse opus Dei. Sed nisi huic Dei operi nostra accedant opera, quæ & idem Deus in nobis operatur, fidem solam non saluare, iuxta scripturam Matt. 7. Lucæ 12. Ioan. 9. Rom. 12. Ephes. 5. & 6. 7. Thess. 5. 1. Petri 2. 1. Ioan. 2. Hebr. 10. &c. Vides in locis iam citatis solam fidem neque iustificare, neque saluare. Vtrūque est opus Dei,

Fides sola non iustificat, nec saluat.

EXEGE. LECTIO. EPISTO.

fides puta & opus bonum. sed illud propter hoc datur: unde hoc nisi accesserit, illud nequicquam acceperis. Sic conficimus ex hisce locis duobus, presenti nimirum, & ex eo quod est apud Lucam 8. iustificare & saluare, fratres, sorores, matrem, hoc est, propinquos & cohæredes Christi facere, Verbum Dei audire & facere. Non puto Luteranum aliquem, fratrem, sororem & matrem Christi, per auditum & executionem verbi factum, iniustum condemnare & salute æterna defraudare posse. De fraternitate hac plura habes Matth. 28. Roma. 8. Heb. 12. P sal. 21.

FERIA V. HEBDOMADAE POST
inuocauit, lectio Epistolica
Ezechiel. XVIII.

SUMMARIUM.

Dominus Deus, quæ eius est iustitia, non sustinet ut dicatur in eius iudicium, alios pro aliorum facinoribus plecti, iuxta hoc ethnici: Quicquid delirant Graij, plectuntur Achiui. Sed sic diuinæ visum est iustitiæ, ut dicatur: Vnusquisque onus suum portabit. Ad hanc sententiã etiam hodie dicitur, Neminem pro alio quouis damnari. Postremò etiam hic opera iustificatoria enumerantur parte aliqua, ut ex illis reliqua quifque colligere possit, & omnibus certum fiat, solam fidẽ haudquaquam iustificare.

TEXTVS.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud in terra Israel, dicentes: Patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt? Vno ego, dicit Dominus Deus, si erit vltra vobis parabola hæc in proverbium in Israel. Ecce omnes anime meæ sunt: Vt anima patris, ita & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiam, in montibus non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, & uxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruatam non accesserit, & hominem non contristauerit, pignus debitori reddiderit, per vinum nihil rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento, ad usuram non commodauerit, & amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit animam suam, & iudicium ve-

*rum fecerit inter virum & virum, & in præceptis meis ambula-
uerit, & iudicia mea custodierit, ut faciat veritatem: hic iustus
est, vita viuet: ait Dominus Deus.*

EXEGESIS IN THESES
digesta.

Prouerbia & fabulas vanas, stultas & impias hic vi- *Turpilo-*
demus omnes tanquàm exiriosas, condemnandas & *quentia o-*
abolendas. Apostolus vrbauitatem non vult esse in *mnis fo-*
rer Christianos: multo mirùs feret turpiloquium & blas- *gienda.*
phemias, Adagium præsens videbatur natum ex scri-
ptura Exod. 20. sed sensui pugnat diuino. Debent er-
gò etiã aboleri huiusmodi gnomæ omnes, sensui ca-
tholico pugnantes. *Mafal* præsens indignabundus dam-
nauit: quomodò ergò feret paradoxa hæreticorum &
turpissima dicta pseudochristianorum?

2. Parabola erat: *Patres comederunt vnam acerbam, & de* *Culpa sua*
tes filiorum obstupescunt. Sensus est, Deum parentum cul- *quisque*
pas plectere in filiis. Ex hac parabola impij Deum ini- *perit, qui*
quitatis insimulare fuerunt ausi. Contra blasphemiam *perit.*
hanc propheta hic verbo Domini seueriter intonat. I-
dem facit Hieremias contra eandem calumniam, capite
31. Non confirmat hanc blasphemiam, quòd Exod. 20.
& Deut. 5. dicitur iniquitatem patrum in tertix & quar-
tæ generationis nepotibus puniri. Moises enim addit,
odio habentium me. Hoc dicto (ait Hieronymus) sol-
uitur comminationis scandalum. Punit peccatum paren-
tum in filiis Dei contemnentibus, hoc est, in filiis paren-
tum impiorum vestigia sequentibus. Odio habentium
me, ait Dominus. Odit Dominum qui lege eius non af-
ficitur: hos meritò condemnat, non solum parentum,
sed potissimum sua ipsorum culpa. Pater Ezechix
Achaz impius? Deo pœnam dedit: filius verò pius,
eandem effugit. Aliud est de Sodomitis, de Aegypti. *Infantes*
is &c. Solet Deus etiam aliquando in furore suo son- *aliquando*
tem non solum, sed & infontem vnà perdere. Sed *cum fontis*
dissimili iudicio. Nam tamen propter peccatum pri- *bus plectit*
morum parentum etiam meritò puniat filios, alia e- *tur, sed nõ*
rit condemnatio eorum qui suapte culpa condemnan- *generalis*
tur, & eorum qui duntaxat propter originis peccatum *Dei iudi-*
non saluantur. In ecclesia quoque videmus innocentes *cio.*

EXEGE. LECTIO. EPIST.

vnà cùm nocentibus perire, maximè verò hoc fit in bel-
lis, vnde extat prouerbiũ Germanicum: *VVen sich die
Fürsten reuffen vrollen somussen arme leut die hardarthun.*
Hoc est, quoties Principes alij alios inter se criminibus su-
blimes rapere intendunt, plebs crimes apponere cogi-
tur. Iræ Dei hoc est singulare & rarum iudicium, & nõ
generale. Iustis & innocentibus sic in innocentia sua
pereuntibus, æquitas Dei aliquid retribuere potest,
quod ipsi pii homines nolint huius vitæ munere & hu-
ius mundi pace mutare. Tyrannis quoque pœnam po-
test geminare, vtròque iustus. Vnde neque hic casus
impiorum parabolam potest confirmare. Est etiam ali-
ud, quod puerum Dauidis & Bethsabeæ acerba morte
abstulit Deus, 2. Reg. 12. Specialia Dei hæc iudicia, le-
gem communem non tollunt: nempe eam, Dominum
interrogare iustum & impium, iustitiam diligere, Psal.
9. Dominum iustum concidere ceruicem peccatorum,
Psal. 128. Recordare, ait Iob 4. quis innocens vnquam
perit? aut quando recti deleti sunt? Rex Hieroboam pri-
mus idololatriam induxit in Israel, Manasses eandem au-
xit: sed neminem Deus alterius horum culpa damnauit.
Damnauit verò omnes, qui in vtriusque impietatem
consenserunt. Qui tyrannorũ insanix vel capitis sui pe-
riculo restiterunt, illis furor regum maximè meriti fuit
ansa: tantum abfuit vt eos condemnaret. Sic peccatum
filiis non obest, nisi patrizantibus. Hoc est quod hic si-
bi verbum diui vult Hieronymi: Hæreditarium malum
& impietas in ramos de radice crescens. Ceterum & lex
vult, ne parentum culpas soluant filij, Deut. 24. Ergò e-
tiam rex Amasias pepercit pueris eorum, qui patri suo
manus intulerunt, 2. Paral. 25. Sophistæ plerique hic a-
cutè disputantes, negotium magis obfcurant, non ex-
pediunt.

*Anima
quæ pecca-
uerit, ipsa
moriètur,
prouerbiũ
ist verum,*

3. *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur,* ait. Hæc est certa
sententia. Hoc probandum prouerbiũ, & omnia quæ
eius sunt generis, sana & diuina. Cætera obliteranda &
damnanda ad vnum omnia. Originem & fontem videam-
us hebraicum: *Ha Nophes ba Hoteth, hi Thamuth.* Tota
virtus sententiæ sita est in pronomine *hi* siue ipsa. Sensus
est, Ea ipsa anima siue persona quæ peccauerit, morte

puniatur. Non refert, hoc fiat corporaliter seu spiritua-
liter, siue corporaliter & spiritualiter vnà. Facit huc il-
lud Dauidis Psal. 118. Iustus es, Domine, & rectum iudi-
cium tuum. Et nisi iustus esset Dominus, quomodo mū-
dum iudicauerit, vt ait Apostolus? Domini est terra.
Nos omnes oues pascuæ eius. Domini ergo est iudica-
re omnes. Pastoris est segregare oues ab ouibus. Hiere-
mias ait: Vnusquisque in suo peccato morietur, idem est
sensus. In suo peccato, & non in alterius. Postremò om-
nium hunc locum claudens, ait: Vita viuet, scilicet iu-
stus. Rectè sequitur hoc ad id quod dixerat, ipsa morie-
tur. Vt vita perpetua morti, & mors vitæ opponatur.

4. Iustis promittit vitam, iniustis mortem commina-
tur: restat ergò hoc, vt quis iustus sit aut iniustus, crassa
(ne quis dubitet) Minerua indicet. Incisa hæc, quibus
iniustitiæ & iustitiæ rationem complectitur, Hierony-
mus decem & septem esse ait. Norunt theologi quate-
nùs lex sit antiquata. Nihil hic de cæremoniis agitur: de
moralibus aut iustificabimur, aut condemnabimur. Nā
& vita promittitur legem Dei obseruantibus, Marc. 10
Non dicimus legem incredulos seruare, sed fidem ope-
rum bonorum ponimus fundamētum. Ad prophetam:
Vir, ait, si iustus fuerit, hoc est, qui rectè iudicat, iustiti-
am amat, aded vt cum seruo etiam suo iudicium subire
non cunctetur. Euangelista vocat sitim & esuriam iusti-
tiæ. Secundum sequitur, nempe hoc: Et fecerit iudicium
& iustitiam. Facit iustitiam & iudicium, qui in iustifica-
tionibus Dōmini ambulat siue versatur: irrepræhensi-
bilis, quales Lucas describit Zachariam & Elizabeth
cap. 1. Scriptura sacra ferè iudicium & iustitiam copu-
lat, vt vtrunque diligatur, & opere præstetur, 2. Reg. 8.
Psalm. 98. Esa. 56. Hierem. 22. Qui facit iustitiā, (ait Io-
annes 1. cap. 3.) est iustus. Quid verò est facere iustitiam,
inquis? Audi prophetam, immò audi ipsum Deum, Sub-
iicit tibi propheta nunc porrò species, vt hoc quod iam
in genere dixit, explicet. Prophetæ igitur ô homo aures
accommoda, ab anilibus neniis hæreticorum eas auer-
te. Enarrabit atque recensabit tibi propheta tam quæ a-
gas, quàm quæ omittas: vt inde iudicet Deus & dicat;
z. adk hu, hoc est, Hic est iustus. Præcepta aut sunt ne-

*Iustus
quis sit,
& quis in-
iustus, cras-
sa Miner-
ua prophe-
ta indicat.*

EXEGETICA LECTIO. EPISTOLA.

gatiua, aut affirmatiua: illorum sunt octo, horum novem, adnumeratis duobus illis, quæ iam expediuimus. Facere iudicium, genus est: ad speciem referenda cetera quæ sequuntur omnia.

5. Qui in montibus non comederit. Idololatria hic in hibetur. Idololatria tunc potissimum in montibus patrabatur. Fuit potissimum sita in sacrificiis, quæ Apostolus vocat idolothyta, hoc est, idolis sacrificata. De idolothyta qui sumebant, idololatriæ communicabant. Ergo omne commercium cum idololatriis, prohibetur fidelibus Esa. 52. 2. Corint. 6. Montes in quibus idololatria fiebat, in libris Regum & Paralipomenon vocantur excelsa. Hieronymus dicit quadrare in hæreticos, qui humiliter non sentiunt, (vt ipse ait) qui ecclesiasticam despiciunt simplicitatem. Verè excelsa petunt hæretici, qui supra sensum communem exotica proferrunt dogmata omnibus adoranda. Albimontani hoc nostris diebus factitant, scholasticam theologiam sub nomine Papæ vnâ cum sacramentis Ecclesiæ & salutaribus disciplinis funditus euertentes, & omnes tantum facinus non approbantes, tanquam ipsum Antichristum explodentes. Idola scriptura vocat Hebraicè *Gilulim*, Ezech. 14 36. Hier. 50. 3. Reg. 15. Possumus reddere idola stercorearia, Stercutios. Septuaginta Cogitationes inde efficiunt. Vndè etiam sanctus Hieronymus hæreticos notat, quod eorum cogitationes, hoc est, opiniones, tanquam ipsa veritas atque adeò ipse Deus, adorentur. Vndè hodie rectè dicitur. Illius sectæ deus est Luterus, huius Carolstadius, illius Monetarius &c. *Gilulim* siue stercutij hi, in maximū fœtorè toti Germaniæ abibūt. Qui sapit ergo, oculos suos in mōtes, quæ Ecclesiæ patres sunt, erigat, vndè sal^o venit, P sal. 120. Ad ipsū Deū Ps. 122. Nō oculos modò, sed & animā & man^o, Ps. 24. 62. Sequitur, & uxorem proximi sui non violauerit. Hoc pertinet ad secundam tabulam, præcedentia ad primam. Hodie egregiè disputatur de sola fide, interim emergunt omnia vitiorum genera. Lusus hodiè est merchia. Quadrat in nostra tēpora, Terra plena est adulteris. Vt tum est ad vxores. Deprehensus in adulterio, dicat uxorem esse suam, & habebit laudè ex culpa. Vbi leges: vbi

Hæretici idololatriæ in excelsis sacrificantes.

Hæreticorum cogitationes & stercorearia adorantur.

Adulterij culpa, iniustitia oporitur.

iudicia? vbi fas? vbi æquitas? Protestationes, confæderationes, exoticæ opinionones, controuersiæ & calumniarum genus innumerum, omnem iustitiam & æquitatem abolent. Quanto magis sola fides prædicatur, tanto magis ipsa fides periclitatur. sic quanto monachi & sanctimoniales ducturiunt & nupturiunt frequentius, tanto magis sacramentum aboletur conubij, & inolefcit omne adulterij genus. Nihil est quod de adulterij dicam pœna, quoniam hodie factum est gloria. Si quis de ea aliquid scire cupiat, consulat Moisen Deut. 22. Leges tabularum aiunt: Mœchum in adulterio deprensus necato. Et hoc de furto, de quo & Ezechiel: Furem qui in manifesto furto præhensus fuerit, si furtum aut noctu faciat, aut interdiu, † cùm depræhenderetur, se telo defendat, occidito. Quod infero propter potentes præhensiones, qui etiam plerunque mœchi esse solent. Sequitur: Et ad mulierem menstruatam non accesserit. Hic effrenis libido coniugum inhibetur. Hieronymus citat contra petulantiam eam Pythagoricum Xystum qui ait: Adulter est, propriæ vxoris amator vehementior. Ostendit ibidem ex ratione physica, ex tali cõcubitu nasci proles, lepræ & hoc genus morbis obnoxias, Hodie ad tertium quodque verbum Paulum crepamus: sed nihil minus facimus, quàm vt secundum Pauli præscripta viuamus. Pauli verba sunt: ἦν ἀχαλῶντι τῆ νυκτὶ καὶ τῆ πρωῒ μαχῆ, 1. Corint. 7. Et Salomon: Tépūs item est submoueri à complexu. Menstruatas Hebræi vocant *Nidda*, propterea quòd separatæ esse debeant à viro, vsque ad purgationé, Ezech. 36. Heb. 9. Enixæ item, in tempore puerperij iuxta legem definiti, sequæstratæ esse debent. Septuaginta itaque hîc legunt, ἐν ἀφιδρω, hoc est, in puerperio. Vide Leuit. 18. Sed nouum euangelion neque sex, neque vnam obseruat hebdomadam castimonix deputatam: quoniam neque orationis & ieiunij tempore ab amplexibus abstinent, quoniam illuminatis maioris meriti est mulierem inire, quàm non tangere. Collige hic ex adulterij & libidinis facinoribus, continèntiam & castimonix studium ad iustificationem peruenire.

EXEGE. LECTIO. EPISTO.

*Calliditas
& violentia
in iustitia
laetatur.*

7 *Et hominem non contristauerit.* Hic prohibetur omne genus calumniae & violentiae. *Lo. Ione*, ait propheta: quod verbum etiam in eodem significato accipitur Hiere. 22. & 25. Ionas eiusmodi quotidie perferimus. Sunt autem violenti quicumque tyranni, qui miseram plebem tanquam gramen pedibus proculcant. Septuaginta legunt, *καταδυνασιστον*, hoc est, vim inferre & tyrannizare. Nullum violentum perpetuum. Brevis vitae omnis potentatus. Plebem suppressam Dominus respicit, & eius vocem exaudit. Et tu gloriose princeps, quid es nisi homo plenus pituitis, felle, stercoribus, & post paululum vermibus exarandus? Quid ergo contristas proximum tuum impotentior te coram hoc mundo, sed potentior coram angelis caeli & Deo? Quid contristas cuius amicitiam magno tibi emeris? Calumnias ostendit propheta iustitiae obstare. Nunc contrarium ostendet, nepe clementiae opera iustificare. Ad clementiam itaque nunc porro nos propheta vocat & exhortatur, dicens: Pignus debitori reddiderit. Legis hoc est decretum Exo. 22. Deut. 24. Sed de debitoribus hunc locum intellige pauperibus, pignore istoc quod tibi tradiderunt, domi opus habentibus. Huiusmodi impignoratam rem ante solis occasum domum referre aut certe mittere iuberis etiam in lege euangelica, Lucae 6. Pignus quod Septuaginta vocant enecchyriafmon, Germanice Pfandschilling, usurae quidem habet speciem, sed saepe numero eo proximo magnum praestatur obsequium. Creditor succurrit fratri in quacunque necessitate: accipit pignus instar depositi. saluum hoc pecunia credita reddit, eodem quo ipsam accepit precio siue (vt aiunt) valore. Hoc vero facit, si debitor non adeo est inops, vt pignore eo opus habeat. Sic multum commodat fratri. Verum si debitor miser est, & rei impignoratae ipse indiget, peccat contra legem creditor si eam recipit. Hoc vult litera scripturae & sensus genuinus. Vbi hic sunt illuminati euangelicae fratri? Vbi hic arguunt, increpant, condemnant & execrantur foederatores praepotentes, miserorum deuoratores? *Quadrat in eos hoc* Martialis:

Cum rogo te nummos sine pignore, non habeo, inquit:

Sì prome spondet pinguis agellus, habes. Dicat nobis illuminatus scripturæ interpres, an saltem pignus debeat dici vestimentum, teges, ligo, vomer, lapis molaris, &c. Nunquid non hæc inopi, propterea quòd talium indiget vsus, domum referre iuberis? Nunquid non maior vsus est agri, prati, horti, vineæ, &c. Quare ergo hæc, in quibus vita pauperi sita est, pignori accipis? Hic nemo illuminatorum scripturam stricte examinat, adulantur verò publicanis diuitibus præpotentibus hæ reticorum clamosi omnes. Lege hic quasunque & consuetudines præcepto strictissimo & verbo Dei illustrissimo præferunt: quia non videtur pertinere ad nouum euangelion fidei solius. Qui catholice euangelici sunt, sua dant, præstantes hoc quod euangelica habet parabola: non habenti dimittunt, Luc. 7. Danistæ tales euangelici, regnum cælorû sibi coemunt, nihil illis cum consuetudinibus & legibus huius mundi. Viderit mundus, quas consuetudines & quæ decreta recipiat. Breuiter, Stoici morunt hominem ad hominis vtilitatem natû, volunt vt & ortus nostri partem amici vendicent, partem patria. Sunt ergo contra legem naturæ hoc genus calumniarum & exactio- nis sexcenta, per quæ homo homini fit lupus, immo etiam diabolus. Collige ex contrario, clementiam iustificare.

8 Sequitur, *per vim nil rapuerit.* In Hebræo geminatio est, ad rapinæ detestationem declarandam. Septuaginta quoque geminant, ἀρπαγμα ἕνυχ ἀρκάται. Omne genus fraudis, calumniæ, circumuentionis, furti, exactio- nis & violentiæ, prohibetur. Sic in septima lege secundæ tabulæ monemur, vt sine omni proximi incommodo, rem & commodum nostrû quæramus. Quæ hic dicuntur in genere, contra vulgus violentorum prædonum dicuntur. Esaïæ 1. 2. 3. Iacob IIII. & V. dicitur contra principes socios furum. Hic tamen à minori, talium culpa sine negocio disnosci potest. Non puto opus esse, vt contra rapacitatem eam vulgarem multa scripturæ coaceruem testimonia, cum ratio naturalis sub moneat, hominem à tali peccato longissime abesse debere. Audiamus ergo Marcum Ciceronem. ait ille: 3. Offi. 3. Detrahère aliquid alteri, & hominem hominis in-

*Violentia
omnis in-
sticiansim
pugnat.*

EXEGES. LECTIO. EPISTO.

Ibid.

commodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quam mors. Item idem: Qui secundum naturam volet viuere, nunquam committet vt alienum appetat, & id quod alteri detraxerit, sibi assumat. Hæc ille. Vides itaque contra naturam esse, rapere & hominem inopem aggrauare. Quod si contra naturam est, certe est & contra naturæ conditorum, & pauperum patrem & protectorem. Vbi hic item noui apostolatri? Vbi scripturarum illuminati interpretes? Quomodo suorum principum & Satrapum defendet rapinas & crebras exactiones? Principes quoque illuminati & protectantes ad quodque tertium verbum rogitant, Vbi scriptum est hoc? Vbi præscripsit hoc Christus? Dicant & ipsi denique, vbi scriptum sit, licere regi deglubere miseram plebem. Proferet aliquis tyrannus ius regis. Regum 8. Respondeo, De regibus furoris Dei hoc esse dictum Osee 3. Talis fuit Saul, non David, quo nihil clementius. Pij regis thronus clementia firmatur, non violentia. Quem multi metuunt, multos metuat necessum est. Sed vbi scriptum est, quod Christus præcepit Ecclesias, etiam sepulcra beatorum, spoliari? Vbi probantur in scriptura sacrilegi & bustirapæ? Dionysij sunt hodie Ecclesiæ reformatores, non Christiani. Gothi, Longobardi & Turcæ iustificantur, collati huic harpagma. Sed si non est harpagma, sit *μταβλια & παλαιοις* Non sunt tamen hæretici saltem sacrilegi, perstringit tale crimen etiam pseudocatholicos, testis Hieronymus, quem audiamus: Dicit ille epistola 34. Amico rapere quicquam, furtum est: Ecclesiam fraudare, sacrilegium est: Accepisse aliquid erogandum pauperibus & esurientibus, apertissimi est sceleris. Aliquid inde subtrahere, omnium prædorum crudelitatem superat. Idem Damaso Papæ, & habetur 16. quæ. 1. Quum quicquam: Clericos illos conuenit. Ecclesiæ stipendiis sustentari, quibus parentum & amicorum nulla suffragantur stipendia. Qui autem bonis parentum & operibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto incurrunt & committunt, & per abusionem talium, iudicium sibi manducant & bibunt. Hæc ille. O bone Iesu, quis tandem scandalon

segetem eam expurgabit? Ostendit violentiam iustitiæ obfistere. nunc porrò ostendet clementiam iustificare.

9 Sequitur, *Si panem suum esurienti dederit.* Iterum sequitur, *Si nudum operuit vestimento.* Hæc supra exposuimus, super euangelion Matthæi 25. & vaticinium Esa. 58. Obseruandum hoc iterum, quod ait, *Panem Dare iustum.* Non est magni meriti, de præda aliquid dare egenis. De suo quisque dare iubetur. Obseruandum & hoc quod ait, dandum esurienti & nudo. Annotauit hoc Hieronymus, reprehendens eos qui liberales sunt ubi non oportet. Inuenias hodie Ecclesiæ Optimates heroes præclaros, tot Præposituras, tot Canonicatus possidentes, quot centum sacerdotibus ad opulentiam sufficerent. Hi splendidi sunt sui similibus opulentis. Dapfiles sunt, sed suis, non de suo. Denique amicorum & propinquorum liberos libere faciunt educari, etiam bonis literis institui. Sed neque de suo hoc faciunt. Ecclesiæ bonis, quæ pauperum sunt, abutuntur. De prodigis hic non loquor, neque de illis qui Ecclesiæ bona scortis & lenonibus largiuntur, qui inde canes & caballos ad fastum & vanam gloriam alunt. Viderint an impune patrimonium Petri dilapidare possint turpissimè, cum honesta illa species prodigalitatæ, exitio splendidis illis non esse non possit. DEVS personarum non est admirator, DEVS non irridetur, Noui euangelici Ecclesiæ reformatores, talia in catholicis vehementer arguunt, in suis probant. Negant enim ex operibus bonis fideles iustificari. Mentitur illis Propheta, qui definitiue opera hæc bona dicit iustificare & beare. Nihil efficiunt ergo tam vani declamatores. Ridentur à claudis loripedes, à luscis cæci. Dicunt talibus irreformatissimis reformatoibus pseudocatholici: Medice, cura teipsum. Chrysofomus, si adesset, proficeret. Primo enim faceret ea ipse, quæ aliis præscripturus erat. Deinde à capite inciperet cum Esaia. Imperatricem Augustam sibi fecit infensam, quòd Iezabelem eam solebat è suggesto publice arguendo appellare. O quot Iezabeles hodie miseros opprimunt. Accedunt item Herodiadum myrmeciar. Comestiones crebras,

choreas per integras noctes ductas, vestium & gemmarum aceruos reginarum nostratum quis fando assequatur? Quid quod & cruentæ tyrannæ ludo rusticos & pagos prodigunt & disperdunt? Vbi hoc vobis, Apostolastre, prescriptum est? Vbi hoc legistis vobis licere? Nunquid non apud prophetam dicentem:

Ludite securæ, quibus est æs semper in arca? Quæ inter ludum committantur proteritiæ, & quare lusus sit inuentus, Naso vester Propheta in libris Amorum satis dilucidè enarrat. Hi sunt vestri prophætæ, hi vos aliquando condemnabunt. Nihil vobis & Ezechieli. Non taxavi reginarum nostratum mores, quasi non sit quod meritò regibus exprobrem. Non est Iezabel quæ maritum Achabum non habeat. Suum vtrunque supplicium manere, historia Regum satis declarat.

*Vsura iustificati-
onem
obstat.*

10. *Qui ad usuram non commodauerit. Sequitur item, Et amplius non acceperit.* Verbis Davidis loquitur propheta Psal. 14. Usuram item prohibetur Deu. 15. & 23. Sanctus Hieronymus hoc loco conuincit eos, qui dixerunt usuram non committi, nisi quâdo pecunia ad sortem, quam capitale vocant, recipitur. Ad usuram dat, quicquam recipiens, vel recipere affectans, siue hoc sit pecunia, siue frumentum, siue vina, siue aliud quodcûque lucelli. Hieronymus ait: Nè plus recipias quàm dedisti. Hebraicum *Tharbiith*, quo Ezechiel hic vititur, ex Leui. 25. acceptum, venit à themate *Raba*, quod auctum significat. *Tharbiith*, Septuaginta interpretantur Pleonasmon, quod Latine cumulationem siue adiectionem significat, non auri saltem, sed omnium rerû. Si obsequium receperis exactum, & fratri molestum atque incommodum, usuræ culpæ reus es. Mutuum dare vult nos Christus, & nihil inde sperare. Mirum oculatissimos Scripturæ interpretes illuminatos nostrates, etiam in hoc loco adeò cæcutire. Nos ante septem annos libellum contra usuram conscripsimus, vna cum translatione sermonum contra usuram sancti Basilij & sancti Chrysostomi. Sed vulgus de sola fide scriptores, Luterum, Coruinum, Sarcerium, & hoc genus factores, nostris & patrum sanctorû scriptis præfert, auribus pruriens. Quantum ad usuram attinet, condemnabunt nos prisca ethnici Germani, de quibus ait

Cornelius Tacitus: Fœnus agitare, & in vfuras extendere, ignotum: Ideoque magis feruatur, quàm si vetitum effet. Vfuram ostendit iustitiæ esse remoram: nunc eius contrarium tradet, nempe iustificatorium esse, ab iniquitate suam auertere manum.

II. Et ab iniquitate auerterit manum suam. Acquitas nobis hic commendatur in omni negotio seruanda. Contrarium vitium dicitur *ἀδικία*, hoc est, iniquitas. Ab hoc malo vult nos longè esse, effectu nimirum & affectu. Abstinere iubet nos manus, hoc est, immunes vult nos eius mali esse. Sic ait David Psal. 7. Non est inuenta iniquitas in manibus meis. In versu eo etiam est *Αηλ* & *ἀδικία*. Sanctus Iob nobis crimen hoc pingui Minerua adumbrat, vt eius visa execrabilitate, ipsum fugiamus. Gozelitæ sunt qui viuunt ex raptu, qui nusquam non deprædantur, tam foris in ephippio, quam domi in scammo sedentes, vendendo & emendo. Alij gladio latrocinantur, alij lingua suppilant. Alij piraticam exercent, alij grassatores agunt in hypocaustis & in granariis atque apothecis. Alij è stapedibus opes congregant, alij ex abaco & *rationario. Mundus huiusmodi latrunculorum est plenus. Nemo mihi vitio vertet quod latrones tales, iniquos voco, quoniam Chrysofomi hoc est super 1. The. 5. non meum. Auelitæ sunt, qui hæc fieri vident, & super hac iniquitate non commouentur. Tales sunt prædicatores, in tyrannos & in potentes quoscunque prædones, non satis pro re intonantes. Noui Apostolastri eiiciunt médicos, sacrilegos verò potentes, faciunt deos, Ecclesiæ ius illis deferendo. Habet & Ecclesia tales dissimulatores veritatem tacentes, memores, Veritatem odium parere. Sed melius multo est, pro veritate supplicium pati, quàm beneficium habere pro falsitate. Sunt huiusmodi ecclesiastæ, veri prædonum prædones, iuxta atque Principes dissimulatores, socij sunt furum. Partè in regno calorum non habent Gozelitæ & Auelitæ, 1. Cor. 5. Demùm non proderit illis Christum credidisse, & idem Domine domine dixisse, Mat. 25. Stabunt tunc (vt poetæ verbis vtar) victi, seròque pigebit sub iudice culpæ. Iustos vides esse, ab iniquitate sibi temperantes, & quod iustum est facientes: sequitur ergo:

*Iudicium
rectum fa-
cere, insti-
ficat.*

12. *Qui iudicium verum fecerit inter virum & virum.* Rectum iudicium nobis hic præscribitur. Iustè iudicate filij hominum, ait psalmographus. Magistratus virum ostendit. Vir est & rectè iudicat, qui nullam personam curat, non statum, non fœdera, non consectaneos, obsequia, conditionem, amicitias, inimicitias, munera: & quicquid id est quo mentes humanæ solent captari, respicit. Utinam locus hic in senaculis & consistoriis omnibus fidelium scriptus, identidem legatur. Sed melius in cuiusvis corde scriptum crediderim. Nam minus proderit scriptum esse in pariete, atque in membrana siue papyro. Iurisprudentiæ omnes student, theologiæ vix vnus & alter. Viderint iurisperiti, vt cōscientias suas expient. Oraculis diuinis si quis obtemperauerit, conscientiam suam reuerà serenam fecerit. Non theologus, sed & quiuis ex minimis, lites de rebus huius mundi subortas, dirimere potest, teste apostolo. Quid ergò tanto labore hoc querimus, quod religio ipsa, immò etiam natura nos docet? Quis Ezechielem docuit 12. tabellarum legem? Audiamus Nomicum nostratē. Non loquitur saltem de iudicio, sed de vero iudicio. *Apmeth* apponit. Vult vt fidelitas siue veritas omnia negocia expediat. Hoc David vocat iustè iudicare. Septuaginta vertunt κριμαδικαιον, hoc est, iustū iudicium, eingerechts gericht. Hoc ipsum iudicium iustificare propheta hic submonet.

13. *Et in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit vt faciat veritatem.* Epilogus totam lectionem comprehendit. Ambulare in præceptis, iudicia Dei custodire, facere veritatem, eodem concidunt. Tautologia sancta, folius fidei euangelion profus conuellit. Perpendat studiosus theologiæ singula, & videbit spiritum sanctum hæresi solius fidei necdum natæ occurrisse. Adeò aduersum Domini verbo friuolum hoc est dogma, certum vitiorum incentiuum. Opera bona iustificatoria esse fidelibus, in hac conclusione liquido videmus. Verba epilogi obscura non sunt. Hic iustus est, ait. Nouus propheta diceret, Non est verum: sed qui dicit, Domine Domine, qui credit, is iustus est, etiamsi in medla peccatorum abyssu sit submersus. Viderit quisq; cui credat Ezech. ne an Luterano. Dicit Luteranus opera non prodesse,

propheta Ezech. inamò Dñs, dicit cõtrarium: nempe, Vita uiuet, hoc est, beatus erit. Vides itaque & iustitię laudem & beatitudinem fidelibus fideliter operãtibus promissa. Christus quoque adstipulatur verbo prophetico: Hoc fac, ait, & uiues, Mat. 19. Marc. 10. Cantillant noui euangelicatri hodiè Psal. seditiosè versos. Quare non transferunt etiam Psal. ad opera bona miseros mortales vocantes, & bonis fidelium operibus iustitiam & beatitudinem accepta referentes? O euangelion, O ecclesiam. Catholicus uideat, quid Dauid Psal. 15. de operum bonorum uirtute sentiat.

EIVSDEM V. HEBDOMADAE POST
Inuocauit, Lectio Euangelica.
Matth. X V.

ET egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Cananea, à finibus illis egressa, clamauit, dicens: Misere mei Domine fili Dauid: filia mea male à demônio vexatur. Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens, ait: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israel. At illa uenit, & adorauit eum, dicens: Domine, adiuua me. Qui respondens, ait: Non est bonum, sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

INDUCTIO.

Qui condam ethnici eramus, & cõsolationem præsentem, & gloriam ingentem nobis hic habemus propositam. Iudæos hic tanquam indignos canes reliquit, concedens ad ethnicos. Simile fecit Paulus Act. 13. ubi dicitur: Videntes turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, contradicentes & loquentes blasphemias. Tunc sumpta fiducia Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui sermonem Dei, sed quoniam repellitis illum, & indignos uos iudicatis uita æterna, ecce conuertimur ad gentes. sic enim nobis præcepit Dominus. Audientes autem gentes. gauisæ sunt, & glorificauerunt sermonem Domini. Huc pertinet, quod Apostolus nono,

POSTIL. VVICEL. SVP. EVANG.

decimo & vndecimo ad Roman. docet. Saluator noster in fines hosce, Tyri nimirum & Sidonis, e terra Genesareth secessit. Fuit illa Iudæe pars: illuc cum peruenisset Christus, statim ab Hierusalem aduolabant scribæ & pharisæi, verbis veritatis (quod Matthæus in superioribus ostendit) resistentes. Relictis itaque oblocutoribus impiis Iudæis, ad gentes se contulit: non vt illis euangelium regni denunciaret, sed vt apud illas delitescens, præludret abiectiõni Iudæorum & vocationi gentium. Hoc clarè Marcus ca. 7. adfirmat, dicens: Abiit in confinia Tyri & Sidonis, & ingressus domum, neminem voluit scire, nec potuit latere. Et verba ipsius saluatoris hic apud Matthæum satis sunt clara. Dicit: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israel. Iuxta præludium hoc, Apostolos (quibus prius prohibuit ne irent in vias gentium, Mat. 10.) tandem iussit ire in vniuersum orbem, prædicare & baptizare, Marc. 16. Nunc præludium ipsum audiamus.

*Christus
hac degens
vita, subin-
de ambu-
lanit.*

Et egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis. Attendite, & profectiõnem hanc inis sensibus recondite; Deo gratias agentes, qui ex ethnicis ad ecclesiam venistis. Iter hoc, quod Christus hic describitur habuisse, longum atque adeo laboriosum fuit: quod tamen libenter nostri causa suscepit. Bonus pastor & Episcopus animarum nostrarum, in vno loco se diutius nunquam detinuit: sed sedulo oppida, castella, pagos & vicos peragravit, docens, & quo scûque curans infirmos. Non hoc fecit tanquam ἀστατος, id est, instabilis, neque vt πλάγιος, id est, vagus, neque vt ἀνεμνος, id est, leuis, neque ἀπιστος, id est, inconstans, &c. sed vt pastor & Episcopus Bonus, Dei patris parens iussu. Vndè dicit. Lu. 4. ad Caparnaenses, se detinere volentes: Et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei. Nemo philosophos vituperat, quod philosophiæ gratia tot climata seu terrarum tractus peregrinè pertransierint. Nec item negotiatoribus crebra peregrinatio eorum vitio datur. Hi diuitias quaerunt, illi scientiam & ingenuas artes diuitiis longè præstantiores: vndique vtrique commendantur. Magis ꝑ̄ suscipiendus, qui venit æternas diuitias vitæ æternæ thesaurum omnibus suppeditare, sapientiam diuinam tradere

dere omnibus. Apostolos suos, vt aliàs semper, ita & hic comites habuit, veri episcopi & boni pastoris illis formam tradens. Non apocryphon, sed *ἀποκρυφόν* episcopon esse oportet. Dicitur superintendens, vt animabus suæ fidei creditis prospiciat, curamque earum agat. Dicit ergò 1. Cor. 4. Incertis vagamur sedibus. Poterant & sese apostoli, quisque in sua casa, illatebrare: sed expulit eos spiritus Domini, nec in propriis ædibus ante focum proprium eos latitare permisit. Euangelica messis operarios requirit, Matt. 9. Ioan. 4. Ouis perdita requirenda, Ioan. 10. Boni vicarij Christi, quorum *ἐπίσκοπος* descripsit Lucas, prædicabilis Christi vicarius, qui dicit 2. Cor. 11. Ter naufragium feci, noctem & diem in profundo egi, in itineribus sæpè, in labore & molestia, & fame & siti, in ieiuniis sæpè, in frigore & nuditate. Bonus vicarius, cuius itinerarium (vt etiam ex Apocryphis veritatis testimonium sumamus) conscripsit Clemens. Annas & Caiphas in suo sese frigidissimo mare more occultent, synagogæ priscae finis, & nouæ sectæ (neque enim Iudæi hodie fideles esse possunt) auctores. Noster Iesus cum iis, quos successores sibi prædestinauit, superintendens, gregumque suorum visitator sedulus esse voluit. Atque vtinam nostrates exemplum hoc studeant æmulari. Summus pontifex se vicarium Christi, seruumque Christi seruorum gaudet vocari. Repetitio cum pulchra, tum grauis. Nam vicarius propriè est seruus seruorum, iuxta hoc Horatii:

Sive vicarius est, qui seruo parer, vt est mos Vester, &c. Non inuidemus pontifici titulum illum tergeminae honestatis.

~~Verba sunt, quæ in Epistola ad Galatas, c. 6. v. 17. leguntur.~~

~~Augustinus, Bernardus, & alij patres, archiepiscopos quoque apostolorum Christi vicarios & successores vocant: nec hanc illis honestissimam inuidemus conditionem, sed dolemus & cõquerimur, veritatẽ non~~

~~quæmini abesse. Quid hic schismaticæ Corycæ auscultas? Non episcopos, etiã dytulos, abiectos, sed correctos, velim. Tu laicos statim è sutrina & taberna ad altare promoues, ordinem sacerdotalem sacramentum negas, ab episcopis consecrandi partes aufers, atque ad eò om-~~

*Episcopon
carentem
domo, pere
grinũ esse
oportet.*

*Euangelis
ta noui
episcopis
aut egre
gè blan
diuntur,
aut calum
niantur.*

nem ecclesiam penitus demoliris: qua in re nihil mihi tecum. Canonibus sacris accesserim ego, malens vel scabiosum caput, ad conseruandam ecclesiæ vnitatem, perferre, quàm nullum penitus habere. Tu verò in nostratum oculis festucam videns, trabem in tuo oculo non consideras. Nulla fame & siti, nullo ieiunio & frigore adhuc probatus es. Immò contrariis vitiis luxuriæ & voluptatum insignis existis. Neque tui capitis periculo per mare & aridam in arenam proflis: sed nouus Annas atque Caiphas, nouæ synagogæ caput, te in aulico frigore includis, & canum more vltra sepem viatores allatrans quoscunque, totum orbem irrequietas. Sperandum est, nostrates propediem è graui sopore excitatos, strenuos fore. Augustinum siquidem & Hieronymum, quos tu reiecis, audiunt. Spes ergò est, propediem magis eos fore sedulos. Tu currens, non missus, grauiori te damnationi implicas. Hæc de Christi protectione.

¶ Tyrus eo tempore adhuc emporiū fuit Phœniciaæ celebre, maritima ciuitas antiqua, Iudæis zoë vocata. Sæpiusculè (quod Esaias, Hieremias & Ezechiel illi prædixerunt) deastata, rursus tamen, propter situm ciuitati tantæ congruum, refecta. In regione ea sunt Carmelus & Libanus, thuriferi. Hic purpuræ color nobilior, purpurarumque venatus. Author est Strabo lib. 16. Origenes, priscus ille ecclesiæ doctor, ibi sepultus fertur, & Cæsar Fridericus Barbarossa. In hac vrbe Paulum Christon docuisse vides, Act. 21. In huius vrbis confinio sunt Sarepta, de qua Luc. 4. Item Berytus, quæ hodie dicitur Barutus & Biblus. Ex hac vrbe siue regione Carthago est nata. Sidon quoque in Phœnicia est sita. Vndè Dido Carthaginis conditor, non solum Phœnissæ, sed & Sidonia dicitur. Vndè hoc extat poetæ:

Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido Condebat.

Et Carthaginenses dicuntur Tyrij, iuxta illud:

Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.

Tyrus & Sidon ferè in Biblicis literis maritatur, Matt.

11. Mar. 3. Luc. 10. In Phœnicia etiam prædicauerunt

Christon Apostoli Act. 11.

Et ecce mulier Cananaea à finibus illis egressa, clamauit dicens: Misere mei Domine fili David: Filia mea malè à demonio vexatur.

In colliminium hocce terræ gentium & Iudæorum, fortis Neptalim & Afer, cum pedem faustum intulisset Dominus, ecce ibi mulier se offert Domino obuiam. In templum sanctum vr̄bis Augustæ, illi intrare fas non fuit salutem ibi quæsitum. Perpetuò igitur periisset, nisi Dominus veniens, suam illi gratiam attulisset. Cananæa dicitur hæc mulier, quia de reliquiis Cananæorum superfuit, miserabilis propaginis miserum virgultum. Reliquiæ eius gentis adhuc superfuerunt, verum non aliter, quàm de illis dicit sanctus Hilarius, Nomen tantum sine patria sede circumferentes. Terram ipsam Israel omnem possedit, à Iosue in certas sortes distributam. Terra hæc dicta est Canaan, à Cam filio Nohemi, Gen. 10. De hac terra dicit Dauid Psal. 104. Tibi dabo terram Canaan. Item Psal. 134. &c. Marcus mulierculam hanc vocat Græcá, genere Syrophœnissam. Syrophœnix dicitur ora maritima Syriæ, circa Euphraten, cuius pars est Idumæa & Iudæa. Summa: Ethnica fuit mulier, de gente Canaan. Cananæi eo tempore, Iudæis terra eâ potitis, in sua terra exularunt. Hilarius ait, eos nomē sine patria sede circumtulisse. Iudæi eos, quos atheos & impios calumniari voluerunt, Cananæos olim appellauerunt, Dan. 13. quemadmodum nos hodie Mammolucas vocamus, apostatas & quoscumque fidei sanctę hostes. Mulierculam hanc S. Marcus nõ appellat Cananæá, sed Græculam Syrophœnissam, poptereà quòd in Phœnicia, quæ Syriæ prouincia est, erat orta. Asia tam Syriam complectitur, quàm Phœniciam. Vocat euāgelista mulierem eam Syrophœnissam ea ratione, qua nos Frācos Gallogermanos vocare possumus. Syrophœnissia hæc nostra Græcula audiuit de Iesu, eius nomen imbibit auribus auidis, medico opus habens. Animi tempestate miserè iactabatur, teste Marco. Mentis istá procellam Matthæus vnà cū oratione paucis describit in hæc verba: Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea malè à dæmonio vexatur. Oratio ornatissimè digesta. Primò misericordiá Dei profitetur, quod & Dauid identidem facit orans. Et quis præceteretur, nisi Dei credat misericordiá: Plus dicá. Quis precari aut auderet, aut posset, nisi de misericordia Dei cõfidat? Et quis est, qui misericor-

Cananæi
dicti à
Cam.

dia Dei non indigeat? Quotidiè, quantum ad corpus & quantum ad animã, nos Dei clementia opus habere ipsi videmus; quare ergò Deum subindè non imploramus? Scitis sinè dubio, hoc factò esse opus. Vnum ergò adhuc vobis est necessarium: nempe vt id ipsum quod scitis vobis esse salutare, præstetis. Cananæ hæc implorat, & quod vult obtinet. Orat autem spiritus Domini instinctu, ad eò ornatè & scitè, vt nihil suprã. filium Dei & verum hominem propiciatorium adorat. Deitatis confessio relucet ex hoc quod dicit, Domine: Hebraicè, *Adonai*. Hominem confitetur, dicens: fili David. illum ipsissimam esse misericordiam non ignorat, nec item ignorat illum omne posse: vndè eum in tanto mentis turbine inuocat. Fides in Christum, Iesum nisi nobis integrã & firmã adsit, nequiquã Deum patrem exorauerimus. Quinodd enim inuocauerimus, nisi crediderimus? Fides filij Dei & eius filij Mariæ, firmatur Psalmo 110. & Mat. 22. &c. Fidem habere eam, est salutem habere & iusticiam Rom. 10. Cananæ nostra hic non pro se, sed pro nata precatur. hoc natura iubet. Et quid eius natæ æquè horrendum accidere possit? Maledictus fatus in Syria plus solito tunc miseris infestabat. sensit enim suam potestatem iam iam casuram. Nouit fortior superuenisse, nouit sibi abreptum iri iure, quod ipse mala fraude rapuit. Heu mihi, quantum minarum in mortalium genus effudisse legitur Matt. 4. 7. 8. 17. & sic deinceps per omnes euangelistas. Ludus hic diaboli est proprius. hæc eius vnica voluptas. Nam nisi quid nocet, iam dudum mortuus esset. Rectè eum Basilus vocat misanthropon, id est, osorem hominum. Sanctus Augustinus ostendit, hostem cum antiquum, etiam mortales sæpenumerò ratione siue mente priuare, vt iis tandem cum anima & corpore potiatur. Vndè tot horrenda vocabula, mania, phrenesis, paraphrosyna: hinc phantasticus error, delirium, & ira Dianæ. Quauis tum dæmonizomeni plurimùm à Domino curarentur, non cessauit tamen zabolus homines vexare, quod Actuum 10. videre est. Vndè & in ecclesiæ exordio de energumenis & dæmoniis multa leguntur. Vicit tamen ecclesia, & malum hoc magna parte sustulit. Nunc cum rursus tot

*Diabolus
misanthro-
pos, id est,
hominum
osor.*

laruatos, tot fatuos infatuatos & spathicos videamus, certum indicium habemus, fidem defectione laborare, ecclesiamque nutare. Dabitur illi propediem spiritus orandi, & salua erit Puellula hæc, de qua hic agitur, forte ita à dæmonio est flagellata, vt ille de quo legitur Lu. 8.9.&c.

Qui non respondit ei verbum. Plurimis, & iis grauissimis, caulis tacuit. Primò, vt ostenderet crimen idololatriæ caelesti patri supra omnia alia crimina esse aduersum, Rom.1. Dein etiam tacuit, ne daret Iudæis occasionem calumniandi. Nam si statim respondisset, dicere poterant, dissimulatorem esse idololatriæ criminis, quod vndique in lege horrendum ostenditur. Tertio voluit hoc quod suis præscripsit discipulis, ipse primò præstare. Nihil docuit, quod non primò fecerit. Dixit suis: In vias gentium ne iueritis, hoc ipsum quoque exemplo suo ratificandum duxit. Insuper voluit, vt & sua ethnicis impietas manifestaretur. Denique voluit fidem huius mulieris, quam illam de se concepisse nouit, cantatam. Est locus respondendi, Et indignis omninò non respondendum, iuxta Salomonem & Iesum Sirac. Ad tempus hic Dominus responsionem distulit, vt peccatus mulieris penitus ab omni idololatria expiaret. Affixit animum mulieris, medendi peritus medicus. Voluit mulierem estuare, vt malum inueteratum, quod radices suas alius egit, penitus exureret. Annæ, Caiphæ, Pilato & Herodi, tanquam indignis, partim parùm, partim nihil respondit, Matt. 26. Mar. 15. Luc. 23. Ioan. 19. Sapiens statim videt vbi respòdeat, Col. 4.1. Pet. 4. Videt item statim, qui porci illi sint, quibus margaritas proicere nõ expedit. Qui velit, hac de re legat Ambrosiũ lib. officiorũ primo.

Et accedentes discipuli eius, rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Quot capita, tot sensus. Quisque hic pro suo affectu discipulorum interpretationem accipit. Verba ipsa apostolorum, certè miserationem sonant & intercessionem. Mysterium fortè, quare Dominus erga mulierem inclementior solito se gesserit, ignorabant: tamen magna fidutia rogitabant, certò sibi persuadentes, exorari Dominum posse. Adde quòd & fidutiam mulieris in Christon animaduernerunt. Denique e-

Intercessio diuorũ nõ irrita.

tiam lamentabile malum audierunt mulierem planius Domino exponere, secundum Marcum, ante orationem: secundum Matthæum, inter orandum. Hic aliam videmus causam, quare Dominus mulieri non responderit: nempe, vt discipulorum affectum ad misericordiam excitaret, & eorum quoque gloriam promoueret. Omnia hæc nostri causa. Intercessio sanctorum ad meriti rationem pertinet. Domine, inquiunt, Ecce secuti sumus te quid erit nobis præmij? Respondet, vitam æternam accipietis: sedebitis iudicantes: quodcunque petieritis, hoc faciam. super omnia bona mea vos constituam &c. Pulchrum est, quod Beda hic dicit, Christum ad intercedendum pro muliere, prouocasse. Hilarius quoque & Theophylactus intercessionem apostolorum hic euincunt. Theophylacti verba sunt: Obsertua quod licet sancti orent pro nobis, sicut pro illa apostoli, attamen nos pro nobis petetes, magis audimur. Vt exaudiamur, necessum est vt nos dignos qui exaudiamur, exhibeamus. Hieronymus in Ezechie. ostendit, impios nequã sanctorum intercessione petere. Formam intercessionis apostolorum pro Cananæa, Beda talem adsignat: Oramus te Domine misericors miserator, patiens & multæ bonitatis, dimitte eam, quia clamat post nos. Remitte noxam, largire gratiam, quærit ardentem & humiliter suffragium nostrum. Si hæreticus Vigilantius, Arrianus ille, hic dixerit, vbi scriptura nos certos facit, sanctorum intercessionem Domino esse gratam, nobisque commodam: Respondeo, hic: Quia Dominus mulierem non statim exaudiuit, vt hæc apostolorum piorum piam eliceret interpretationem: & synagogam alibi non reprehendit pro centurione orantem. Vigilantista frater, crede mihi, oratione & intercessione opus esse viatoribus in polluta via ambulantibus, vt & sanctorum triumphantium gloria, & nostra nobis miseria manifestetur. Et quo ore tu canis subindè ad vomitum rediens, sus in peccatorum volutabro, te statim sine intercessione putas exoraturum iratum tibi Deum, cum apostolus Paulus sanctissimus ille & Deo charissimus apostolus, vas electionis, ecclesiam exhortari non dubitaue-

Intercessio sanctorum pro nobis efficax, si & nos precemur.

rit, ne Deum pro se cesset orare? Lucas quoque testatur, Apostolorum principem per ecclesiæ intercessionem è carcere liberatum. Sanctus Iacobus admonet, vt mutuo alij pro aliis oremus. Vigilantista Vuicleffsanctorum intercessionem ridet, à sanctorum communione prorsus alienus. Verbum Domini manet in æternū non quia sancti impassibiles, (ait S. Bernardus) ergò & impassibiles. Rogant discipuli, dicentes: ἀπολύσον hoc est, absolue, quia clamat post nos verbis, quis vel saxa commouerentur. Hoc apostolorum ἀπολύσον, id est, absolue, haudquaquam tale est, quale, Dimitte eam, Helisæi 4. Reg. 4. Attende verecundiam apostolorum. Nō dicunt, eice diabolum. sana mulieris filiam, &c. Sed submissi, clamorem mulieris causantur, pro misera rogitant, dicentes: Absolue miseram, dimitte ex te pendente: certi de Domini clementia, qui nec mulieris orationem, nec eorum intercessionem cassam sit relicturus. Simili reuerentia virtutum instar filio suo dixit: Vinum non habent. Adde quòd fidem mulieris vel ex hoc apostoli depræhenderant, quòd filiam suam non adduxit secum, vt illi manum imponeret, & simili alia ratione illi mederetur: sed soli Dei nutui fidens, filiam domi reliquit. Vnde certo sibi persuaserunt, Dominum fidem eā (quam alioqui semper probare soleat) contemptim nō relicturum. Sequitur:

Ipse autem respondens, ait: Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israel. Mirum, si etiam Dominus apostolis suis respondere esset dedignatus. Ipsi, ipsi inquam erant, quibus respondere voluit. Et quid nos laboramus in excogitandis causis, quare Dominus Græculæ non responderit, cū ipse saluator causam eius rei ipse reddat? Dicere vult: Quando, vbi, cui respondeam, scio: Nihil sine causa facio mei discipuli. Noueritis me ethnicis immundis, siue Syri, siue Pœni, siue Græci, siue Cananæi sint, missum non esse neque promissum. Vnde & vos admonui, ne in vias gentium pedem inferatis. Est tempus, quando & illa ovis, quæ ex Israelitico grege non est, ad ouile reducatur. Hoc tempus iam tacens adumbro. Attende hic pie catholice, Christum suis partibus in Iudæa strenue institisse. Iudæi vero solius

Intercessionē diuini pro nobis negant hæretici.

Christus quare Syrophœnissæ non responderit.

Mosis, contra Mosen, & non Christi discipuli esse voluerunt, Ioan. 9. Vnde suapte culpa vna & Mosen & Christon perdiderunt. 2. Cor. 3. Christus circumcisionis minister ad tempus esse tulit, Roman. 15. Nihil, quod facere debuit, omisit, Esaiæ 5. Sed quia Iudæi Christum noluerunt recipere, sed magis execrabantur, suspendentes cruci post resurrectionem suam in cœlum ascendens, iussit discipulis gratiam euangelij palam etiam in exteris nationes omni creaturæ administrare. Nihil ergo nunc Iudæi, quod de Christo queritentur, habent. Neque enim vnquam Græcis prædicauit, extra Iudæam pedem nunquam mouit, Aegyptum non vidit, Indos non visitauit. In Palestina Asiæ prouincia se semper continuit, oppidatim perditus & pernox prædicans & curans. Aphricæ & Europæ fines nunquam attigit. Iudæa itaque, quoniam Christon, quem proprium habuit, fastidiuit, suæ sibi damnationis causa exiit. ¶ Obserua, notanter hic dici, ad perditas oves, τὰ ἀπολωλῶτα, domus Israel: vt videas, quo loco status synagogæ tempore Christi fuerit. Erat Israel tum similis ouibus errantibus, Mat 9. Mar. 7. Personati pastores multi erant, pontifices duo, sacerdotum principes multi, grex infinitus, lupi rapaces, fures & latrones omnes, Matth. 7. 23. Lucæ 10. Ioan. 10. &c. Quod si tunc is status fuit synagogæ, heu miseram gentem, quam nunc sperant salutem? Olim cum necdum annis septuaginta vna in captiuitate Babylonica detinerentur, cum prophetas adhuc complures haberent, censum tribuum, gradus & lineas cognationum, non sine magna molestia inuenire poterant: ignis diuinus non minori cura rursus inuentus. Quid, quod etiam in regni ipsius flore Deuteronomion est neglectum? Nunc in vniuersum abducti orbem, post tot secula prophetis destituti, sese sperant ad regnum funditus deuastatū, reuersuros: qui etiam longe ante Christum, in ipsa terra Canaan templum & altare habentes, prophetis orbi, tanquam palantes oves, misere errauerunt? Dederunt in escā Christi fel, vnde mensā corū ipsis facta est in laqueum, Psal. 68. Nos ergo, quos bonus pastor adhuc non ex illo grege habuit tonsas errantes, ablata maceria inimi-

*Israelismi
serabilis
status fuit
tempore
Christi.*

citæ, adduxit, & vnum ouile fecit. Quoniam exaudiuit pauperes Dominus, & victos suos non despexit. Ibidem, & Mar. 16. Ioan. 10. Acto. 1. Domus Israel, est familia Israel. Sic & domus Iacob dicitur Luc. 2. Nunc domus illa prorsus deserta, nec est qui in tabernaculis eorum inhabitet, nisi struthio, onocrotalus, centauri & lamix. Psal. eodem & Esa. 34. Sopho. 2. Nunc de vera spiritali, atque adeo æterna domo, dicitur: Deus saluam faciet Sion, & ædificabuntur ciuitates Iudæ. Psal. eodẽ. Et Dauid spiritu elegit minimus esse in hac domo, quàm habitare in tabernaculis latronum. Præludium eius rei non nihil in præcedentibus audiuius, plura in sequentibus audiemus.

At illa venit, & adorauit eum, dicens: Domine, adiuua me.

Paulò antè post Christon & apostolos clamitabat, anxietatum plena, misera muliercula: nunc accedit & adorat, vultui se Christi offerens, infracto animo fortis mulier. Fides fidutiã peperit, necessitas impulit, discipulorum intercessio allexit. Accedit itaque, & adorat. Signis diuino cultui datis fidem suam declarat. Dominum Iesum confessa, confessionem debito ritu profequitur. Non deficit, immò statim non exaudita, inualefcit. Nihil orationi demit, sed multum addit. Clamabat, Miserere mei: nunc adorat, dicens, Adiuua me. Videte & attendite exemplum doctrinæ euangelicæ, quam de orationis veritate sæpius audistis. Fide constanter & improbe orare iubemur. Postulet fidelis cum fidutiã, nihil hæsitans. Nam qui hæsitat, is similis est fluctui maris, qui ventis agitur, & impetu rapitur. Neque enim existimet homo ille se quidquam accepturum à Domino, Iacob. 1. Improbæ & fidelis orationis exemplum hoc loco accipite. Nec pigeat vos Cananæam magistrã assumere, cuius animam fides purgavit, & quam spiritus sanctus magistrã nobis prædestinavit. Nam & diuina sapientia monet, vt etiam è formica exemplum sedulitatis petamus. Cæcus quoque ille Luc. 18. nos rectam per viam certo duxerit exemplo. Si vero magis placet exemplum apostolorum, age attende Apostolum ter orantem. Obserua quid illi Dominus respondeat: Sufficit tibi gratia mea. Virtus in

*Orandiõ
improbe.*

infirmirate perficitur. Oportet nos semper orare, & non orando deficere. Oportet nos orationi instare exemplo Græculæ mulierculæ. Diceres mulierem eam in synagoga educatam, hymnos & psalmos memoriter tenere. Nunc cùm euangelistæ dicant Cananæam esse, Græculam esse, & genere Syrophœnissam, vides spiritum Dei qui in Psalmista orat, & hic in hac viragine Christon deprecari. Iisdem siquidem cum Psalmographo verbis pene vtitur, Psal. 43. 78. 108. 118. Attende & eam iuxta orationem Dominicam orare. Vnum corpus omnes fideles sumus in Christo. Oramus itaque alius pro alio. Sic & mulier filia afflictionem corde materno persentiscens, pro filia, tanquam pro seipsa orat. Sic puella in matre & in discipulis intercessores habens, exorat tandem: quod sequentia ostendunt.

Qui respondens, ait: Non est bonum, sumere panem filiorum, & mittere canibus. Sui similis Christus non esse non potest: rex nimirum mansuetus & pauper, sacerdos magnus, affectu infirmitatum nostrarum compatiens, Zach. 9. Heb. 4. Agnus Dei omnium clementissimus, Ioan. 1. Apoca. 5. 6. 7. 14. 15. 17. 21. Respondet mulieri, qui prius tacuit. Responsio eius monet, vt è finibus malorum exeamus: quia mulieri, quæ exiit, respondet. Q. d. Conuertimini ad me, ait, & ego conuertar ad vos. Verborum suorum memor, conuertit se ergò ad mulierem eam, quæ de finibus illis egressa fuit. Recedite, exite de medio eorum popule meus, Esa. 52. Exite de illa populus meus, Apoca. 18. Sed quo concedendum? Non ad fastidiosos Iudæos, clamantes, Templum Domini, Templum Domini. Non ad negotiatores Corban erigentes: sed ad benignissimi magistri benignos discipulos, ad pauperrimi regis pauperes œconomos nihil habentes, & omnia possidentes, mysteriâque regni cœlorum dispensantes: post illos clamandum, & respondebit Christus. Porro medicus salutis ille, quod mordeat, vinum vna cum oleo habet. Qui ergo curari vult, sustineat. Qui credit, ne festinet. Non est consultum, ait, sumere panem filiorum, & mittere eum canibus. Ecce tibi acerbum

*Exeundi
è finibus
malorum.*

vinum vna cum leni oleo. Immò responsio nihil acerbi haberet, sed purum est oleum: verba asperitatem vini referunt. Non dicit: Quid ethnicis & Iudæis? Sed, non decet pane defraudari filios, & eo canes alere. Doctrina magnaliorum Dei, non à filiis auferenda. Oleum hoc est: ethnici tantis mysteriis in suo errore non sunt perpetuandi. Oleum & hoc est: Quam, rogo, veritatem ethnici mendacio non commutauerunt? Philosophi potentiam creatoris atomis leuiusculis referunt acceptam poeræ Prometheo fabuloso, Nohemum Deucalione & Pyrrha mutauerunt. Quin & suarum Sibyllarum vaticinia ad deos huius sæculi detorserunt. Quale est hoc Maronis:

Vltima Cumæ venit iam Carminis ætas,

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.

Hanc Cumanæ Sibyllæ prophetiam de Christo, vates ille insignis adulator, de Pollionis filio accipit, dicens:

Tæque adeo decus hoc æui, te consule inibi

Pollio, & incipient magni procedere menses.

Propter Melampodas eos & scrophas Dominus in parabolis fere loquitur. Etiam hic parabolicos dicit: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Atqui diuina sapientia aptissimas nouit similitudines, easque loco suo apte nouit proferre. Mulier hæc gnomen prima statim fronte intellexit. Sapientia Dei sapientiæ filiis approbatur, filij lucis & filij tenebrarum non obscuro differunt discrimine, Gene. 6. 2. Para. 13. De filiis Dei habes, Psal. 28. 81. Sap. 5. De filiis Belial dicit Esa. 1. ca. Filios enutriui & exaltaui, ipsi verò despexerunt me. In nouo testamento clarius de hac re agitur. Summa: Iudæi habentes legem & prophetas, cultum & religionem, ac per hoc hæreditatem omnium thesaurorum Dei, erant filij Dei, Deuter. 14. Psal. 81. Sed filij illi omnipotentem Deum spreuerunt. Esa. 1. 30. Vnde tandem suapte culpa è filiis in canes abierunt, Psal. 21. 58. Contra, ethnici qui tunc canes erant, nunc facti sunt filij. Canes tunc dicebantur ethnici, propter omnigenam immunditiam fastus & voluptatus. Receptum fuit in synagoga, vt Iudæi eos,

Canes dicebantur ethnici.

quos conuiciari siue feueriter arguere voluissent, canes vocarent, 1. Reg. 14. 2. Reg. 3. 26. 4. Reg. 8. Psa. 21. Esa. 56. Eccl. 13. In nouo quoque testamento hæretici & flagitiosi quicumque vocantur canes, Mat. 7. 15. Mar. 7. Phil. 3. 2. Pet. 2. Apocal. 22. Increpatoria hæc Christi verba, salutaria fuerunt mulieri Cananæ. Sunt & etiamnum quibuscunque electis saluberrima, obstinatis verò, quâuis non salubria, non tamen incongrua. Patris est, filios arguere, afinos & bestias pro eorum culpa vocare: si quis alias iratus, fratri suo thraca dixerit, reus erit gehennæ. Horrendum dictu, quàm scateant hæc nostra tempora calumniis. Euâgelici nostrates quid per Deum aliud crepant, quam papisticos afinos, bubalos & bisonatas? Nulli parcunt personæ, nulli ordini: nec verbis saltem & publicis scriptis ita insanire sunt contenti, nisi etiam propudiosis picturis Germaniam oppleant. Summum pontificem leonem, lupum, vulpem, draconem & diabolum: alium cochleam, alium porcum, alium felem, alium plaudum delincant: idque summæ adscribunt pietati. Si verò aliquis catholicorum, veteris & paternæ religionis cultor & assertor, illos vnico verbulo asperius alloquatur: bone Deus, quantis fulminant minis? Valde ergo illis timendum est, nè paternæ correptionis impatientes, magis atque magis in suo atrore, instar sepiæ, sese illatebrent, æternæ victimæ mortis. Beata nostra Cananæ, quæ sustinuit increpationem, & percepit consolationem. Eius nunc audiamus verba.

Euâgelici fratris calumniosi.

Ac illa dixit: Etiam Domine: nam & catelli edunt de mris, quæ cadunt de Mensa dominorum suorum. Nescias, ex euentu hæc verba sint prolata: quale est illud 3. Reg. 20. vbi regis Syriæ serui, verba regis Achab in salutem sui regis arripuerunt. Dicunt illi regi Israel: Seruus tuus Benadab dicit: Viuat, oro te, anima mea. Et ille ait: Si adhuc viuit, frater meus est. Quod acceperunt viri illi pro omine, & continuò rapuerunt verbum hæc ex ore regis, atque dixerunt: Frater tuus Benadab viuit. Nescias an Græca mulier hic quoque in verba saluatoris respondeat, an magis alia aliqua figura & schemate vtatur. Verba ipsa sanè absolutam aliquam dialecticam spirant. Quis hic anaphoram non videat? quis epanodon hic esse neget?

Sed vnde afflicta muliercula ea dialectica? Certum est homines in huiusmodi mentis angore positos, etiam obmutescere profus. Sed pneuma alium dat os & verba. Ait ergo saluator: Nolite præmeditari quid loquamini, &c. Hoc magistro formante verba, mulier dicit: Rectè filius solis, iuxta verbum tuum fili David, Domine clementissime mi, panis vitæ referuatur. Non ergo Iudæis dominis meis eam felicitatem inuideo, Sed & Deus omnipotens, creator omnium, mens vniuersatis, lilia agri vestit, volucres cæli nutrit, pullisque coruorum escam suppeditat. Eius patris nutu, catuli hominum ministerio sunt dati, vnde fit, vt micis iis, quæ de dominorum mensa cadunt, vescantur. Catula itaque & ego, idololatra, Dei nescia, creatoris mei nutu defero. Dei filiis, satis me beatam reputans, si saltem minutissima fragmenta, à liberorum mensa cadentia, accepero. Epulentur Domini mei filij Dei opipara & pingua omnia saltem famelicæ mihi annue hoc colligere, quod negligentia puerorum cum analectis alioqui perit. Grande admodum conuiuium filiis suis fons pietatis præparauit, apparatu magno omnia nitent. Tanta Domini mei liberalitas, & filiis & catulis, cuique pro sua conditione satisfaciet, vt de plenitudine Domini mei accipiant omnes. Bona oratio, quæ etiam probat Domini sententia.

*Spiritus
sanctus
docet nos
orare.*

Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Melior est finis orationis, principio. Qui perseverauerit vsque ad finem, saluus erit. Nos vtut mali simus, tamen improbitate rogantium sæpenumerò victi, bona data elargimur. Multo magis pater cælestis oratione delinitur feruenti. Si quis superbus, statim non exauditus, recedit retro, suo hoc malo fecerit. Naaman Syrus ille succensebat Helisæo, quod ab eo iuxta aulae pompam, cui assuevit, non fuisset exceptus, 4. Reg. 5. Sed cum suorum consilio obsequeretur, & remissa superbie crista, se Domini verbo humiliaret, à lepræ immunditia statim mundabatur. Sic & nos nisi sub potenti Dei manu humiliemur, nunquam exaltabimur.

*Orandum
perseuerat
ter.*

*Magna si
des Syra-
phœnissa
que.*

Attende hic Christon mulieris fidem commendare. O mulier, inquit, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Que nam fides hic attendenda? Sux ipsius nuditatis agnitio, que.

Dei benignitatis certa persuasio, infatigabilis fidei oratio, oris clara confessio, &c. Talem fidem scriptura ubique probat, talem nobis ubique proponit, talem à nobis exigit. Hæc est cordis purificatio, hæc est illa iustitia, sine qua operum iustitia omnis, nulla immo etiam peccaminosa est & pannus menstruatus. Propter hanc Apostolus Phil. 3. omnia detrimeta arbitrabatur, ut Christon possidere posset: & inueniretur in illo, non habens iustitiam quæ ex lege est, sed eam quæ est ex fide Iesu Christi. Iustitia siquidem legis siue humana, non potest iuxta conscientiam perfectum facere feruentem, Heb. 9. Malum ecclesiasten agit, qui hanc iustitiam populo fidelis sedulo non inculcat, eam omnium spiritualium superstructurarum ponens fundamentum. Nihil sapit euangelij, qui hanc iustitiam non intelligit. Non templi, non arcæ, non terræ Palæstinæ, non ciuitatis sanctæ, sed beneficio sanguinis Christi, ea nobis gratis datur iustitia, ne quis gloriatur nisi in Deo. Hoc est prædicare remissionem peccatorum in nomine Iesu. Qui non Mosis, sed Christi præco esse velit, de hac fide legat Ambrosium de vocatione gentium, libri primi capite octauo, Pelagianos confutantem, & ostendentem iustitiam eam, Dei in nobis esse donum. Idem docet Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Hilarius, & omnes ordine à primitiua ecclesia vsque ad posteriorem. Vide Bernardum in sermone de festo Annunciationis Mariæ. Vides Hugonem Cardinalem vsque ad alios eius traducis catholicos huius nostræ tempestatis. Sed ad Cananæam redeamus. Credit Deum filium Dauid Iesum, credit misericordem, credit potentem. Hanc tantam fidem ut nobis faceret commendatiorem, mulieri statim non respondit. Voluit ut fidem eam clarioribus subinde & clarioribus verbis proferat in medium sermo, cordis est nuncius. Cordis abundantiam cor eructat. Marcus oris professionem magis commemorat cap. 7. ubi hæc Christi verba recenset: Propter istum sermonem, vade, exiit demonium à filia tua. Matthæus fidem cordis magis delineat. Verba euangelistarum variant, sed vnius rei sensum locupletiores & illustriores efficiunt. Gratia Domino Deo, qui tanta mysteria nobis per euangelistarum

suorum diligentiam ostendere dignatus est. Eadem gratia immensa sua annuat, vt illi digne in tanta luce ambulamus. Vocatio gentium, reprobatio Iudæorum, in muliere Cananæa satis est designata. Reiecti sunt Iudæi, electi ethnici. Sed & Deus eos oleæ, vnde eieci sunt, rursus inferere potest: nos, si insolescamus, reicere. Sanati ergò, peccatum caueamus, nè quid nobis deterius contingat.

Et sanata est filia eius ex illa hora. Hæc est summa huius lectionis. Beatitudo est finis nostræ religionis. Hæc omnia in verbo existunt. Verbum est ipsa nostra beatitudo. Verbum est efficax & operatorium. angelorum cibus est verbum. O clementissimum Christum, fiat tibi (inquit) sicut vis. Non dicit, liberetur filia tua: sed, fiat tibi sicut vis. Attende, filiæ fidem matris venisse auxilio. Sic & centurionis fide, eius seruabatur puer, Mat. 8. Attendit & Iesus fidem illorum, qui sibi paralyticum iacentem in lecto obtulerunt. Tanta virtus fidei. Tanta virtus verbi, quod nobis Iesum annunciat. Hæc Dominus declaraturus, dicit mulieri: Fiat tibi sicut vis. Filiæ sanitatem voluit, sanitatem filiæ matris voluntas obtinuit. Imperat virtus, seruit effectus. Sed putas ociosam esse fidem eam mulieris? putas opera ex hac fide manantia, im-munda esse & inferni meritoria? Absit. Mulier proculdubio sanctificata, adhuc plùs sanctificari studuit. Statuas suæ gentis, penates & lares proprios, tanquam spectra, deinceps fugit. Domino Deo Israel, Mesiæ Iesu filio David Domino suo vouit, votaque sua illi reddidit, eius gloriam summa diligentia liberè prædicauit. Fieri enim nequit, vt ea quæ vidimus & scimus, non testemur. Credidi, inquit, propterea loquutus sum, Psal. 115. 2. Cor. 4. Hæc charissimi, est mutatio dexteræ excelsi, quæ repente è latrone (vt Beda dicit) facit confessorem, ex Saulo Paulum, ex prædone præconem, ex hoste testem, quæ etiam ex mensario facit euāgelistam & apostolum Matthæum Leui, qua etiam ex lapidibus filii Abraham efficiuntur. Hæc item dextera impudicam catulam Syro-phœnissam, in ouem mutauit Israeliticam. Nos quoque canes eramus, nunc eadem dextera Dei facti sumus oues. Super est vt ouinam simplicitatem referamus, nè

*Fides Sy-
rophœnis-
sanon fuit
ociosa.*

ueniens malignus, & adductis secum septem nequissimis spectris, domum, vnde eiectus est, repetat, faciatque nouissima mala peiora prioribus. Tantum malum benignissimus Iesus filius Dauid Dominus noster, nobis auertat, Amen, Domino hic nostro Dauid filio, sit laus & gloria eadem cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

SEXTA HEBDOMADAE POST IN-
uocauit, Lectio epistolica Ezechie-
lis XVIII.

SYMMARIUM.

Verbis non obsecris dicitur, neminem aliorum delicto aut damnari aut saluari. Dicitur item in lectio-
ne praesenti, Dominum Deum peccatori resipiscen-
ti non propitium non esse posse: iusto vero viam iusti-
tiae deserenti, & ad iniquitatem deficienti, districtum iu-
dicem futurum.

TEXTVS.

Anima quae peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit ini-
quitate[m] patris, & pater non portabit iniquitate[m] filij. Iu-
stitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eum.
Si autem impius egerit paenitentia[m] ab omnibus peccatis suis quae ope-
ratus est, & custodierit omnia praecepta mea, & fecerit iudicium
& iustitiam: vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum
eius quas operatus est, non recordabor. In iustitia sua quam opera-
tus est, viuet. Nunquid voluntatis meae est mors impij, dicit Do-
minus Deus, & non ut conuertatur a viis suis, & viuat? Si au-
tem auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitate[m] secun-
dum omnes abominationes quas operari solet impius, nunquid vi-
uet? Omnes iustitiae eius quas fecerat, non recordabuntur. In pra-
uaricatione qua prauaricatus est, & in peccato suo quod peccauit,
in ipsis morietur. Et dixisti: Non est equa via Domini. Audi-
te ergo domus Israel: Nunquid via mea non est equa, & non
magis via vestrae praua sunt? Cum enim auerterit se iustus a iu-
sticia sua, & fecerit iniquitate[m], morietur in eis. In iniustitia quam
operatus est, morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua
quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam
suam uiuificabit. Considerans enim, & auertens se ab omnibus ini-
quitalibus suis quas operatus est, vita viuet, & non morietur.

EXEGESIS IN THESES

digesta.

IN præfenti lectione pergit propheta diluere impium prouerbum, de quo supra: Patres comederunt uiam acerbam, & dentes filiorum obstupefcunt, &c. Grauiſſimo & locupleti argumento tam impium prouerbum confutat, & offendit nullum alterius damnari peccato, ſed ſuum: quæque exoluere debitum. Mortem ait eſſe pœnam præuaricationis. Apoſtolus quoque dicit, mortem eſſe autoramentum ſiue ſtipendium peccati, Roma. 6. Et Iacobus ait, Peccatum quàmprimùm perpetratum fuerit, gignere mortem, cap. 1. Sed omnia hæc non tam de morte prima intelligenda, quàm de ſecunda. Fieri enim videmus, impios hic conſeſcere, & in pace hinc migrare, & non difficili atque acerbam mortem e viuis excedere, ſapienter vſque in horam mortis agere, & omnia ſic diſponere, vt felices exceſſiſſe quiſque dixerit. Hodie quoque heretiarchæ animâ agentes, ſcripturæ loca ea quibus Eccleſiam ſoliti ſunt impugnare, crebrò repetunt: Papam ſubindè damnant & execrantur, & pleni inuidentiâ & malignitate, nomen Ieſu inuocant, permittente diabolo omnia hæc, vt floreat impij in eius regno, & vt porrò alij excecentur, & iam excæcati, captiuati permaneant ad eius voluntatem. Dies verò iudicij extremi demonſtrabit à quibus nomen Ieſu in veritate, & à quibus perperam ſit inuocatum. Certum eſt ergò, prophetam hic magis loqui de morte ſecunda. Prima enim mors plerumque in ſcriptura vocatur ſomnus & requies. Vndè Eccleſia vocat beatos, in Chriſto requieſcentes. Impios in hoc ſeculo florere, David in pluribus Pſalmis, Hieremias non ſemel, Iob quoque frequenter conqueruntur. Contrarium quoque ait Apoſtolus, nempe piè in Chriſto viventem, multis malis in hac vita eſſe obnoxium, 2. Tim. 2. Denique & hoc Chriſti, Si vis vitam ingredi ſerua mandata Dei, Matt. 19. de æterna vita non poteſt non intelligi.

2. Sententiâ hæc firma eſt, Vnumquemque onus ſuum portaturum, Gal. 6. Hoc intellige de iudicio Dei extremo, in quo neque pater filij, neque filius patris peccato condemnabitur: ſed vnusquiſque vitæ ſuæ rationem

Mors ſecunda proprie dicitur ſtipendium eſſe peccati.

EXEGE. LECTIO. EPISTO.

*Onus su-
um. quen-
que porta-
re, unde
Et qui in
intelligē-
dum.*

est redditurus, & secundum opera sua, aut gloriam aut
condemnationem subiturus. Constituemur quidem om-
nes ante tribunal Christi, Rom. 14. Sed vnusquisque
pro se de suis factis rationem est redditurus, 2. Cor. 5.
Tum videbitur peccatum esse onus grauens, iuxta
Psalm. 37.

*Iudicij ex-
tremi hor-
ribilitatē
ob oculos
ponere,
prodest.*

3. Deus personam hic non respicit, multò minùs il-
lic. Hic possumus nobis patronos constituere paupe-
res. Possumus etiam, vt Iob ait, ad aliquem sanctorum
conuerti. In die illa districti iudicij, neque patrocinio
neque intercessioni locus erit. Tunc enim iustus vix
saluabitur. Tunc audient satux virgines: Ne fortè &
nobis non sufficiat, ite ad vendentes, & emite vobis.
Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus huius
mundi dominos deos, qui se hic augustiauerunt &c. Hęc
vult Deus vt perpendamus sedulò, & nobis, dum tem-
pus est operandi, ritè consulamus. Sapiens ait: Memento
nouissimorum, & in æternum non peccabis.

*Pœnitentia sacra-
mentum
nobis com-
mēdatur.*

4. Hic ne homo desperet, sacramentum pœnitentiæ
nobis commendatur. Nemo enim faciem Domini sus-
tinuerit, si sacramento tali sublato, peccata obseruaue-
rit Deus. Certum est, Deum peccata omnia tanquam in
sacco inclusa consignasse, vt apud Iobum est videre
cap. 14. Dubium item non est, peccatorem sibi iram
Dei thesaurizare, Rom. 2. Sed interim dum tempus est
pœnitentiæ, dum inueniri potest Deus, iuxta presentem
locum, per pœnitentiam veram potest sibi quisque pec-
cator iudicem conuerrere in patronum & protectorem.
Est enim ipse iudex nostra quoque propiciatio, dum
hac in vita verè pœnitentes conuertamur. Dicis, quid-
nam vera existat pœnitentia? Respondet propheta, con-
uersionem & satisfactionem. Duo audis, quæ si sepa-
ras, vanè pœnites. Alterum est de commissis dolere,
peccatorum odium concipere, virtutum amore tangi,
& planè nouum hominem fieri. Nouus homo est, qui
dicere ex corde potest: Non viuo iam ego, sed viuit in
me Christus. Et vt ille apud S. Ambrosium ait, Ego iam
non sum ego. Alterum est confessio & Ecclesiæ satis-
factio, quam sacerdos confessionarius pœnitenti iniungit.
Hoc statuitur in verbo Christi: Vade, ostende te fa-

*Pœnitentia vera
quæ.*

cerdoti, Mat. 8. Illud Ioan. 1. & 8. Vade, noli amplius peccare. 2. Cor. 13. Opto apud Deum, ne quid mali faciatis. Iam cum neque confiteri, neque symbolum pœnitentiæ secundum iudicium Ecclesiæ subire & recipere sufficit, sine conuersione & contritione, vitæque sincera immutatione, quid fiet de solius fidei euangelistis nouis, qui vtrunque aspernantur? auspicantur pœnitentiam nescio ex quo gaudio, dein & Ecclesiæ sacramentum, quam papisticum reiiciunt commentum. Vtrinque execrabiles. Veram pœnitentiam esse omnibus salutarem, vides Leuit. 5. 3. Reg. 8. 2. Paral. 6. & in quatuor euangelistis passim. Venit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat.

5. Contra Apostolorum sycophantias, vtrunque latius verbis prophetæ discutiamus. Primò ait: Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est. Dein ait, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam &c. Ecce tibi Luterane illuminate conuersionem & satisfactionem. Vis scripturam scriptura fulciri? Audi prophetam Dauidam Psalm. 30. Declina à malo, & fac bonum. Declinare à malo, est penitus odio peccati ad iustitiam conuerti. Facere bonum, est obedire. Obedientia potior victima, etiam apud Deum. Apostolus ait: Qui furabatur, iam non furetur, sed laboret, vt habeat unde largiatur non habenti, Ephe. 5. Iterum duo habes: Non porro furari, est conuerti: Laborare, est satisfacere. Ecclesia vult vt contrariis virtutibus vitia castigentur. Ocium & socordia labore & vigiliis, crapula ieiunio, &c. Zachæus quoque sic pœnitentiam egit, auaritiæ elemosynæ largitione expians, Luc. 19. Hoc vult Apostolus Rom. 12. vbi ait: Odio habentes malum, & adhærentes ei quod bonum est.

6. *Omniū iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor.* Item, Nunquid voluntatis meæ est mors impij? Vide vias Dei & vias huius mundi, sibi in immensum distare. Mundus ait, *Ich wills vergeben aber nicht vergessen.* Remittam, sed recordabor. Deus dicit, *Lo exchar od,* hoc est, Porro non recolā, cap. 31. quod Apostolus quoque pulchrè in nouū deriuat testamētū, Heb. cap. 8. Audite quid

*Contraria
vicia con-
trariis vir-
tutibus ca-
stiganda.*

*Voluntas
Dei &
mundi lō-
gè diffe-
runt.*

dicat Esaias propheta cap. 1. Abstinate peccatis, discite bene facere. Sequitur, si peccata vestra vt cruor fuerint atra, vt nix candida fient. Item, Si obedieritis mihi, bona terre comedetis. Dein mūdus etiam parcere recusat. Domini verò proprium est, parcere semper & misereri. Dicit ergò per interrogationē: Nunquid volūtatis meę est mors impij? Q. d. Mundi quidam ingenium, statim de inimicis fumere supplicium, ire in pœnas &c. Meum verò est, condonare.

*Clemētia
Dei pœnitentiam
veram ex
nobis re-
quirit.*

7. Arduum verbum est Dei, Nunquid voluntatis meę est mors peccatoris? altius ergò repetendū Deus nē videatur indulgentior plus æquo, reddit sui iudicij rationem, dicens mortem peccatoris sibi displicere, sibi perditionem peccatoris nūquam posse imputari. Sed neque peccatū sibi cordi esse. Velle ergò peccatorem conuerti, & pœnitentiam agere. Sic vides quæ mens sit Dei. Iustitiam diligit, & misericordiam vult. Mortem peccatoris non vult, nec tamen ad aliam atque aliam iniquitatē illi parcat, sed vt conuertatur & viuat. Apostolus quoque ait, Deum velle omnes homines saluos fieri, & ad agnitionē veritatis peruenire, 1. Tim. 2. Petrus quoque ait, 2. cap. 3. Verum patiens erga nos, dum non vult perire, sed omnes ad pœnitentiā recipere. Exemplum eius loci vides Gen. 18. vbi tot millibus Sodomitārum & Gomorrhæorum propter Abrahę preces se parsurum ait, si saltem decem innocentes in ciuitatibus illis essent reperi. Et Dominus Iesus fleuit super ciuitatem, quod nō agnouisset tempus visitationis suę, Luc. 19. Idem condoluit Iudę Scharioth, multis eum beneficijs à malo proposito studens reuocare: sed quia condemnationē eius præuidit, ait: Melius erat homini illi si natus non esset. Denique fat temporis dedit ad pœnitentiā Iudęis crucifixoribus suis, vt per dignam pœnitentiā, Dei patris horribilem à se amouerent indignationem, Actu. 2. 3. 4. Nunquid volūtatis meę est, ait? Q. d. Minimè. Quid verò volūtatis Dei non est? Mors. Quatenus verò vult vitam peccatoris? Vt conuertatur. Cohærent sibi, Nolo mortem, & conuertatur. In eodem cap. postea quoque iterū ait sibi non esse voluptati, si pereat peccator. Sed & subdit continuo, *Hascibu*, hoc est, Conuertimini. A-

deò totum negotium (quod supra quoque dixi) situm est in duobus, nempe in conuersione & satisfactione.

Quòd si Lutherani diuersa docent, mirum non est: nouum enim docent nescio ubi repertum euangelion.

Perseuerantia in bono nobis est op^o.

8. Hactenus dixit de conuersione peccatorum ad penitentiam. Nunc porrò dicet de peruersione iustorum ad iniquitatem. Quæstio obseruabilis. Quid fiet iusto, si à iustitia ad iniustitiam defecerit? Respòdeo cum propheta: Iuxta suum laborem cuique merces sua dabitur. Qualis quisque fuerit inuentus, talis iudicabitur. Idem ferè ait diuus Hiero. Vnusquisque in quo inuenitur, in eo iudicabitur. Iterùm idem: Vbiq̃que Dei videtur seuera & truculenta sententia, non homines, sed peccata condemnat. Hæc ille. Si itaque iustus corpus Christi, hoc est, communionem sanctorũ deseruerit, seque corpori diaboli inseruerit, cum diabolo & eius membris in ignem æternum ibit. Non hic proderit, quod aliquãdo in Christi corpore fuerit. permanissè in sanctorum communionem debuit. Dominus Iesus pronunciat beatos eos qui in finem perseuerarint, Mat. 24. Melior est orationis finis principio. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei, Exo. 16. & Num. 14. in Aegyptũ respexisse, vides exitiosum. Debent ergò qui currunt, non retineri, sed ad currendam excitari. Bene, ait Apostolus, cucurristis: quid vos impediuit? idem Germaniæ hodie dicendum. Lutheranò quoque dicendum: Noli inhibere eum qui bonum facit. quin & tu, si potes, benè operare. Nouum folius fidei iustitiam omnem absoluentis, euangelion, quem (per Deum oro) non remoretur? Si tantundem est nubere & continere, quis non malit voluptati indulgere, quàm zona arcta continentie lûbos præcingere, & se propter regnum cœlorum castrare? Si eiusdem meriti sunt ieiunare & cuticulam curare, quis non malit sub rosa viuere, & Genio indulgere? Dominus Deus diabolicam eam plantationem eradicare dignetur. Ad prophetam nos reuertamur. Exemplis ostendamus, non prodesse benè accepisse, & non perstitisse. Chore, Dathan & Abiron proculdubiò primò graues exitere viri, sed postquam Moisi malitiosè resistere, nil profuit illis prior

EXEGE. LECTIO. EPISTO.

grauitas. Vide Num. 16. Psalm. 103. Nunquid non Iudas Scarioth apostolus fuit? Nunquid non Nicolaus diaconus? Matt. 10. Actu. 6. Sed quoniam ille senatum Apostolorum dereliquit, & Dominum Iesum Iudæis tradidit, nihil profuit illi aliquando cum Apostolis fuisse, Acto. 1. Huic item nihil profuit, quod in diaconum erat electus, Apocalyp. 2. Curramus ergo sic, ut comprehendamus.

*Iustus &
que atque
clemens
Deus.*

9. Vides o homo etiam iustum non minus, quam clementem Deum. Caue ergo iudicium eius incurras, ab opere bono, ad quod vocatus es, desistendo. Miserum verbum, fuisse. Fac ergo talis sis, qualis iudicari velis. Esto factor legis, & non iudex. Ambula in via, quæ est infra te, mandatorum Dei, & non in mirabilibus arcanorum Dei, quæ sunt supra te. Iudicia Domini abyssus immensa. Nihil efficiet murmurando oculus nequam. Quid argillæ & figulo? Esa. 45. Hierem. 18. Romano. 9. Via Domini veritas. Omnis homo mendax. Si qui nolunt, (iuxta hoc quod est apud Matt. 23.) iudici iusto suam culpam iniquè adscribunt. Quare agè dum tempus est operandi, operare: dum lucem habes, in luce ambula. Viam virtutis ire ne dubites. aderit tibi Deus, qui est via, veritas & vita, Ioan. 14. 1. Cor. 1. Ad metam ipse te non perducet, nisi ipse in stadio currere volueris, & in vinea Domini laborare, 1. Corin. nono Matt. 20.

10. Tautologiam in propheta obserua salutarem. Reperit eadem iterum atque iterum, quia nobis eadem inculcare conatur. Que verò? Iustum à iustitia cessantem, cum iniustis condemnandum: Impium ab impietate ad iustitiam se conuertentem, cum iustis saluandum. Hic discite primò, pietatem & opera bona vocari iustitiam, & facere iustos. Deindè discite timere iustum iudicem, ne insolescas. Pastor veniet separare oues ab hædis. E duobus alter assumetur, & alter relinquetur, Luc. 17. Relinquetur qui cessat, assumetur qui pergit. Faxit Deus ut pergamus, Amen.

SEXTA HEBDOMADAE POST

inuocauit, Lectio Euangelica

Ioannis V.

SUMMARIUM.

EVangelica historia habet, Christum Iesum Sotera nostrum Solymis miserum quendam, qui triginta & octo annis ægrotans decubuit, suæ clementiæ nutu curasse. Deinde etiam Iudæos misericordiæ hoc diuinæ opus repræhidentes, confutasse atque inuidiæ reuicisse.

TEXTVS.

Post hæc erat dies festus Iudæorum: & ascendit Iesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Hebraice Bethsaida, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, & movebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate: Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multum temporis haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dominus venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatū tuū, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatū suū, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebāt ergo Iudæi, illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatū tuū. Respondit ei: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatū tuū, & ambula. Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatū tuū, & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinavit à turba constituta in loco. Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo, & nuntiavit Iudæis quia Iesus esset qui fecit eum sanum. Propterea persequabantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbatho. Iesus autem respondit eis: Pater meus usque modo operatur, & ego operor.

EXEGESIS IN THÈSES

digesta.

■ Mirabilia opera Domini omnia: nam & Deus mirabilis, maior captu humano. Stagnum hoc in quo infirmi se confirmabant, si quis eorum certo tempore, motionis nimirum aquæ, in ipsam piscinam

*Mirabilis
semper
in aqua.
vbi substā-
tia fuit
Deus ad
baptismi
sacramētū
adūbran-
dum.*

descendisset, supra omnes aquas, quas Plinius, Solinus, & alij autores celebrant, celebrius longè, maioris nēpe miraculi, morbis omnibus medelam certam conferens. Quæ sunt thermæ vsquam tam nobiles, hoc promittentes? Sed Iudei tanti mysterij aquam parum celebrarunt. propter miraculorum copiam, admiratio prorsus ab illis auferebatur: siquidem frequentia quæcunque vilescunt opera, quantumvis magnifica. Opinio fuit, aquæ eius efficaciam eam curandi esse supernè à Deo per ministerium angeli. Obseruandum, Dominum Deum à principio creationis miracula semper in aquæ substantia edidisse: Hoc est, quod spiritus suus in ipsius aquæ creatione super eam ferebatur, Gene. 1. Aqua cataclysmi, supra significationem, plane est miraculosa, Gene. 7. & 8. Nunquid non miraculi loco habendum, quod vnda Mara, rectè Marim, propter amaritudinem miram dicta, dulcis & potabilis est facta, postquam in eam lignum quoddam Dei iussu proiecisset Moyses Exod. 15. Maius miraculum fuit, quod mare Erythreum se diuisit, & vtrinque instar muri consistit, populo Israelitico sicco pede transcendi viam præbens, ratum Moyse virga, Exo. 14. Simile monstrū fuit, quod Iordanis retro reuertebatur, eidē populo trāseundi facilitatem faciens, Iosue 3. & 4. Quid dicam de Sela siue petra, vnde aquarum salubrium vis tanta effluxit, vt tanto exercitui populi & iumentorum abunde ad omnē vsum sufficeret, Num. 20. Mirum quidem hoc, longe tamen mirabilius, quod *Labi hamor*, hoc est, mandibula alinina, per vnus dentis eiusdem scissionem, Samsoni fontis viui vicem præstitit, frigidam ad recreationem affatim fundens, Iudicum 15. Eia quàm salutaris postea factus est Iordanis Naaman Syro, qui simulac verbis prophætæ patens, se in flumine eo septies tingeret, à lepræ mundatus est sceditate. Textus habet, *vaiitbol vaiithar*, hoc est, & baptizauit siue lauit se, & mundabatur, 4. Reg. 5. Miraculū hoc ad Euangelicum multum accedit. Caterum supra naturam fuit, quod ferrum bipennis è fundo emersum, in aquæ superficie instar assulæ nauauit, 4. Reg. 6. Denique quod se rursus scindens, Helix pallio tacta, Helisæo iter præbuit, 4. Regum 2. Non

caret nouum testamentum huiusmodi miraculis. Mirabile enim satis est, aquam mutata in vino, Ioannis 2. Admirabile item, Petrum in maris æquore Christum sequutum tanquam in terræ solo, Matthæi 14. Mirificum item mare, quod antea paulò piscibus vacuum Petrus atque eius socij experti erant, repente tantam piscium fudit copiam, vt & sigenam rumperet, & duas horiolas Petri & eius sociorum repletet, Lucæ 5. Denique nobis sacramentum mirum est, quòd apertile Christi latus in cruce, aquam iuxtà fudit atque sanguinè, Ioannis 19. De aqua Siloe, alias suo loco sumus dicturi. Silentio tamen præteriri non debet monstrum incredibile, quod post tempus apostolorum Dei potentia per D. Gregorium cognomento Theodorum, operatus est in Ponto, vbi repente fluuius quidam prorsus exiccatus est præfati viri deiferi precibus, ad inimicitias inter duos fratres coortas tollendas. Vide Eusebium Pam. libro 7. cap. 24. Hæc tanta miranda ostenta in aquæ substantia facta, non debemus propter copiam parui facere, sed alijs repetere, & baptismi sacramenti typum in singulis colligere. Forte & huc faciunt memorabilia mundi & figmenta poetica. Portentosum prorsus est, quòd apud Plinium legimus de Piceno lacu, in quem lignum deiectum, lapideo cortice obducitur. Item hoc quod in Dodone Iouis fonte, qui cum gelidus sit, & ardentes faces extinguat, tamen accendat easdem, si extinctæ admoveantur. Alius eiusdem prodigij, apud eundem esse legitur, super quem, frigidum licet, expansæ vestes accenduntur. Iterum idem: Fluuius quidam campum irrigat, in quibus pastæ oues, nigro lacte æque gentes alunt. Item Lyncestis aqua, quæ vocatur Acidula, vini modo temulentos facit. Cõtra abstemius sit, de aqua fontis clitorij bibens. Plura idem de vndis ardentibus commemorat. Præcipue & hoc ex eodem obseruatu dignum, ait: Omnia plenilunio maria purgantur, quædã in statò tempore. Alibi fimo similia expuuntur in littus purgamenta. Salmacis, Caballini & monstrosa figmenta aliorum fontium piget referre. Infero verò, si ethnici aut venerati sunt mundi mirabilia, aut in precio habuerunt poetarum fabulas, rectius nos nostra Dei vi-

ui & veri magnalia colimus atque adoramus, sacramenti baptismi figuram præ se ferentia. Credibilia esse persuasum habentes, etiam huc respicere naturæ mirabilia vna cum poeticis fabulis. Aqua baptismi proculdubio flagrat, virtute concepta spiritus sancti, qui ignis est consumens, Matthæi 3. Actuum 1. & c. Hic verus Caballinus & Aganippe, quia fides sacramentum est, habens virtutem illuminandi. Hic renascimur pueri infantes, 1. Petri 1. Nouæ creaturæ, Galat. 6. 2. Corinth. 5.

2. Euangelista ad historiæ euangelicæ certitudinem ostendendam, loci eius in quo præsens historia facta est, Hebraicum & Græcum nomen vna commemorat: quod animaduertentes, vtrunque vocabulum altius expendendum putamus, potissimum hac de causa, quòd videamus scrupulos hic duos inesse, & multis multum negocij facessere. Alter scrupus est, an in eodem loco vna piscina fuerit & caula, an vnum vtrunque sit, aut caula. Alter scrupus, an Hebraicum vocabulum quod Ioannes ponit, pertineat ad Probatia, aut ad colymbethra. Quòd si me hic aliquis ad præsens Græcum vocabulû remiserit, quid is sibi velit, facile mihi subolet. Sed dicat mihi ille vicissim, quare nemo neque prisicorum, neque neotericorum duo hic intelligat. Chrysofostomus, Cyrillus, Theophylactus, Græci fuerunt nati, in lingua sua experientissimi: sed nullus horum duo interpretatur. S. Augustinus tract. 17. nisi piscinæ facit mentionem. S. Hieronymus quoque vnum fuisse sentit: scribit enim piscinam & probaticam idem esse: subdens, quam nos pecualem possumus interpretari. Accedit huc quòd terrarum exploratores, præcipue Bernardus Breidbachius, nisi de piscina aliquid proferunt. Assuerat Breidbachius ille, qui paucis ab hinc annis Solymas vidit, paludem eam, de qua hic agimus, proxime ad templum S. Annæ conspici, Sarracenos verò templum ipsum in *Muskeem* redegisse. Porro si duo fuerunt, mirum quorsum Bethseda referendum, ad probaticanæ, an ad colymbethra. Dicis, ad probatica. Ego hic rogo, quid colymbethra inter antecedens positum est & relatiuum? Fateberis hic perinde esse, quo Bethseda

referatur. Ego Græco nihil detrahens, facile dabo ut adiectiuum & substantiuum diuerso casu legas. Atqui nisi aliud ostendas, vnum ego intelligo, nempe colymbethram siue piscinam, Græce probaticam, Hebraice Bethseda vocatam, Germanice Ein schaffichvemme, in qua sacerdotes tonsas ante quàm ad oblationem reciperent, lauabant. Sed & hic in interpretatione vocabuli scrupus est. Sunt qui legunt *Betheder*, hoc est, septum siue præsepe, Germanice ein viechhaufz oder stal. Sunt item qui legunt *Bethzaida*, hoc est, domus piscium. Sunt præterea Suffeni ridiculi, qui legunt *Bethhesda*, hoc est, domus eleemosynæ: quasi hic fuerit xenodocheum, quod & probatica sit dictum. Sed *Hesed* non significat eleemosynam. Hebræi enim pro eleemosyna vtuntur vocabulo *Zidka*, nempe Daniel. 4. Tobia 2. quod videre est in Hebraico Tobia, qui hisce diebus prodiit. Idem etiam arguit Hebraicus Matthæus capite 6. Tam sibi consentiunt probatica & nosodochium, quàm *Bethseda* & *Bethhesda*. Euangelista ptochotropheium, fateor exprimit in dictione porticus, sed hoc nihil facit ad Bethseda vocem. Dicit de quinque stois, hoc est, porticibus, non de vnico Bethhesda. Vetus Latina translatio non reprobanda, quæ habet *Bethzaida*, quod significat locum vbi pisces conseruantur. Sed dubium an locus ille fuerit ichthyotrophium, quod piscinam vocant Latini, Germanice ein fischhalter, quum vocetur apud Euangelistam colymbethra, Germanice ein schyvimvvasfer: quanquam Septuaginta etiam sic piscinas soleat vocare, Esaia 7. Nahum. 2. Conficio ego tandem ex omnibus, recte Bethseda legi, modo aliis characteribus depingatur, nepe Bethsetha, à domo & agno, ut duo vna exprimat. Consentit Græcum probatica, id est, ouilla. Quod si rursus aliquis mihi obiiciat, *Setha* Chaldaicum esse, & ouem significare, Ioannem vero dicere, locum præfatum Hebraice dici *Bethseda*: Ei respondeo, eundem Euangelistam cap. 19. locum à Caluaria dictum, Hebraice dicere vocatum *Golgotha*: cum tamen teste Hieronymo, Hebraicum non sit vocabulum, sed Chaldaicum siue Syriacum. Iudæi enim quanquam Hebræi fuerunt, post captiuitatem Babylonycam lingua Chaldaica

*Hebraica
vocabula
etiam di-
cuntur que
sunt Chal-
daica.*

atque Syra frequenter utebantur. Undè factum est, vt in multis locis Euangelistæ Chaldaicas dictiones Hebraicas vocent, propterea quod in magno vsu & consuetudine essent apud Hebræos. Cæterum *Gulgoth* Hebraicè significat caluam. Sed quãdo definit in a, vt *Gulgotha*, *Akel dama*, &c. & præfens *Bethsetha*, Chaldaicam, dialecton refert, etiam si natura sint vocabula Hebraica. Adde quod & *Bethhesda* Hebraicum non est, sed Chaldaicum. Nam *hesda* non significat Hebraicè eleemosynam, sed *hesed*. Quare si omnino velis Hebraicè loqui, dicendum non *Bethhesda*, sed *Bethhesed*. Sic eius erroris quem mihi impingis, teipsum in simulas: Summa: aut *Bethsaida*, aut *Bethsetha* legendum arbitror, quorum hoc ad probatica potest referri, illud ad colymbethra. Hoc habet Græcus Ioannes, illud Latinus.

*Sanctifi-
care sabbathum
quid.*

3. Hic in exemplo Christi obserua & disce quid sit feriari & sanctificare sabbatum. Benè mereri de pauperibus. Sane hoc est Pêtecosten solennem celebrare, qualis contigit misero per summum pontificem Christum Iesum. Sic non obsunt cæremoniæ Ecclesiæ. Verùm si negligentur pauperes, dicit Dominus in scriptura ad sacerdotes: Misericordiam volo, non sacrificium, Matt. 9. Ose. 5. Item, Hoc oportet vos facere, & illud non omittere. Mat. 23. Citra eleemosynam & fugam vitiorum feriari, parùm prædicatur apud Esaiam, Amos & Zachariam. Præsta vtrunque, & non erraueris. Dominus Iesus in templo feriat, atque ipsam Pentecosten secundum legis scriptum atque literam, & secundum synagogæ consuetudinem celebrat: extra infirmos curat, noui & veteris testamenti differentiam adumbrans.

*Aquam
piscinæ sa-
lutaris con-
mouit
Christus.*

4. Ad sacramentum aquæ piscinæ reuertamur. Iesus tranquilla aqua piscinæ, interrogat miserum: *Vis sanus fieri?* Quare verò interrogat, tranquilla aqua? declarat se hactenus commouisse aquam, & sese hactenus curasse tot infirmos. Angelus Christum retulit. Est enim Christus magni consilij angelus ille. Voluit misericors Deus Iudæis, quorum duritiam præuidit, baptismum præsignare. Propter hoc tam salutare sacramentum voluit etiam tot in aqua edere miracula, vt sacramenti eius nobis adumbrationem aliquam exprimeret. Angelo descendente

in aquam, properandum omnibus. tunc qui negligens est, perit. Est enim tempus hoc acceptabile, cuius meminit Esa. 49. & Apostolus 2. Cor. 6. Tunc regnum cœlorum vim patitur, Mat. 11. Angelus est Christus, qui descendit in Iordanis aquam, baptizandus à Ioanne Baptista. Commotio aquæ, est eius sanctificatio & viuificationis virtus. Cæci, claudi, aridi, &c. sunt qui nihil possunt, hoc est, totum genus humanum, quod nihil habet nisi acceperit. In sacramento baptismi recipimus visum & omnem sanitatem anime, Illuminamur, abluimur, &c.

Commotio aquæ significat sanctificationem.

5. Roger quis, an angelus aquam commouerit, an turbavit. Semel dicitur de commotione, primò: post, de conturbatione ter. Sic habet & textus Græcus. Hieronymus nisi semel legit, conturbata. Augustinus duntaxat conturbatam legit. Idem facit Theophylactus, Chrysostomus & Cyrillus vtrunque legunt. Angelus commouit aquam tantisper donec turbaretur. Postea duntaxat vnus sanabatur. Vides veteris & noui testamenti differentiam.

Illud turbidum, quia typus, anigma & umbra, paucis datum. Nouum luce clarius toti prædicatur mundo. Semel aut ad summum bis in anno hæc fiebat conturbatio. Nunquam cessat gratia & euangelica operatio. D. Astenis ait in scholastica historia legi, in ea piscina lignum, vnde postea fabricabatur Christi crux, latuisse submersum, emeruisse vero sub tempus Christi crucifixionis. Aiunt lucem gloriæ Dei circa festum paschæ irradiare Domini sepulchrum. Cyrillus dicit commotionem aquæ piscinæ, potissimum factam in festo pentecostes, quod ad baptismi sacramentum proximè respicit.

Nouum & veteris testamenti differentia.

6. Aegrotus etiam hic noster, nobis patientiæ exemplum datur. Duodequadraginta annis expectauit, nec murmurauit. Morbum magnum fuisse videmus, quod non poterat per ipsum primus in piscinam peruenire, cæteris præcurrendo infirmis, Chrysostomus patientiam huius infirmi diligenter & graphicè exprimit. Spes non confundit, hæc neminem pudefacit. Monet ergo propheta Abacuc vt expectemus: addit venturum Sotera, etiam si moram fecerit, capite 2. Admonemur etiam satis est homini Christiano, mittere infirmis pecuniam hic visitationis infirmorum exemplo Christi. Non

Expectanda salus in patientia.

& cibū, &c. vſitare & curare etiam eos debemus. Nam ſinè cura & viſitatiōe nihil illis prodeſt aut pecunia, aut eſca. Olim locū habuit prouerbiū: Tunica pallio propior. Nunc quū in Chriſto Ieſu vnū ſimus corpus, dicitur ad nos: Amabis proximū tuū ſicut teipſum, Deu. 6. Mat. 22. Hodie itaque noſtrum ſit prouerbiū, Alter idem.

*Patentia
meritum
magnum.*

7. Patientia nobis opus eſt. Patientia magni eſt meriti. Vnde videmus fieri, quòd Chriſtus & Apoſtoli frequenter curant eos qui multo tempore decubuerunt, aut alias malè habuerunt. Mulierem illam quę decem & octo annis miſerè incurua, contra ſta nimirum, fuit, curauit Lucæ 13. Cæcum natum, Ioannis 9. Petrus quoque claudum natum, velocem fecit Actuum 3. Itidem fecit Paulus Lyſtris Actu. 14. Rurſus Petrus curauit Aeneam, qui octo annos decubuit ægrotus, Actuum 9. Summa: Curat virtus ſuperna potiſſimum tales morbos, quibus nulla mederi poteſt ars & medicina. Obſerua benignitatem Chriſti. *Vis ſanus fieri?* ait, Sic etiam dicit cæco in via apud Hiericho ſedenti: Quid vis vt faciā tibi? Lucæ 18. Sed quare rogabat, cū certum fuerit hoc voluiſſe miſerum? Fidem excitare voluit. Valetudinarius non cognouit Ieſum talem ac tantum Sotera, qui poteſtate & virtute diuina præditus eſſet. Reſpondit ergò: Domine, non habeo qui me in aquam turbatam mittat: qua ſi dicat: Vinam tu hoc mihi præſtare digneris. Chriſtus hæc infirmitatem fidei vna cum corporis valetudine aduerſa curare voluit: atque hoc eſt quare hominem interroga-uit, num ſaluus fieri vellet.

8. Audiamus nunc verbum Domini. *Surge, ait, tolle grabatum tuum, & vade.* Tria præcipit: & ea quæ præſcribit, infirmus facit, Vides aquæ motione efficacius verbum Chriſti. Quadrat huc Pfalm. 45. Dedit vocem ſuam, & mota eſt terra. Dixit, & facta ſunt, Gen. 1. Pfalm. 32. Ioannis 1. Miraculum quod hic videmus, longè ſuperat ea quæ antea præſtabat commota aqua. Infirmos oportuit ſe dare in aquam. Chriſtus ſaltè dicit verbo, & fit quod vult. Surgit decumbens. Grabatum quod antè iam præſerat, tollit. Non ſubleuat ſaltem, ſed & baiulat. Quis à medico curatus, tale efficax robur, niſi poſt longi temporis curam & multas reſectiōes, confequitur? Dubiū

est, quod Plinius scribit, Rutilium mulum suum portasse. Baiulâsse lectum suum, nostrum hunc fratrem à Domino Iesu curatum, nemo dubitat fidei. Disce hic baptismi virtutem. Vani sunt Luterani, qui dicunt etiam post baptismi lauacrum tenere in homine baptizato traducis peccatum. Verbi virtus æstimanda, nominis Iesu efficacia consideranda. Penitus curatur, qui per Domini vocem curatur. Idem verbum est quo vitur Ecclesia, & quod protulit Christus. Exempli gratia, Apostoli eadem & maiora miracula fecerunt in nomine Iesu, Ioan. 14. Mat. 10. Vndè etiâ umbra Petri curabantur infirmi. Etiâ voce saltem curabat Petrus, sed Christi nominis, non sui. Ait enim: In nomine Iesu Nazareni surge. Nemo catholicorum in suo nomine baptizat, sed in Dei nomine omnes. Vndè qui baptizantur, penitus emaculantur. Peccatum penitus extergitur. Fomes remanet ad meriti ansam, non ad baptizati vllam maculam.

9. Sabbathismi item vera ratio hic discenda. Superstitio Iudaica dediscenda. Alibi noluerunt vt in sabbatho curaret. Marc. 3. Lucæ 6. & 14. Ioan. 7. & 9. Hic nolunt vt ille qui per Christum conualuit, Christi verbo parendo grabatum suum tolleret. Videndum cni obsequaris. Asini sunt, non homines, qui prophano magistratui in rebus Ecclesiæ, contra Ecclesiam, parent. Vtinàm asini essent, & nunquàm nati, Principes & omnes qui ad hæreses & schismata exitiosa ordinantias præscribunt, & qui illorum impiis præscriptis obtemperant. Ignorant illi quid sit sabbathum, quantumvis de sabbathi scientia sibi placeant. Nolite fieri serui hominum, qui precioso sanguine estis redempti. Nolite perfidis Ecclesiæ proditoribus nè ad tempus quidem cedere. Videmus principes perfidos ad quenuis turbinem tentationis deficere. Filij sunt hominum. De libertate Christiana disputant, & quæ vera libertas sit Christiana, ignorant. Cogunt infelices principes, cum lubet, plebem nunc ad feriandum, nunc ad laborandum intempestiuè. Hic libertas Christiana locū non habet: sed ad disciplinas sacras Ecclesiæ, & ad vota solennia monastices & perfectioris religionis contemneranda & soluenda, libertate vtendū Christiana. Hoc vult sacer Luteranismus, faciēs ex nigro

*Baptismus
à peccato
nos omni
penitus
abluit.*

*Sabbathis
mi vera
ratio dis-
cenda.*

album, & rursus ex albo nigrum. Fidelis in sabbatho magno nouit quid Deo debeat & Cæsari, nouit Deum Cæsari præferendum. Fateor Hierem. 17. de onere non ferendo in sabbatho præcipi, sed Dominus sabbathi filius hominis.

10. Nihil temere Christiano faciendum. ~~Quis dicitur~~
~~Christus~~ Præstet homo hoc ipsum quod hic audit: *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & vade.* Sequere Christum, & in tenebris non ambulabis. Sequere verbum, & non peccabis. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Sed quid est quod ait, *Qui me sanum fecit, dixit? Tolle &c.* Hoc est, qui nos creauit & sanauit sine nobis, non vult nos saluos fieri sine nobis. Tolle grabatum: hoc est, qui es sanus factus, nouam vitam auspicare, peccatum corrige, fac penitentiam, ne quid tibi contingat deterius &c. Solius ergo fidei doctrina illa noua, Christi non est. Deut. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima tua, & proximum tuum sicut teipsum. Idem repetitur Mat. 22. Item, si vis ad vitam ingredi, serua mandata, Mat. 19. Qui meus vult esse discipulus, tollat crucem suam, & sequatur me, Luc. 14. Per angustam portam vult nos intrare, Luc. 13. Vult nos vigilare, succinctis lumbis, candelas ardentes in manibus gestare. Nusquam apud Euangelistas audis ad solam fidem nos vocatos. Necessum ergo est, vt obsequamur illi qui nos sanos fecit, vt porro præstemus hoc quod iussit, memores verbi quod paulopost ad hominem dicit: Noli amplius peccare, ne quid tibi contingat deterius. Redemit nos, vt deinceps non nobis, sed illi viuamus, 2. Cor. 5.

*Fidei soli
doctrina,
vana doctrina.*

11. In templo offendit ægrotum paulo ante à se curatum saluator. Baptizati & curati, in templo sese semper continere debent. Ibidem loci etiam inuentus Christus puer annos natus duodecim, Luc. 2. In templo frequentes erant Apostoli Actu. 3. Templum allegoricè significat Ecclesiam, in quam se curati debent recipere, hoc est, Ecclesie debent conciliari & obsequi. Qui Ecclesiam audire negligit aut contemnit, tanquam ethnicus debet haberi. Vade, noli amplius peccare, ait: idque in Ecclesia. Hæretici qui extra sunt, verbum hoc non possunt intelligere.

intelligere. Putat omnia nobiscitra culpam aut meritum, occulto Dei iudicio, fatali quadam ratione prædestinato, contingere. Sed in Ecclesia docetur longè aliter, nempe cuique pro merito & culpa, iuxta generalem regulam iustitiæ Dei, euenire omnia. Ecclesiæ doctrinæ hæc in præsentî verbo Christi fundatur: *Vade, amplius noli peccare, ne quid tibi deterius contingat.* Sensus obscurus nō est, nempe is: Tua culpa es flagellatus: vide sis peccatum posthac caueas: nisi caueris, grauius vapulabis. Vis illuminare Lutherane, scripturam scriptura confirmem? audi similem locum Matt. 9. vbi ait paralytico: Fili, remittuntur tibi peccata tua. Ecce tibi paralytin ibi pœnam peccati. Confer vtrunque ad legem & prophetas. Confer huc exempla cataclysmi, Sodomæ & Gomorrhæ, & hoc genus cetera pœnarum exempla, cum exemplis beatorum omnium: & videbis nihil in mundo sine causa fieri. Præterea etiam expendendum verbum Christi, dicens: Ecce sanus factus es. Non ait, Ecce ego te feci sanū, *Humilitatis exemplum Christi* ego te curauit. Sic loquitur quasi alius quispiam miserum curauerit. Quare verò hoc? Nobis in exemplum *stus nobis reliquit.* humilitatis. Odit Deus omne superbum. Primò hic pharisæicum corrigatur supercilium catholicorum, qui dicunt identidem, Nos soluimus, Nos ligamus &c. Vox ea, teste Hieronymo, omnium schismaton est causa. Danda ergo gloria Deo. Non gloriatur bipennis aduersus fabrum. Deinde corrigantur & hic hæresiarchæ, sibi omnia adscribentes: Nos sumus qui euangelion diu sôpitum & sepultum, rursus protulimus. Nos sumus qui veritatem primò ausi sumus publicare, Quam veteres fociis nolebant pandere charis. Occiderent aliquem hæretici suæ laudis encomiis. Contra hæresios hoc vitium etiam hic præsens locus præsens habet remedium. Nam si filius Dei ad eam gloriæ fuit fugitans, quid gloriatur impuri? Nihil est quod non acceperimus. In Christo fuit plenitudo diuinitatis. Vana ergo est omnis nostra gloria, immò non vana modò, sed execrabilis, quia fures & latrones, nobis, quod Dei est, vsurpamus. Ecce sanus factus es. humilitatis ergò nos submoneat: & quod sequitur, Vide ne rursus pecces, sedulitatis habet exhortationem. Reciduantis nouissima, prioribus semper si-

unt peiora. Contra reciduationem ait S. Petrus 2. cap. 2. Nam si postea quam refugerunt ab inquinamentis mundi per agnitionem Domini & saluatoris Iesu Christi, tamen his rursus inuoluti superantur, facta sunt illis postrema peiora primis. Satius enim fuisset illis non cognouisse viam iustitię, quam, ubi cognouerunt, conuerſi ab eo, quod illis traditum fuit, sancto præcepto. Verum accidit illis id quod vero prouerbio dici solet: Canis reuersus ad suum ipsius vomitum: & sus lota, reuersa ad volutabrum cœni. Hęc ille. Summa: Ex peccatis, vt ait Chrysoſtomus, proueniunt morbi. Peccatum statim (vt ait Origenes) est consummatum, sed pœna diu tenet. Si in hac vita non euenerit, in illa duplicabitur. Vide exemplum diuitis epulonis Lucae 16.

12. Postremò omnium & hoc obseruatu dignum, quod ille homo nunciauit Iudæis, quia Iesus esset qui fecit eum sanum. Gratiarum actio semper sit in ore nostro. Est autem sacrum, quod vocant Missam. Hoc haud quaquam propter hæreticorum iram intermittamus. Deinde etiam insultando hæreticis, prædicemus officium Ecclesię catholicę, apostolicę, matricis Romanę. in eo siquidem operatur spiritus sancti gratia. Iesus est qui nos in isto curat officio. In Ecclesia est administratio spiritus, non literę. In hoc differunt lex & euangelion, synagoga & Ecclesia, 2. Corin. 3. S. Augustinus historiam hanc allegoricos interpretatur. Idem propemodum facit Cyrillus. Tropologia Theophylacti nec est improbanda, præcipuè hoc quod motionem & conturbationem aquę, de sacramentis baptismi & pœnitentię exponit. Historiam graphicè dilucidat Chrysoſtomus. Sacerdos catholicus omnia legat, & pro loco & tempore quę commodiora videbuntur, proferat.

SABBATHO POST INVO-
cauit Epistola beati Pauli
1. Theſſ. V.

SVMMARIVM.

Beatissimus Apostolus sexdecim articulos præstandorum & omitteudorum nobis hic præscribit, quibus Deo seruiamus & proximo, fidem, spem & charitatem erga Deum, dilectionem item erga proxi-

*Officium
Ecclesię
est in quo
operatur
spiritus
sanctus.*

num veram declaraturi. Beatus qui Domini verbum au-
dierit & custodierit.

TEXTVS.

Rogamus autem vos fratres, vt non eritis eos qui laborant
inter vos, & presunt vobis in Domino, & monent vos, vt
habeatis illos abundantius in charitate propter opus illo-
rum: pacem habete cum eis. Rogamus autem vos fratres, corripi-
te inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes
estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed
semper quod bonum est, sectamini in inuicem & in omnes. Sem-
per gaudete, sine intermissione orate. In omnibus gratias agite.
Hac est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis,
Spiritus nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Omnia
autem probate: quod bonum est, tenete. Ab omni specie mala
abstinetes vos. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia,
vt integer spiritus vester, & anima, & corpus suu querela, in
aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.

EXEGESIS IN THESES
digesta.

1. Sola fides ad iustificationem, atque per hoc ad salu-
tem est inefficax. Fides per charitatem operans, iustifi- *Fides sola*
catoria est. Iustitiam faciens, iustus habebitur: quia non *ad iustifi-*
verbis & opinatione, sed factis iustitia absoluitur. Chri- *cationem*
stus obediendo patri humilis veniens ad baptismum, a- *& salutē*
it. Sic oportet nos implere omnem iustitiam. Omnem, *est ineffi-*
air, nullam excludens. Et Apostolus ait: Si habuero om- *cax.*
nem fidem, ita vt montes transferam: charitatem verò
non habentem, nihil mihi prodest. Nullam fidem exclu-
dit, quia omnem dicit. Nihil est ergo eorum aposto-
lastrorum commentum, qui dicunt fidem solam apud
Deum iustificare. fidem per charitatem operantem, a-
pud homines. Ambrosius insigne permissa est, quòd su-
per Philip. 4. merita iustificationum dicere audeat. Sed &
permissa ipse, cum dicat Rom. 2. Non qui ver-
bum audit, sed qui ipsum opere perficit, iustificabitur.
Baptista qui ait, Beatus qui audit verbum
Dei, & custodit, hoc est, facit ipsum, Luc. 11. Item
beatus est si feceritis. Opus bonum Dei est, non ergò
iustus hoc sibi adscribit, sed se inutilem seruum agno-
scit, Luc. 17.

2. Apostolus in præfenti lectione fratres bis compellat. Primò omnes in genere, tam laicos quàm clerum. Dein clerum, hoc est, animarum curatores, mysteriorum Dei dispensatores. Illos obsecrat vt fratres, hos peculiariter flagitat. Fratres tam hos vocat, quàm illos, est enim vniuersitas fidelium, fraternitas vera. De qua re vide S. Hieronymum super Esa. capite 19. vbi describit quinque Ecclesiæ ordines, episcopos, presbyteros, diaconos, fideles, cathecumenos. Plebem precatur, vt clerum in precio habeat ipsi deferendo. Clerum exhortatur obnixius, vt tanto honore se dignos exhibeant. Dignos verò tū se exhibent, cū vocationi suæ respondere conantur. Præcipuum opus Episcopi, est corripere inquietos, consolari pusillanimes, suscipere infirmos, patientem esse ad omnes. Duplici honore digni sunt, ait ad Timotheum, qui benè præfunt in verbo & doctrina. Denique neque his, neque illis solam fidem innuit sufficere, vndè rursus vtrosque ad bona exhortatur opera.

*Honoris
episcopi: in
rationem
nosse pro-
dest.*

3. Primum, quod ad laicos scribit, vult vt nouerint quibus deferant, vt sciant vndè duplicatus ille honor veniat, quare Episcopos deceat. Noueritis, ait, eos qui laborant inter vos, & præfunt vobis in Domino, & me nent vos. O dolor, ô peruersitas. Laborantibus deferendum decreuit: hodie verò ociosis potissimum rerū summa tribuitur. Parochi sunt laborantes propriè, in verbo nimirum & in doctrina: laborantes iudè in sacramentorum administratione, tam Episcoporū quàm diaconorum functiones exequendo.

EXEGE. LECTIO. EPISTO.

ritatem & pacem. Honoris propter laborem merita-
 tem propter modum pacem propter admoni-
 nem. Qui laborant, ait, & presunt, & monent. Qui non
 laborant, debent pudefieri. 2. Theff. 3. E regione labo-
 rantes honore prosequendi. Rectores sunt patres: ergo
 charitatem illis decernit. Qui monent fideliter, sunt nu-
 thetantes, non sunt assentatores, blandiloqui: argunt
 feueriter, instant tempestiuè, intempestiuè &c. Vult er-
 go vt pacem cum illis habeamus, eorum verbera æquo
 animo sufferentes. Angeli sunt Domini exercituum, Ma-
 lach. 2. ergo pacem cum illis habeamus necessum est. S.
 Chrysostronus hic multis encomiis sacerdotalem sta-
 tum in cælum extollit, tribuit illi principatum, cui lai-
 cos subditos vult. Id verò facit autoritate Apostoli 1.
 Corinth. 16. vbi vult fratres, familiæ Stephani (qui Ec-
 clesiæ moderatorem egit) esse subditos. Ibi Apostolus
 eodem verbo vtitur, quod etiam vides Rom. 13. nempe
 hypotasso, quod obedire significat. De sacerdotibus
 hic ait Chrysostronus: Orant pro te, administrant tibi
 charismata diuina. per sacramentum baptismi regene-
 rat te, exhortatur & erudit te, & media nocte vocatus
 ad te venit. Mox infra: Per sacerdotes estis geniti in æ-
 ternam generationem, per illos contigit vobis regnum:
 omnia quæ ad salutem vestram sunt commoda, per eo-
 rum manus efficit spiritus sanctus. Per illos vobis portæ
 regni cælorum referantur. Qui Christum diligit, sacer-
 dotem qualemcunque non habebit odio. per ipsum e-
 nim sacra consecutus est mysteria. Hactenus ille. Quæ
 loquatur in dialogo, mira sunt. dicit sacerdotem allo-
 qui spiritum sanctum, sacrosanctam offerre hostiam, &
 omnium nostrum Dominum manibus attingere. Mox:
 Et qui poterit talis satis coli? Recordare quales manus,
 qualis lingua, per quæ hæc fiunt & dicuntur, Libro 6.
 Denique libro 3. exclamando ait: O miraculum, ô Dei
 erga nos charitatem: qui supra sedet dexter Deo, hic in
 sacrificio manibus sacerdotis tenetur. Alludit huc di-
 nus Ambrosius in hæc verba: Honorificentia sacerdotis,
 non de timore magis * fit, sed de amore, &c. Longum
 esset plura adducere. si exempla adducere velim S. Anto-
 nij, S. Francisci, & hoc genus sanctissimorum laico-

* fit,

rum, iustus mihi conficiendus esset liber. Breuitatis ergo causa lectori pro rem eam relinquo penitus aestimadam. Pius videt & dolet, sacerdotiū hoc tēpore adeo esse contemptum. Vix credo tempore Arrij ordinē hunc tam admirandæ celsitudinis, tam fuisse vilem, atque hodie est. Sacerdotem hodie esse, plane est cōtumeliosum. Vnde & dicto Teutonica Pfaff, probrosus prorsus est vocabulum. O tempora, ô mores.

¶ Primò cōmēdat Apostolus Episcopis, corripere inquietos. Iuxta veritatē & fontē Græcū poteris legere, monere inordinatos. Vetus tamen translatio non est abicienda, quæ magis sensum quàm literā est assecuta, vt infra statim admonebimus. Principio Apostolū observa hic repetere elegantissimum vocabulum nutheteo, quod significat monere acerbè & quodāmodo corripere, & gnarū facere. Sic vides positum Colof. 1. & 3. Item Ephes. 6. Vult Apostolus parentes liberos suos erudire & instituere, Colo. 3. & Eph. 6. Idem vult omnes admoneri, & in Christo perfectos fieri, Col. 1. Deniq; ad Tit. 3. vult hæreticū hominem vitari post vnam atque alteram nuthesian. Idem fere etiam hic Episcopo cōmēdat. Dictum est de primo vocabulo, Monere siue corripere: nunc & aliud videamus, nēpe inquietos vel inordinatos. Omnes pseudocatholici sūt inordinati, quia disciplinam ecclesiæ negligunt, & legem Dei præuaricātur. Potissimum verò inordinati & irrequieti sunt hæretici, qui disciplinas ecclesiæ antiquare, & ipsam legē diuinā plane irritare conantur. Merito bonorum operum irritato, lex Mosaica non solum, sed & Christi præceptum nouum, charitatis nimirum, est in nihilum redacta. Qui hoc faciunt, irrequieti prorsus sunt ipsi, factiosi nimirum, vnde & omnia irrequietant, hoc est, seditioibus conturbant. Vult Apostolus hīc tales compefcere Episcopos, non blanditer, sed seueriter, vt tam ipsi quàm alij, ex correptione tali fiant cautiores, iuxta verbum nutheteo. Nuthesia item significat excommunicationem, vitationem nimirum, de qua ait ad Tit. 3. Idem est quod Matt. 18. Dominus ait: Sit tibi tanquam ethnicus. Horrendum vero est, quod apud Titum ait Autocatacritos, id est, per se damnatus, & vt vetus

*Episcopos
officiū est
monere in
quietos.*

*Hæretici
per se sunt
damnati.*

habet versio, proprio iudicio cōdemnatus. Hæretici vltro & volentes sibi corporis & animæ exitum adsciscunt. Hæreticos esse inordinatos & irrequietos tales, vides item 2. Thessal. 3. vbi dicit: Denuntiamus vobis fratres in nomine Domini Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. Catholici reprobi, sunt fateor & ipsi inordinati, non tamen hæretici. Rursus omnis hæreticus est inordinatus. Hæretici itaque sunt proprie Atacti, ambulantes Atacti, exercendo & peragendo Ataxian. Contra quos etiam Apostolus inuehitur 1. Cor. 14. De Lutheranis nostris dubium non est, quin sint inquieti & inordinati, quia sunt hæretici, sensum communem obliterantes, omnes fere sopitas hærefes excitantes, sacramenta omnia partim pro sua libidine perperam administrantes & tradentes, partim profus negantes, traditiones Apostolicas & disciplinas Ecclesiæ vna cum solennitatibus & cæremoniis abolentes omnes. Denique irrequieti sunt, quoniam omnes in suam sectâ inducere & donis & blâditis, cogere etiâ minis non supersedent. Hos duriter increpandos sancit Apostolus. Atqui si non proderit nuthesia pontificalis, locû habet Exusia Cæsaria, de qua Rom. 13. Exusiam eam S. August. quanquam inuitus, inuocauit cōtra Donatistas fidelis Episcopus. Hodie quotusquisque fidelis Episcopus inuenitur? Faciunt fœdera pacis cum hæreticis, tantum abest vt eos aut corripere, aut Cæsaream maiestatem ad coercendum tales inuocare velint.

*Nuthesia
pontificalis
esse debet
Exu
siana.*

*Episcopi
est infirmos
in fide
de suscipere.*

7 Consolamini pusillanimes. Episcopi etiam est infirmos in fide suscipere. Medicus debet pro morbi qualitate temperare phârma. Pastoris est pecus suam nosse. Sunt duræ ceruicis & indomiti plerique, sunt rursus meticulousiores plus æquò: nō ergo vna admonitio vtriusque conuenit. Episcopus consulat Pastorale Gregorij, vt discat secare sermonem: quod nisi didicerit, spermológus siue verbiperda habendus. Sacra scriptura tam ad comem, quàm ad duram facit increpatione, Rom. 16. 2. Tim. 3. Bonus pastor micropsycho sit pater consolationis, Actu. 4. Præfractis vero fulmen, 2. Thess. 3. Tit. 3.

illi dicat, Bono sis animo; Efaïæ 35. his vero dicat, Ma-
ran attha: hoc est, Dominus venit, s. ad iudicium, 1. Cor.
16. Mat. 16.

8 *Suscipite infirmos.* Consentit superiori quidem, sed aliud quoque exprimit. vnde etiam à superiori per com-
ma est distinctum. Infirmi sunt varij in Ecclesia. Primò
neophyti, qui fere infirmi sunt in fide & in discipli-
narum & religionis obseruantia. Sunt etiam infirmi cō-
stitutione corporali, qui non possunt per imbecillita-
tem corporis, vigiliis, ieiunia & alias disciplinas præ-
stare. Denique infirmi sunt plerique mente siue consciē-
tia: sunt autem supersticiosuli, quos vulgus vocat an-
gustæ conscientia homines. Contrarij sunt illis Lute-
rari Ataci, quorum cōscientia vsque adeo sunt amplæ,
vt in illis ciuitatem decē millium ciuium ædificare pos-
sis, quemadmodum ille Magnum Alexandrū depinxit.
Ex præmissis liquefcit, quos infirmos debeât episcopi
portare & adsumere, Rom. 14. Infirmis esse infirmos, 1.
Cor. 9. Sic sunt sufferēdi infirmi, quæ admodum alij alios
onera iuuant, Rom. 15. Gala. 6. Idem verbum habet tam
hic, quàm in iā citatis locis, vt videas qualiter infirmos
sustineas atque portes. Idem est quod Apostolus vult
Coloss. 3. vbi ait, Anechomeni allelon, hoc est, suppor-
tantes siue iuuantes inuicem. Verbo enim eo etiam hic
vtitur.

9 *Patientes estote ad omnes.* Longanimes vult nos erga
omnes esse, alienos ab iracundia. Iræ locus non est cō-
cedendus, Ephe. 5. Psalmo 4. Virtus pulcherrima ea,
de qua hic agimus, macrothymia cōmendatur nobis
2. Cor. 6. Fructus est spiritus sancti, Gal. 5. Virtutis hu-
ius exemplum est Deus pater ipse, Rom. 2. 2. Petri 3.
Exemplum hoc potissimum nobis imitandū Mat. 5. Spe-
cies comitatis est etiam alia, quæ dicitur hypomene.
Est autem, aduersa omnia æquo animo sustinere, de qua
vide Iobum & Iacobum capite 5. Prouerbiū siue eu-
logium philosophicum, vtranque virtutem complecti-
tur: Sustine & patere. Vtræque episcopo præcipue cō-
mendatur. Oportet episcopum esse comem, propensum
ad docendū. Nam si omnibus dicitur, In patientia ve-
stra possidebitis animas vestras, multo magis hoc sibi

*Infirmi
varij sunt
in Ecclesia.*

*Patientia
& longani-
mitas præ-
cipue epi-
scopis est,
necessaria*

EXEGES. LECTIO. EPIST.

dictum credat episcopus, qui exemplar virtutum debet esse gregi.

Malū pro malo nemini faciendum.

10 Nunc porro subdit Apostolus ea, quæ tam clero quam laicis sunt præstanda. *Videte*, ait, *ne quis malū pro malo alicui reddat*. Idem à nobis contendit Rom. 12. Idem nobis præscribitur Matt. 5. Luc. 6. Falsum vides ethnicum dictum, Par pari referto. Magistratus est, ab iniuria defendere imbecilles, vlcisci eos qui iniuriam patiuntur, &c. Rom. 13. 1. Petri 2. Magistratus, si priuatim causa vlciscendi sese, malum pro malo reddiderit, æque atque priuatus, peccat lōge magis quam priuatus: vide Chrysoft. & Theophylactum. Si hīc malum pro malo reddere prohibemur, item si inimicū diligere apud Evangelistam iubemur: heu mihi, quantum est peccatum Lutheranorum, Ecclesiam, vnde tanta bona susceperunt, infestantium? Ingemiscit & lugēt hodie vniuersa Ecclesia, Pharaonū illuminatorū vexata iniuriis. Videbūt Pharaones, Dominū Deū gemitus suæ tandē exaudire Ecclesiæ, Exo. 2. Psal. 11. & 101.

Bono malo vincentis omnibus.

11 Semper quod bonum est, sectamini in inuicem & in omnes. Pertinet ad hoc quod dictum est, Nemini malum pro malo reddentes, sed semper quod bonum est, sectamini, &c. Alterum prohibemur, alterum iubemur. Prohibemur, ne malum cuius pro malo reddamus: iubemur verò, vt hoc quod commodum est omnibus, sequamur erga omnes. Supra prohibemur alicui malū facere, hic iubemur omnibus facere bonum. Sic enim æmulamur patrem cœlestem, Matt. 5. Luc. 6. Locus iræ non dandus, Rom. 12. Oportet nostram iustitiam esse maiorem, quam fuit patrum in veteri testamento, ne dicam ethnicorum, Mat. 5. Bonum sectari, Dem guten nachzulen oder iagen, Hebraismus est. Talem vides etiam, 1. Cor. 14. vbi ait: Sectamini charitatem. Hebræis est *Raddaph*, quod nobis persequi. Psal. 33. ait: Quærite pacē & persequimini eam. Idem verbū 1. Pet. 3. Sensus est, virtutē euāgelicā haud secus quærite, quam ipsam vitā atque salutem, quam perpetuo retinere optatis.

Lugendi causa fidelibus non

12 *Semper gaudere.* Contristatis hoc potissimum dicitur. Lugendi causa maxima est fidelibus. Quis enim tam duri cordis esse possit homo, qui hodie non lugeat, vi-

dens tantá Ecclesiæ catholicæ calamitaté? Quod Turca *deest, nec*
 necdú deuastauit, hoc omni Turca perniciosius perdit *abest con-*
 hæresis Lutherana. Quot hodie sectas inter sese infensis- *solatio.*
 simas excitauit Luterus? Oés hæ sectæ vna vehementia
 sanctâ matricé impugnât Ecclesiâ. Quis hæ cõsiderans
 non illachrymetur ex corde dissecto? Accedit huic tâto
 malo cuiusque crux. Adde quòd & quisq; cõmisit quod
 deseat. Sic publica & priuata oïbus lugédi imminet cau-
 sa. Sût verò impij, qui nihil malorû tantorû considerât,
 nullo tantorû mouentur malo. Hos non vocat ad gau-
 dium: gaudét enim tales sibi in perpetuum luctum. Pios
 fideles luctuosos monet vt gaudeant, iuxta hoc quod
 Christus ait: Beati qui lugent, quoniâ consolabuntur.
 Saluator suis discipulis contristatis promisit gaudium,
 nunquàm ab ipsis auferendum. Apostolus quoque Phi.
 4. gaudere iubet, idque geminato gaudiij vocabulo, Gau-
 dete, ait, iterum dico, gaudete. Apud Matthæum gaudiij
 huius reddit rationé, dicens: Quia merces vestra magna
 est in cœlis, cap. 5. Quorû merces? Eorum qui hic lugét,
 qui hic iniuria afficiuntur. Apostolus Iacobus etiâ mo-
 net idem, dicens cap. 1. Pro summo gaudio ducite fra-
 tres, quoties in tentationes incideritis varias. Omnia
 quæ de gaudio euangelico vsquam legis, in eum fen-
 sum accipe. In Deo solidum nostrum gaudium est sitû.
 Cæterum in mundo conturbemur oportet. De hocce
 gaudio, qui volet, legat ea quæ nos scripsimus in postil-
 la nostra, 4. dominica aduentus super lectionem Philip.
 4. Vide item Rom. 14.

13 *Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite.* Duo
 nobis plane euangelice hic præscribit Apostolus, *Canonicæ*
 continuam orationem & gratiarum actionem. Improbe *preces non*
 orandum, sèmpè obsecrandum. Vides idem nobis præ- *vane.*
 scribi Luc. 18. Non ergo preces canonicæ, papisticæ ha-
 bendæ, sed plane apostolicæ. Septies in die precari, est
 continue precari. Canones eaim fatentur continuû esse
 etiam quod fit per interuallum, modo fiat perseverâter.
 Vetus noster Adam, hoc est, vetustas, nos ad continuâ
 orationem vrget. Septies in die cadit iustus: orationis
 itaque suffragio vt resurgat, necesse habet. Facit ad
 hoc oratio Dominica, in qua assidue precamur: Dimitte

EXEGES. LECTIO. EPIST.

nobis debita nostra. Vbiuis locorum vota cordis ad Dominum Deum emittenda. Huius exemplum habemus in Moise Exod. 14. Infert sanctus Hieronymus exemplum ipsum etiam hoc in loco. Scitum est etiam hoc, quod est apud diuum Augustinum: Si benè viuis, laudas: cum agis negocium, precaris: laudas, cum cibum, capis: oras, cum in lecto requiescis: laudas, cum dormis: plus attendit Deus quid viuas, quàm quid sones. Vides itaque posse piũ hominem semper precari, immò non posse non semper precari. Qui Deum timet, vocis preces votis cordis addere nouit: neutrum negligit. Ambrosius ait, assiduam orationem iudicis animum ad indulgentiam mouere atque flectere. Huius loci habes parabolam Luc. 11. Gratiarum actio potissimum fit in Missæ sacrosancto sacro, quod Eucharistiam vocant Græci. De eucharistia hic potissimum agere Apostolum, argumento est quod dicit *ἰσχαριδῶντι*. Habet ineffabile sacramentum gratiarum actio quæ fit in Missa. Salutare ergò admodum est, audire Missam, quanquàm Lutherani ob hoc pium opus Colonienses rideant, in libello famoso de bonis operibus Colonienfium. Supra publicam hanc gratiarum actionem, debet pius domi & vbique in omnibus Deo gratias agere. In omnibus inquam, etiam in iis quæ Adamo veteri sunt aduersa. Exemplum sanctus Iobus qui ait: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.

14. *Hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu, in omnibus vobis.* Præscripsit nobis ea quæ ad salutem, atque per hoc etiam ad iustitiam consequendam faciunt. Præscriptum tale suum confirmaturus, nobisque vehementius commendaturus, parenthesi siue appendice præmissa vitur, dicens, voluntatem Dei esse vt talia præstemus. Diceres Lutheranam hæresin Apostolum præuidisse, atque hic occurrere. Noui egregij illi apostolastri, inuenerunt in Euãgelio Ioan. 6. verbum sacrosanctum, quod malitiosè in suæ hæresios detorquent assertionem. Docent solam fidem iustificare & beare, Dei voluntatem esse nostram fidem, simulatque apud Euangelistam Christus dicat: *Hæc est enim voluntas eius qui misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam.*

Gratiarum actio potissimum fit in Missa.

Solius fidei iustificantis in scriptura locus non inuenitur, ne vnus quidem.

Atat, inquit, hic iam habemus apertum locum, solam iustificare fidem. Sed quare non conferunt huc alia quæ Deus vult, & se velle toties dicit? Voluntas Dei est etiam sanctificatio nostra, supra capite 4. Et quæ est illa voluntas Dei, pro qua orat David, dicens Psalm. 142. Duce me facere voluntatem tuam? Dicant verò nobis illuminati nostrates, an saluator dicat, Hæc est voluntas Dei, ut duntaxat credatis. Rursus dicant, an solum credere, voluntatem Dei sit facere, Ioannis 9.1. Ioannis 2. Hæc est quidem voluntas Dei credere, hoc est, fides in filium Dei placet Deo, sed inclusivè. Placet enim & Deo omne bonum. Fructus spiritus, opus suū ipsius. Usque adeò placent Deo opera bona, ut fidem bonorum operum vacuam, mortuam habeat & cōdemnet, Iacobi 2. Mat. 22. Gal. 5. Sed valeant cæci, qui se videre & illuminatos esse contendunt, pertinaces heretici. Catholicus videat, nè voluntatē Dei sic æstimet, ut noui docet dogmatistæ.

15. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Aetate ea donum prophetiæ futurorum prædicendorum & scripturæ sacræ interpretandæ, infrequens nō fuit, ut videre est 1. Corinth. 14. Item in libro Act. & c. Diabolus verò, quæ eius est astutia, etiam suos prophetas Dei prophetis immiscuit, qui hereses disseminarent. Contra quod dictum est à Ioanne: Nolite omni spiritui credere, 1. Ioan. 4. Illi pseudoprophete inspirauit spiritus malignus, Christum non esse verum Deum substantialem patri: huic suggessit, non esse verum hominem: illi, spiritum sanctum esse creatum: aliis, solam fidē absolute iustificare: contra quam hæresin quatuor scripserunt Apostoli, Iacobus, Petrus, Ioannes & Iudas. Aliis inspirauit hæresin huic planè contrariam, nempe legis præcepta omnia ad iustificationem esse necessaria. Contra quam apostolus Paulus in epistola ad Rom. & Gal. & passim etiam in aliis disputat. Idem Apostolus, iuxta atque alij, interim etiam aliarum heresin non facit mentionem, nempe eorum qui dixerunt resurrectionem mortuorum iam esse factam & cæt. Fideles propter hanc prophetarum diuersitatem, omnes suspectos habere cœperūt, & bonos iuxta atque malos fugere: quod etiam in fraudem veritatis euenit. Habuit enim Ecclesia

tum talibus reuelationibus opus. Consensus siue analogia noui & veteris testamenti, nondum fuit ita, atque iam est, dilucidatus: mysteria legis necdum erant explicata. Opus ergo habuit Ecclesia tum aliis atque aliis reuelationibus.

Reuelationes & prophetias habuit primitiua Ecclesia.

Præcepit itaque Apostolus Ecclesiæ, nè prophetias extingueret atq; contemptui haberet: esse enim comodas & salutare, veras. Aliàs ait: Spiritus probate.

Pseudo prophetarum vitæ discernendæ ratio.

Prophetæ veri & pseudo sine negotio discernuntur: ergo odio pseudo, etiam pistici reiciuntur: Secus esset, si veri à falsis haud facile discernerentur. Rogas quodnam sit argumentum veros à falsis discernendi? Respondeo, Moisen Deu. 16. modum discernendi veros à falsis, liquidò describere, nèpe pseudo esse qui cultum Dei exoticum introducere machinantur. Vir, ait, siue mulier si reperti fuerint facientes mala in conspectu Dei tui, vt transgrediantur pacta illius, vt vadant & seruiant diis alienis, & adorent eos &c. Erant itaque tum falsi prophetæ satis declarati, si contra legem & veros, probatos nimirum, prophetas, aliquid peregrinæ doctrinæ protulerunt. Sic hodiè hæretici sunt manifesti, qui contra communem sensum scripturæ exotica dogmata proferrunt, verbum Dei adulterando, & Ecclesiam conculcando. In veteri testamento lex Moisaica scripta, satis fuit rata, nempe à probatissimo autore Moise orta. Moisen Dominus Deus rarissimæ sanctimonix, & miraculorū portentosorum claritate, verū suum seruū omnibus declarauit. Certa ergò & rara lex Moisis erat, cui nefas esset aliquid aut addi aut detrahi. Simili modo vitæ synce rioris & potentix miraculorum edendorū, Esaiam, Hieremiã, Baruch, Ezechielé, Daniele, & alios eius albi viros, Dei prophetas nemo dubitare potuit. Consequens ergò fuit, omnes Moisi & approbati illis. Videntibus contraria docentes, Dei non esse. Sic etiam certum fuit, Hieroboã malo correptum spiritu, qui nouū sacrificandi ritum comminisceretur, & novos sacerdotes constituit. Quis itaque non videat, itidem in nouo testamento esse hæreticos habendos vertiginosi spiritus homines, sensui communi, per omnes sanctos martyres & cōfessores ab apostolorū ætate, successione & traduce præ clara approbato, nobis tanquam per manus dato, con-

traria docentes? Scripturæ adulteratores solent identidem scripturam citare, in suam ipsorum perniciem, vt ait D. Petrus. Nam & pseudoprophetæ prisci legi allaborabant, aut addendo aliquid de suo, aut detrahendo. Idem etiam faciunt qui hodiè scripturam, non ex Ecclesiæ authoritate, sed ex suis opinionibus & reuelationibus interpretantur. Rursus etiã Dei haudquaquàm sunt, qui aduersus scripturam quasiibet consuetudines recipiunt & fabulas, Ecclesię nomine. Cerebricosi homines non nôrunt Ecclesiam benè fundatam super firmam petram, Consentiant sibi scriptura & Ecclesia. Vtrunque vnum, vtrunque lydius lapis, vnde hæresin liquidò deprehendas. Alterum qui negligit, neutrum tenet, & in spiritum sanctum peccat, spiritus mendax. Scriptura sacra per spiritum veritatis est prolata: spiritus sanctus Ecclesiæ rector, sensum scripturæ reserauit: vtrunque per sanctos prophetas, apostolos, Euangelistas, martyres & confessores. Idem spiritus operatus est vtrinque. Spiritus itaque erroris est, alterum negligens. Atque hæc hæctenus.

*Scriptura
& Ecclesia
sibi cõ-
sentiant.*

16. *Omnia probate: quod bonum est, tenete.* Salutare præceptum, quod Act. 9. 2. Pet. 3. fulcitur atque firmatur. Et quid æque rationi consentaneum est, atque hoc Apostoli præscriptum? Qui non est tentatus, quid sciat? Qui veritatem à mendacijs ritè discernere voluerit, necesse habet vt vtrunque rectè nôrit. Neque enim (vt Arist. 7. Ethicorum ait) sufficit verum dicere, sed & causam falsi assignare. Contraria contrariis conferenda. Stupidi ergò sunt & insipidi planè, supersticiosi hæreticorum scripta vitantes. O vtinàm orthodoxos docimastes quis hodiè inueniat. Orthodoxus docimasta maximo profectu etiam hæreticorum legit mendacia. expedit hæreses esse, vt probentur electi. Excitat item ingenium, & fidem catholicam firmat aliquandò, cum hæreticis delirasse & resipuisse. Sic enim hæreticorum ingenio & mente explorata, ab eorum astu alios præstantius poterit asserere. Simili modò itidem prodest superstitiones & hypocrisin comperisse, & per omnia esse probatum. Talis faciliè animaduertit, fatanam sæpenuerò se filiis Dei permiscere, & vultui se Dei exhibere, Iob 1. Deprehendet etiam falsa magorum Aegyptiorum mi-

*Probãda
oĩa: quod
bonũ est,
tenẽdum.*

*Orthodoxos
docimastes
esse
conuenit.*

racula, Exod. 8. Qui verus catholicus est, non tam cauet hæreses & schismata, quàm abusus hypocrisis & superstitionis. Nouit hæreticos iuxta, atque Simoniacos pestilentes. Scit Ecclesiam sinè ruga & macula virginèam esse puram, vnde tam abusus quàm hæreses auersatur. Sed propter abusus, quantumuis fœdos, non abiicit substantiam ipsam Apostolicæ traditionis, & spiritus sancti inspirationis, verè salutarem & bonam. Porro hic Episcoporum maximè res agitur: rectores illos Christus Ecclesiæ constituit: qui si veritatis & falsitatis experientiam non habuerint, & omnia probare non didicerint, non pastores, sed pestes, Domino Deo venient iudicandi.

*Hæresis
Species
est mala.*

17. *Ab omni specie mala abstinete vos.* Species mala est hæresis. Superbiæ & inuidentiæ species est, exoticum aliquod dogma, omnibus sanctis vniuersalis, triumphantis, & militantis Ecclesiæ contrarium, adferre. Hoc est seipsum in locum Dei erigere, se numen mundo adorandum obtrudere. Hæretici, quantumuis speciem bonam mentiantur, facillè lupi rapaces deprehenduntur: Primò, scripturæ veriores sunt infideles. Secundò, non solum vertendo, sed & exponendo scripturæ sunt laceratores violenti. Tertio Ecclesiæ catholicæ sunt hostes manifesti. Quarto, factionum & seditionum autores, pacisque manifesti conturbatores. Quintò, omnis æqui & iusti contemneratores. Sic per omnia nihil inuenies in hæresi, nisi speciem pessimam, quantumuis se tibi apostolos & Euangelistas insinuent. Species etiam mala est, catholicos supersticiosos atque adeò falsos, mordicè consuetudines quaslibet asserere.

*Opera bona
sanctificatoria
sunt.*

18. *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia &c.* Audi hic illuminare Lutherane. Quibus hæc dicuntur? Baptizatis né, an non baptizatis, inquis. Rectè: neque enim in fidelibus talia persuadet, sed fidelibus. Sed quare nouum sanctificandi ritum per opera bona, præscribit baptizatis, qui iam per lauacrum salutare fidei sacramentum atque adeò per ipsam fidem sunt sanctificati? Nunquid nõ quia sanctificati & iustificati fide, opus habent bonis operibus porro sanctificari & iustificari ad sanctificationis & iustificationis perfectionem? Nemo repente bonus,

nus, nemo repente malus. Habet iustitia suos auctus. E
 ne in claritatem ergo fidelibus est asurgendum.
 IN EADEM DIE, NIMIRUM VII.
 post Inuocauit, lectio Euangelica

Matt. XVII.

SVM MARIVM.

Historia præcipuè salutaris, Christi transfiguratio-
 nis, qua se in monte Thabor in sua gloria, quan-
 tum discipuli capere poterant, declarauit: & col-
 loquij Moïsis & Helix cum Christo facti.

TEXTVS.

ET post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, & Ia-
 annem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum se-
 orsum, & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies
 eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et
 ecce apparuerunt illis Moïses & Helias cum eo loquentes. Res-
 pondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos
 hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Moïsi
 vnum, & Helix vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida
 obumbravit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est filius meus
 dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et audientes
 discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et ac-
 cessit Iesus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, & nolite timere.
 Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solùm Iesum.
 Et descendentibus illis de monte, præcepit illis Iesus, dicens: Ne-
 mini dixeritis visionem, donec filius hominis à morte resurgat.

EXEGESIS IN THESES

digesta.

r. Supra humanam persuasionem est, verum homi-
 nem, verum Deum vnà posse esse. Sola fide hoc consta-
 bat catholica. Nouit Christus in æternum benedictus,
 fidem eam multos habituram oblocutores, Iudæos,
 Turcas, ethnicos & hæreticos. Multis igitur & variis
 modis suam nobis declarauit diuinitatem, vt copia ar-
 gumentorum variorum quisque fidelis fidem suam sta-
 biliat & firmet. Ostendunt nobis contumeliæ causa præ-
 sepe Bethleemitanum, crucem & sepulcrum, Christum
 merum hominem fuisse insinuando. Nos contra blas-
 phemiam eam illis vicissim ostendimus montem Tha-
 bor, item montem Oliuarum, ostendentes Christum vs

*Tr. in figu-
 ratio Chri-
 sti necessa-
 ria fuit.*

EXEGE. LECTIO. EVANG.

rum hominem esse & verum Deum, quod in altero montium horum se coram discipulis suis, Moïse, & Helia testibus presentibus, transfiguravit: & quod in altero monte Harzetim (sic enim montem Oliuarum vocat Matt. cap. 21.) se coram gloriosa sua matre, coram apostolis & discipulis, coram electis denique omnibus, filium Dei verum Deum declaravit, suapte virtute cælum ascendens. Iactent miseri ethnici suos fabulosos montes, Olympum, Parnasum, Atlanta, & hoc genus alios: nos non minùs nostros hos duos celebrabimus, quàm Iudæi Sina & Oreb, quanquam & hi duo nostri sint. Paula (teste Hieronymo) in montem hunc singulari atque religioso affectu ascendit. Dignus profectò, ad quem etiamnum pij quicumque simili affectu peregrè eant. Ad Eustochium hoc de Paula vides. Idem Hieronymus super Ose. cap. 5. dicit montem hunc, à Septuaginta vocatum Itabyrium, in Galilæa esse situm, excelsum valdè & rotundum, non longè distare à Nazareth. Iosephus ait 22. stadiorum esse latitudine. Exploratores terrarum & Palæstini ipsi, etiamnum huic historiæ locuples dant testimonium.

*Peregrè
ad loca
sanctæ ire
pium est.*

2. Sanctus Lucas ait Dominum Iesum etiam in monte hoc Thabor precatum. Idem fatentur etiam Palæstini. Indè receptum est ab Ecclesia, frequenter in montibus orare, sacella & monasteria construere. Non faciunt hoc Christiani Chananæorum & ethnicorum superstitione. Dicunt illi, In monte hoc precatu est Iacob: hi dicunt, hic mons, ille locus est sacer Ioui, Baccho &c. Non poetæ solùm, sed & Plinius & alij autores testes sunt, ethnicos montibus nescio quid diuinæ maiestatis tribuisse. Cornelius Tacitus dicit, Teutones montes diis sacros habuisse. Ethnici Oreades montium deas coluerunt. Iidem putarunt & deos sylvas coluisse, iuxta hoc hemistichion: Habitarunt dij quoque sylvas. Secùdùm superstitiones eas Ecclesia non orat in montibus: nouit enim Iudam & Israelem propter superstitionem eam, quæ montibus religionis & diuinitatis aliquid tribuerunt, à Domino Deo Assyriis & Chaldæis datos esse ad illudendum. Aegyptij anachoretæ catholici, in montibus orarunt, non à montibus aliquid accepturi

*Montes
apti con-
templationi.*

religionis, sed sanctis suis precibus non dubitantes ipsa loca orationi sacrari. Sic conclaue cuiusque suum per orationem sanctificatur, & fit sacellum non propter penates & lares. Accedit huc quod & accessus montium, significat sublationem cordium ad cœlum, quam Ecclesia nobis assidue in sacro commendat, dicens: Sursum corda. Adde quod secessus ille animos nostros à mundi negociis & curis vindicat, & fugam mundi gloriæ & vanitatum significat. Transeamus opera mundi, ait Ambrosius.

3. Tres apostolos Dominus Iesus ad hoc tantum miraculum videndum segregavit: Petrum, qui Dominum plus aliis dilexit: Ioannem, qui à Domino plus cæteris diligebatur: & Iacobum, qui calicem Domini se potare posse respondit. Petrum, inquam, qui claves regni cœlorum accipere meruit: Ioannem, cui virgini Christus matrem suam virginem commisit: Iacobum, qui primus folium sacerdotale, vt Ambrosij verbis vtar, conscendit. Ternarius sacer. Duos præterea sibi veteris testamenti adhibuit: quia tam in duorum, quam in trium ore omne stat testimonium. Et numero Deus impare gaudet. Maximi testes ad maximum requiruntur miraculum. Maior & gloriosior visio à mundo condito nulli mortalium fuit ostensa. Rectè ergò in tam celebri fiebat præsentia testium, sacrosancta Christi facies tanquam sol illuxit. Solares radij quales sint, quotidie vides: in ipsam tamen lampada oculos intendere nequis, nisi per foramen, quod acu in papyrus feceris. Iam cum visus humanus creaturæ claritatem ferre nequit, vt sustineat diuinam? Notum est ex Exo. cap. 34. & ex 2. Cor. 3. filios Israel in faciem Moisis non potuisse perspiciere, propter claritatem eam qua resplenduit. Quis ergò speret se posse conspiciere Christi deitatem, quæ splendor est (vt dicitur Hebræorum primo) diuinæ gloriæ. Hinc colligere possumus, in quanta gloria Iudex uiuorum & mortuorum sit aduenturus, Matt. vigesimo quinto & Actuum 1. Sacrosanctum corpus per hanc claritatem minimè est ablutum siue abolitum. Mansit idem Christus, idem reseruans corpus: sed gloriam, quæ hactenus nulli mortalium visa fuit, pro di-

*Maxima
omnium
visio facta est in
morie Thabor.*

scipulorum captu, suis discipulis ostēdit. Hiero. ait: Substantia non tollitur, sed gloria cōmutatur. Item, Transformatio splendorem addidit, faciem non subtraxit; Vestimenta quoque supra omnem humanam persuasivem facta sunt candida ut nix, immō omni niue candidiora. Marcus & Lucas dicunt & vestes niueo candore resplenduisse. Dubium non est, vestes nitidiores fuisse alba veste, in qua angelus visus est ad sepulcrum Dominicum piis mulieribus, Matth. 28 Luc. 24. Voluit sic gloriosus videri sub tempus crucifixionis, ne in tempore supplicij timerent opprobria crucis, qui (ut Hiero. super Marcum ait) viderant oculis suis gloriam futuræ resurrectionis.

Transformatio Christi in mōte Thabor facta, ritē celebratur.

4. Splendor ille vultus & vestium Iesu Christi, à Mattheo & Marco dicitur metamorphosis, hoc est, formæ transmutatio. Lucas paraphrasticōs ait effigiem faciei Christi esse transmutatam, intellige de apparentia, & nō de substantia. Nos vocamus glorificationem ex verbis Apostoli 2. Cor. 3. Celebrant ethnici nescio quas fictas portentosasque transformationes, nos iustius Christi prædicamus metamorphosin, in qua compræhenditur glorificatio omnium electorum. Vndè etiam Apostolus Paulus eodem verbo vitur in descriptione nostræ glorificationis, 2. Cor. 3. vbi μεταμορφώμεθα legis. Cæterum scriptura ait nos angelis fore similes, Matth. 22. Iohannes quoque ait nos futuros similes ipsi Christo, 1. cap. 3. Pius hæc tanta mysteria exactiùs æstimet, sunt enim plena consolationis in aduersitatibus omnibus. Chrysostomus dicit maiorem futuram gloriam minimi vnus beati, ea quam viderant Apostoli. Tantum viderunt, quantum capere potuerunt. Post hac videbimus eum sicuti est, Psal. 16. 1. Cor. 13 & 1. Ioan. 3.

Colloquium Christi, Moïse & Helie in mōte Thabor, quale.

5. Moïses & Helias, ne quid gloriæ Christi desit, in hac mirabili adsunt metamorphosi. Nō adsunt saltem, se Christi comites exhibendo, sed & colloquendo, teste Marco. S. Lucas capite 9. exprimit quale habuerint colloquium, nempe de eius exodo: hoc est, transitu: intellige, ex hoc mūdo. Verba Lucæ sunt: Et ecce duo viri loquebantur cum illo, qui erant Moïses & Helias, qui visi in maiestate, dicebant excessum eius, quem completurus

erat Hierosolymis. O salutare colloquium, dignū quod assidue in liturgia sacra repetatur. Huc lex & prophetę respexerunt omnes. Norunt Moises & prophetę, qua morte Christus erat moriturus: melius hoc nouit Messias ipse, qui fatum hoc suū suis discipulis prędixit Mat. 16. Colloquium item hoc declarat, Christū non uenisse antiquatam legem, sed impletum. Calumniantur Iudęi nostrum Sotera, quasi legem Moisis contemerarit: sed stant à Christo Moises & Helias. alter legis lator, alter legis uehemens zelator. Ioan. 9. aiunt, Hic homo nō est ex Deo, qui sabbathum non custodit. Sed ecce tibi infelix Verpa Moises tuus tibi aduersatur, de Christo se scripsisse exprimens Deut. 18. Idē uides Moisen facere, Ioan. 5. Lucas hoc ipsam ostendit in sermone Stephani Act. 7. Adest etiam hic alius testis contra Iudęos, nempe emulatoꝝ legis summus Helias: is quoque testimonium pro Christo dedit conspicuum, sicuti Luc. 24. lex & prophetę huc exponuntur. Vterque arguunt Iudęos scripturę deprauationis & infidelitatis, qui Christum promissum Sotera recipere recusauerunt. Habet Christus etiam plures eiusmodi testes, Ioannem Bap. Ioan. 1. Spiritum sanctum in specie columbę, Mat. 3. Dei patris uocem, hic & Mat. 17. Mar. 9. & Luc. 9. Testes angelos breuitatis gratia pręteriero. Tu infelix apella, quid contra hęc profers? Antichristum? Sed Moises & Helias ipsum, quem tu expectas Messiam, ostendunt esse fatanam. Sic enim uocat Apostolus 2. Thess. 2. Helias hic suo & nostro Domino se humiliando, ostendit mentiri eos qui uoluerunt Christum esse Heliam, Mat. 16. Maior Dominus seruo. Verē magnus noster Dominus, ad cuius testimonium inferus remisit Moisen, cælum Heliam.

6. Parū refert nosse qua specie uerque apparuerit, si dixerimus esse talem, qualis est spiritus in specie ignis Act. 2. simulatque vna gręca dictio tam hic quā in Actuum Apostolicorum lectione habeatur. Sed colloquium facit, ut imaginemur. Sed nos ea quę literis prodita non sunt, relinquendo, ad textum redeamus. S. Augustinus locum pręsentem inter miracula scripturę retulit, nec uult hos duos testes esse aëreos, sed uerē corpore-

Moises & Helias iostissimum à Christo stāt cōtra Iudęos.

Specie quę li Moises & Helias Apostolis apparuerint.

os. Ipsum audiamus. De visione Domini in monte cum Moise & Helia colloquentibus: Licet in hac ostensione Domini facies solari splendore fulserit, non ipsa caro splenduit, sed diuinitas latens in corpore, luminis sui portiuunculam foris videntibus, quantum poterant, concessit. Undè ergò vestimenta candorem niuis habuerunt, dum neque de carne, neque de diuinitate erāt? Nisi fortè vt per carnem diuinitas foris eluxit, sic & caro illuminata de diuinitate per vestimenta radiauit. Hæc de prima parte, nempe de Christi transformatione. Porro idem ait de duobus testibus: Moises autem & Helias specialiter ad talem visionem, velut legis & prophetiæ principes, ad finem conducuntur. Vel ideo, vt Moises cornuta facie, in quam non poterant filij Israel intendere, & Helias curru igneo raptus, comparati Christo obscurarentur. Et tamen isti quadraginta diebus ieiunasse scripturæ uocibus memorantur. De Iesu tantum Domino his præsentibus, patris se illis pronunciantis testimonium: sed dum Helias manens in corpore, vel ad talem conductionem uenerat: quid de Moise dicendum est, utrum in corpore iterum ad hanc ostensionem aderat, an ex aère simulatus, sicut Samuel uisus est, habitum fingebat? & si suo corpore uenit indutus, si hac uice resurrectionem suam, quæ cæteris non nisi in nouissimo est futura, compleuit? Idem: De qua questione autores vna eademque sententia prolata, non differenter dicunt quòd dum Dominus cum tribus discipulis suis & Helia, non cum imaginatis, sed ueris corporibus, conuenisse non dubitantur, & ipse Moises in suo uero corpore de sepulchro resumpto uidetur. Sed Dominus Iesus, primogenitus mortuorum, rectè creditur Moises iterum post hanc visionem corpus sepulchræ commendasse, vt ipsum in nouissimo die, quandò resurgent mortui, assumere speretur. Hactenus Augustinus. Vides phantasma non fuisse, quale spectra & manes esse dicunt, & quale dicitur Ioannis uigesimo. Augustinus non ineptè meminit prophetæ Samuelis, qui & ipse rediit, vt uides i. Regum uigesimo octauo. Non credo diabolium in specie Samuelis apparuisse, cum Iesus Sirac apertè di-

Moisen et Heliã seu habitu corporis & vestium, sed ex colloquio, cum
de Apo- stolis in mō- te Thabor agnouerit in Tadaa sic omnes non habuerunt. In citum enim hoc
 non erat. Contulere hi duo, quæ quæ de Christi
 exodo memoriæ commendavit. Hinc, ait, ex symbo-
 lo tali quenque horum ab Apostolis esse agnitum. Ad-
 de quòd Christi Iesu spiritus, qui eos ad hoc glorio-
 sum spectaculum elegit, illis testibus horum agni-
 tionem inspiravit. Petrus ait. Domine, siue (vt apud
 Marcum est) Rabi, bonum est nos hic esse. Lucas ait
 apostolos primò experrectos, post ea Petrum hæc lo-
 cutum, nescium quæ dixerit. Tria tabernacula vult æ-
 dificare in monte. Placuit Petro mons, quòd in illo
 diuinitas adeo conspicua esset visa: dein quòd in eo
 Christus esset extra pericula Solymis paulo ante vo-
 luerunt Iudæi Christum in forma seruili agentem lapi-
 dare. Contra in monte Thabor in forma gloriosa co-
 lebatur à Moise & propheta. Origenes, Chrysoft. &
 Theoph. dicunt Petrum maluisse in monte permanisse
 propter metum Iudæorum & propter scâdalum crucis.
 Chrysoftomus verba Petri vitio carere non posse ait:
Halluci- nabatur. Petrus in mōte Tha- bor. Origenes dicit Patrum iterum lapsus, vt supra vbi ait:
 Propicius esto tibi Domine cap. 16. Alij dicunt locutum
 tanquam hallucinando, præ pauore. Et sensus hic ma-
 gis responderet literæ quæ est apud Marcum & Lucam.
 Hallucinatio etiam erat, quòd Christum scenitam po-
 tius quàm staurophorum esse maluit. Hallucinatio item
 fuit, quòd tria voluit ædificare tabernacula. Suffi-
 cere poterat vnum tribus. Immo vnum erat statuen-
 dum soli Christo Domino. Vbi Dominus, ibi & mi-
 nistri. Solus tamen Iesus Nazarenus, omnium Do-
 minus, colendus & adorandus. Colendi item Moi-
 ses & Heliã, sed in tabernaculo Christi, hoc est, in
 Christo & propter Christum, quia typus erant Chri-
 sti. Sed quoniam iuxta Marcum & Lucam Petrus
 malitiose non loquebatur, Dominus Iesus eius hal-
 lucinationem non redarguit. Similis stupor conti-
 git Petro Luc. 5. Populo Israel Mar. 5. Actu 3. Apud
 Esaiam capite 6. vides vt se habeant mortales di-
 uinam maiestatem contemplantés. De qua re pau-
 lo post.

9 Petro quidem nemo respondet, sed tamen respōsio quædam ad vniuersam mundum facta est, nempe testimonium patris de filio. Sed ante vocem eam venit repente nubes: Nubes, sed non obscura, quales sunt quas nos quotidie videmus. Obscuritas tum locum vlla non habuit. In hac metamorphosi claritatis filij Dei, qui venit in mundum hunc lux ad illuminandum omnem hominem, Matt. 5. Ioan. 1. & 3. Lux, de qua Esaias ait cap. 60. Sol iustitiæ, cuius meminit Iohel. In huius tantæ lucis apparitione, inquam, obscuritas vlla locum non habuit. Facies splendida, vestis albicans atque resplendens, & omnia sole pleno micantia. Decuit ergo & talem nubem, hoc est, plenum splendoris, Nubes quasi coactum & spissum splendorem. Consensum item obserua vtriusque testamenti, noui & veteris. In veteri sæpenumero visa est nubes. In libris Moisis frequentissime. In chronicis Regū 2. Paral. 5. In veteri tamen testamēto nubes erat turbida, nostra clara, Exod. 19. Satanæ inspiratione etiam ethnici sua idola nubibus vestire solebāt. Dii deaq; apud Homerū & Vergilium se nubibus frequenter occultasse leguntur. Sed ad nostram. Lucida valde nubes repente occultauit discipulos. Quare verò hoc? Vt sic præparentur ad audiendum verbum Dei. Audita vox, non visa, nempe talis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ipsum audite. Quin sacrosancta verba hæc proferimus iuxta suam originem? Sic habet Hebraicum: *Haze Hu Beni Abub, ascher bo ratzithi, otho schimeu.* O iucundum verbum, O salutare verbū, O acceptabile tēpus, in quo tale crebro auditur. Ioā. 12. Act. 10. Quod si Iudæi tales cœlestes voces magni faciunt, in veteri testamento auditas, hoc illis libenter permitimus. nam quo suas magis extollunt, tanto maioris nostras faciunt.

10 Audiuimus verbum patris, nulli hominum fati exponendū. Sileat lingua, exultet anima: taceat os, exultet spiritus. Sufficit fides & pius affectus, vbi deficit eloquentiæ virtus. Labia nostra immunda sunt, nec verbum hoc eloqui possunt, Esa. 6. Filius quem ante luciferū genuit. Filius natus ex corde parentis ante mundi

Nubes lucida in monte Thabor visa.

Nubes veteris testamenti turbida, sed turba.

*Filius dei
qualis,
Christus.*

exordium. Filius primogenitus, in quo peperit primogenitis Iudæorū omnibus. Filius dilectus. Paulus vocat agapemenon dilectū, Ephe. 1. & alibi, Filium dilectionis, Einen son der liebe. Paternū tale verbū etiam è cœlo venit, cū Christum baptizaret Ioannes Matt. 3. Marci 1. Luc. 3. Iterum hic Mat. 17. Marc. 9. Luc. 9. 2. Pet. 1. Vbi sane hoc, *υιός θς*, repetitur, in Christum nostrū aduocatum respicimus. Hic enim est, Hic reuera est. Quis verò? Salutare Dei, Luc. 1. Cornu salutis, ibidem. Via, veritas, vita, Ioan. 14. Qui hunc audit, etiam si mortuus fuerit, viuet, Ioan. 5. Qui hunc audire superfedet, vapulabit, Deuter. 18. Iam est condemnatus, Ioan. 3. Mar. 16. Non audiunt, qui non obediunt, maligni, inordinati, & irrequieti, quales sunt Simon magnus, Dositheus, Theuda, Barcochab, Mahumed, Hali, Pharisei, & hæretici omnes. Hilarius ait emphaticè, hunc esse filium, hunc dilectum, hunc complacitum, hunc audiendum, vox de nube significat: Hoc qui præstat, viuet in æternum.

II Os Domini locutum est, Esa. 25. Hic claritas Dei, hic cœlestis patris exercitus, veteris puta testamenti virtus. Omnia hic stupenda. Qui hic non stupeferent? Primo obserua ineffabilem gloriam filij tanti, qui est splendor paternæ gloriæ. Facies fulgida, vestis candida, supra captum humanum vtrunq̄. Dein obseruandus comitatus & collocutores, veteris testamenti manus, partim ex æthere, partim ex terræ corde. Tertio perpendendum colloquium, quod vel mentes latebat cœlestes. Ioannes enim ipse rogabat, Num ipse Christus sit venturus, an magis aliū missurus. Quarto lucida nubes æstimanda, Contexit nubes apostolos totos. Denique cōsideranda gloriosissima vox patris cœlestis. Vox quæ Ioan. 12. quasi tonitru insonuit. Cōfer huc omnē pompam humanam, & videbis te stercus fœtidum cœlestibus aromatis cōtulisse. Vapor est vita humana. Vapor non cuiuslibet rei, sed putidæ. Iam si admiraris splendorem pomposum regum huius terræ, quare non magis admiraris gloriam filij Dei? Admirare, cole, crede, spera & ama: sic enim particeps fies eiusdem filij Dei gloriæ.

12 Deficientes discipuli, recreantur rursus, & animum recipiunt. Affatur eos Dominus pastor bonus. Oves pastoris tanti vocem audiunt. Surgite, ait, nolite timere. Q. d. in vestram consolationem, factum est quod vidistis Ioan. 12. Estote ergo muniti aduersus scandalum crucis instantis. Audistis quæ filium hominis supplicia maneant, longe ante præuisa & prædicta. Vt filio hominis in gloriam suam sit intrandum, audistis. Omnia adhuc restant. Futura adhuc omnia, præstanda mihi omnia. Videte ergo, nihil horum quæ iam audistis & vidistis, effutiatis. Postea vero quam consummata sunt quæ vidistis, in vniuerso mundo prædicabitis. Apostoli animo recepto, neminem viderunt præter Iesum solum. S. Lucas dicit statim post vocem respexisse discipulos, & neminem præter Iesum solum vidisse: tanquam ante vocem vterque, & Moises & Helias, disparuerint. Idem efficies etiam ex lectione quæ est apud Lucam & Matthæum. Hoc ita signanter scriptum est, vt omnibus prima statim fronte fiat euidens, Christum solum esse, de quo vox insonuit Dei, dicentis: Hic est filius meus, &c. Moisen & Heliam nusquam filios, sed seruos suos vocauit. De Christo ergo intelligendam, Hic est filius.

Scandalo crucis occurrit gloria transformationis.

Christus solus est, de quo pater ait, hic est filius meus &c.

13 Neminem viderunt nisi solum Iesum. Breue verbum, sed amplum mysterium. Christus finis legis, Rom. 10. Omnes prophætæ respexerunt in Christum, Matthæi 11. Officium itaque Moisis & Helix erat exactum. Neuter ergo eorum cum Christo debuit remanere. Iesus minister, immo author noui testamenti, iuxta oracula prophetica, Heb. 13. Remansit ille qui alpha est & ð principium & finis. Remansit, & suos solabitur, quia euangelion nihil est nisi lætum nuncium, vox consolationis plena. Euanuit lex, euangelion manebit in æternum. Imperfectio cessit perfectioni. Erant olim hæretici Cerinthiani, Ebionitæ, quos sabbatarios vocant, qui contenderunt Moisen vna cum Christo audiendum, hoc est, legem euangelio permiscendam, quasi non per fidem Christi & legem perfectæ libertatis, Christi euangelion, homines saluari possint, legem verò salutem adferre & iustitiam absoluere.

Christus solus remansit, Moise & Helia delapsis.

Hæretici illi Moïsen & Heliam euanuisse legunt, sed non intelligunt: quare Iudæi magno emerent, Christum vtrunque secum in montē Thabor retinuisse. Sed euanuerunt, solum Christum cum suis discipulis reliquerunt. Apostoli Christum viderunt solum. Sufficit nobis ille, sine quo nihil est. Monas sancta, monas dia, monas infinitis myriadibus patrum sanctorum, nedum ethnicorum deorum, potior, Monas laus & corona beatorū. Non est aliud nomen sub cœlo, in quo nos oporteat saluari. Actu. 4. Hic Iesus Nazareus, cum rursus venerit iudicare viuos & mortuos, solus non veniet, quia merces eius cum eo.

*Deus etiã
visus &
videri po-
test.*

14. Circumcisos & hæreticos nunquam patiemur nos hic vnico scripturæ sacræ loco constringere. Dicunt scriptum esse Exod. 33. Deum neminem vidisse, & viuere: Discipulos post visionem eam viuos permanuisse, ergo Deum non vidisse. Sed nunquid non Moïses, Esaias, Michæas, Ezechiel & alij etiam viderunt Deum, & tamen statim non exeerunt? Nunquid non Iacob gloriatur se Deum vidisse facie ad faciem? Gen. 32. Stephanus apostolicæ Ecclesiæ Archidiaconus & protomartyr, videt cœlum apertum, & Iesum stantem à dextris patris. Sanctus Chrysostomus memorię commendauit, mulierem quandam piam simili propemodū modo Dominum Iesum vidisse cœlo aperto, super 1. Thess. 5. Homil. 11. Iudæi non solum Ecclesiæ insidiantur, faciunt idē etiam hæretici. Dicunt simplices catholici, se videre & vidisse in sacro Missæ Deum. Dicunt hoc, cum vident aut viderunt sacramentum Eucharistias. Verbum hoc captiosi hæretici statim excipiunt, roneis rudes exhibendo, Papistas & nescio quos atheos eos vocando. Gratia verò æterna habenda illuminatis Luteranis vnâ cum Verbis, quòd submouent nos Deum videre posse neminem. Mirum verò est, illuminatos ita cæcutire, vt non videant Deum, quem catholici vident omnes. Nouissimè ait Baruch, in terra visus, & cum hominibus conuersatus est. Fatemur nos Deum videre non posse ea claritate, qua ipsum in cœlo videbimus. Ad visionem futuram aliis oculis, immò perfectiori opus habemus amore, 1. Corint. 15. Hic ex parte sunt omnia, 1. Cor. 13.

Hic facies Dei per alas Cherubin obtegitur, cum Dei claritatem visus humanus sustinere non queat, Esa. 6. Christus ergo carnem induit, ut videri à nobis posset. Sic & Moyses ut in eius faciem filij Israel intendere possent, velo faciem suam contexit. Sic Deum pro captu nostro, & pro eius nutu, spiritu & sensibus cernere possumus. Cæterum priusquam claritatem ignis inaccessi videmus, oportet nos carnem exuere mortalem & corruptibilem, induere verò immortalem & incorruptibile. Eius rei admonet nos sacramentum transfigurationis. Sed transfigurationis huius tantum mysterium claudamus verbis diui Petri, qui tantam Christi gloriam conspiciere meruit. Sic ait: Non arte compositas fabulas fecuti, notam vobis fecimus Domini nostri Iesu Christi virtutem & aduētum, sed qui oculis nostris adspeximus illius maiestatem: acceperat enim à Deo patre honorem & gloriam, voce ad illum delata huiusmodi à magnifica gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi com placitum est. Et hanc vocem nos audiuius è cælo delatam, cum essemus vnà cum illo in monte sancto. Hæc ille. Vides arcana & sacrosancta omnia. Faxit Deus tantorum mysteriorum salutarium participes efficiamur, Amen.

DOMINICA II. QUADRAGESIMAE. *1. Thes. 4.*

Rogamus & obsecramus vos in Domino Iesu, ut quemadmodum accepistis à nobis, quemodò vos oporteat ambulare & placere Deo, sic & ambuletis, ut abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstineatis vos à fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum, vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum. Et ne quis supergrædiatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem, In Christo Iesu Domino nostro.

P R A E F A T I O.

Quòd nisi quis oculis planè sit captus, hic liquidò videt, longè aliter se habere rem, atque noui con- *Euāgelij] extorci non huius*
tendunt euangelistæ, solam suam fidem omnibus

*repestatis,
ex diametro
veteri
pugnat.*

obtrudentes, iustificantem. Primò videmus hic, sola fide religionem nostram non perfici, sed & orthodoxas virtutes atque disciplinas hic requiri. Secundò appàret, fideles non ergo bene operari, quod habeant fidem Domini Iesu. Nam si continuo virtuti studerent omnes credentes, ociose Apostolus hic & alibi tâta sedulitate eos ad opera bona inuitaret. Nec item præscriberet episcopo, vt tempestiuè atque intempestiuè inister atque vigeat, & vt eos qui fidem Christi receperunt, admoneat, quo minus gratiam Dei in vanum receperint. Noui apostolatri suis principibus, ducibus, comitibus, consilibusque & omnibus potentibus adulando, dicunt: Quodcumque venerit in manus tuas, hoc fac, quia Dominus tecum est. Quid aliud hi docent plebem? Cùm dicunt, fidem opera bona sua sponte præferre, tantundem docent, ac si dicerent: Vos quicumque baptizati estis & creditis, absolute iusti estis, aded vt neque charitas, neque eius quicumque fructus, neque obedientia, neque vlla disciplinæ, locum iustificandi in vobis vllum habeant. Non habetis opus nunc porrò vlla admonitione, doctrinave, quoniam opera bona, quorum non vobis, sed papistis & quibuscunque aliis vsus est, vltro fluent. Fides vos mouebit & agitabit, &c. Nonnè doctrina ea nostro Apostolo est ex diametro aduersa? Ecce tibi germane astutiâ serpentis antiqui, qui tibi verba dedit atque implanauit. Tertiò liquefcit fucum nobis esse factum, cùm hæc dicunt, liberum nobis arbitriû non esse, quo aut vitemus malum, aut præstemus bonum. Nam si hoc verum esset, iterùm hallucinaretur Apostolus, nos hic tantopere rogando & obsecrando. Denique considera meras esse officias, quidquid de folius fidei docent iustificatione. Hic Lutherani sibi seriò videtur triumphare, hic cum viuis tum mortuis insultât. Sed quis non videat opera bona iuxta atque fidem, iustificare, cum fides sola neque ad absolutam iustitiam sufficiat, neque seruet, neque beet? Dominus Deus doctrinam eam exoticam, quæ pestilentior est, quàm apparet, aut quàm humana ratio assequitur, eradicare dignetur. Amen. Thessalonicenses Græci erant, ciues ciuitatis Thessalonicæ regionis Macedoniæ, in qua etiam sibi erant

Philippi, quorum ciues dicuntur Philippenſes, ad quos etiam idem ſcripſit Apoſtolus. Theſſalonicenſes hi conſtantes permanſerunt in fide accepta, aded vt pseudoapoftolorum illecebris non ſint irretiti, quemadmodum Corinthij & Galatæ. Sed neque haſtenus abſolutè erant boni: opus habuerunt qui admonerentur, vt ſynceram eam fidem bonis ſubindè ornarent operibus, atque aded iuſtitiam fidei per charitatis fructus perficerent. Biſariam lectionem diuidere poteris. Prima ſectio eſt, Admonitio vt in bono opere perſeuerent. Secunda eſt iudicium, quo nobis Apoſtolus indicat, in qua via iuſtificationis iuſtificandi ambulemus. Atque ea ſectio incipiat ibi, vbi ait: Scitis quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum &c.

Rogamus & obſecramus vos in Domino Ieſu, vt quemadmodum accepiftis à nobis, quomodo vos oporteat ambulare, & placere Deo, ſic & ambuletis, vt abundetis magis. Captat beneuolentiam per ſubmiſſam precationem, & ſimul impellit per plenæ maiestatis obteſtationem. Res ardua, res neceſſaria, res ſalutaris, ſic nobis debuit commendari, aduerſus pseudo prophetarum mendacia peſtilentia & exitioſa. Simili vehementia nos itidem ad opera bona vocat Rom. 12. vbi nos cùm orat tum obteſtatur per miſericordiam Dei. Videamus, fratres, nè obteſtati aures claudamus. Nam ſic in iudicium, vbi miſericordiæ locus non eſt, perueniemus. Quid docuit Apoſtolus Theſſalonicenſes? Solam fidem? Haudquaquam, ſed ambulare dignè Deo, honeſtè ambulare, hoc eſt, religioſam vitam degere. Vide Roman. 12. 13. 1. Corinth. 5. 6. 9. 10. 2.

Corint. 6. 7. Galat. 5. 6. Ephes. 3. 6. Philip. 2. 4. Col. 3. 4. 1. Theſſ. 2. 2. Theſſ. 3. 1. Timot. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & ferè per omnes epiftolas. Itidem & Iacobus, Petrus, Ioannes, & Iudas nihil aliud agunt. Sic Chriſtus Euangelium ſuum ab ethica incepit Matth. 5. 6. 7. Sic & ipſum charitate clauſit, Ioan. 13. 14. 15. &c. Quid item Theſſalonicenſes acceperunt, vides Act. 17. Hic obſeruandum, quod Græca

habet veritas *ὁ δὲ περιπατῆς*, hoc eſt, oportere ambulare ſive vitam degere: intellige, ad eam quam nobis oſtendit, normam. Oportet nos (vt ità dixerò) Dei eſſe *περιπατητικούς*, hoc eſt, exēplum Chriſti & apoſtolorū nos

*Doctrina
apostolorū
precipua
eſt ethica.*

*Euāgelii
ſui Chri-
ſti ab ethi-
ca incipit,
& chari-
tate clau-
dit.*

*Peripatetis
Christi,
ſunt veri
Christiani*

sequi oportet, ex fide in fidem, ex claritate in claritatē. Nūc simulatque hic dicat oportere nos ambulare, vides solam fidem non sufficere: vides item, vehementer errare dogmatistas novos, de iustificatione operum non solum frigidè docentes, sed & eam penitus negantes. Sed contra Sirenas eos audi quid sequatur: Et placere Deo. Non dicit saltem, oportere nos ambulare, hoc est, non solum credere, sed & operari: & statim subdit, sic placere Deo. Vides solam fidem non placere Deo: mortuam,

*Credere
solum non
sufficit.*

~~operum, sed & operari: & statim subdit, sic placere Deo. Vides solam fidem non placere Deo: mortuam,~~
fidem solam, operibus bonis denudatam. Contra, fidē operosam esse viuendam: eam esse sacrificium, holocaustoma, odorem suauitatis, agrum plenum, acerram plenam fumi aromatici. Opera bona sic grata esse Deo, vide Roman. 12. 14. 1. Corinth. 7. 2. Corinth. 5. 2. Timo. 2. Heb. 13. Coloss. 1. Quod sordet mūdo, gratum est Deo: non ergo studeamus grati esse mundo. Cōtrā hoc quod mundus præcipuè probat, vide Psalm 52. 1. Thessal. 2. Gala. 1. & c. Quid, rogo, legis in nouis euangelicis, nisi quod Apostolo planè est contrarium? Quantum hic nobis opera commendat bona, tantum illi nobis faciūt vilia, quippe quasi ociosa, non iustificantia, nec vllam in coelo meritum habentia: quantum Apostolus nos à mūdi vanitatibus absterret, tantum suo illi exemplo & nouo commento ad omnes mundi vanitates alliciunt: quā tum Apostolus ad virtutes nos admoneat, etiam alibi vides, 2. Corinth. 9. 1. Thessal. 1. 5. 2. Thessal. 3. Sequitur. *Scitis enim, quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum.*

Apostolus et apostolatri diuina pasci sibi dissi- dent.

Dicit se non solum fidem in Christum Iesum docuisse, sed & præcepta tradidisse disciplinæ, putà religionis perfectæ: neque præcepta ea esse sua, sed Christo referenda accepta. Faceſſiat nouus apostolaster, qui contendit nulla in nouo testamento esse præcepta, hoc est, euāgelion saltem redemptionem per Christum, citra vlla nostra opera bona, promittere. Sic rhetoricantur. Euāgelion est bonum nuncium: Præcepta, bona nuncia non terunt: Ergo ad euāgelion non pertinent. Quomodò ostentarent sua ingenia adeò esse felicia & rara, nisi syllogismos tales cudant? O sapientiam humanam, dignam quæ ab omnibus sola adoretur. O lumen sapientiæ hu-

Euāgelio habet etiā sua præcepta.

manæ, dignum quod solum micet, cæteris luminaribus omnium beatorum extinctis. Sed ecce tibi noue euangelistes, quid Christo & Belial? Belial est, qui disciplinas non fert: ergo contra Christum, contra omnes apostolos & euangelistas nostros, contra vniuersalem ecclesiam omnium sanctorum, denique contra rationem disputans, neque Christi, neque ecclesiæ es, sed Antichristi & hæreticorum sectæ: nec item Christianus es, sed Belialianus. Christiani per catholicam fidem, norunt Euangelium etiam sua habere præcepta, esse legem perfectæ libertatis. Sic duo sunt præcipua in nouo testamento, euangelia nimirum & parangelia: hoc est, bona nuncia & præcepta. Sed præcepta euangelica non sunt graua. Quod autem est præceptum tale? Vt inter nos amemus, quemadmodum dilexit nos Christus, Ioan. 13. 14. 15. Leuia talia sunt: quia qui amant Deum, præcepta eius seruant, Ioan. 14. Suntne necessaria hæc præcepta? Vtique. Nam si vnum soluerimus eorū, perimus, Matt. 5. Item, si vis vitam ingredi, serua mandata Dei, Mar. 19. Apostolus quoque ait: Nihil est præputium, nihil eir cuneisio, sed obseruatio mandatorum Dei, 1. Corinth. 7. Plura de præceptis, vide 1. Cor. 11. 1. Tim. 1. * Ioannes per omnes epistolas. Idem dicit, eum qui dicit se nosse Deum, & præcepta eius non seruat mendacem esse, 1. 2. 3. 4. 5. Eia ergo fratres, non solum Euangelium probeamus, sed & parangelion approbemus. Neque enim ocio se suum exemplum nobis iussit imitari Christus. Summa: Apparuit nobis gratia sine omni merito, quo tendamus ad meritum, vt dignè Deo ambulemus, Col. 1. Phil. 1. Tit. 2. 3.

*Scriptura
nouæ testamēti
continet &
euangelia
& parangelia.*

Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: vt abstinēsis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum, vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum. Primò Apostolus in genere loquitur de religiosa vita fidelium, postea in specie articulos quosdam eius vitæ ponit: nepe cuius summa est, declinandum à malo, & præstandum bonum. Primò ait voluntatem Dei esse nostram sanctificationem: dein themà hoc diuidens, dicit abstinendum à fornicatione, quod est fugere malum: postea verò dicit cui-

POSTIL. VVICEL. SVPER EPIST.

iufque vas pofidendum eſſe in ſanctificatione, quod eſt facere bonum. Primò dicit, Dei voluntatem eſſe noſtram ſanctificationem, tam corporis quàm animæ. Noſ ui euangeliftæ bonis operibus & diſciplinarum eccleſiæ obſeruantia iuſtificandi virtutem auferentes, ſanctificationem ſaltem internam, fidei nimirum, intelligunt, Græcæ veritatis planè ignorant. Hagiaſmus (ſive hagioſena) ſiquidem ad honeſtam æquè conuerſationem externam, atque ad fidem internam refertur: quod non ſolùm hoc loco vides, ſed & alibi identidem, præcipuè verò 2. Cor. 7. Sed noui euangeliftæ pro ſua maiestate, quam ſibi maiorem, quàm omnes qui retrò temporibus fuerunt ſancti, uſurpant, adeò vt etiam cum ſcripturæ ſenſu, linguarum quoque ipſarum idiomata pro ſua torqueant libidine: quicquid delirant, adorare nos volunt. Hoc ſic eorum fert fatum, cui (iuxta ſuam profeſſionem) reſiſtere non poſſunt. Nugas itaque ſuas fato adſcribunt, atque adeò veritati deputant. O dulces & eas efficaciſſimas nugas nouorum euangeliftarum, qui fatali neceſſitate errare non poſſunt. Sed ad Apoſtolum. Hagiaſmus ad fidem refertur Ioan. 5. Sed non eſt Dei voluntas, vt ſaltem credamus, ſed & edamus opera bona, Mat. 12. Luc. 8. Pfalm. 33. Antitheliſis denique ipſum arguit. Scortatio deſecrat corpus: ſequitur ergò, caſtimitia etiam corpus ſanctificari. Nonne qui ſcortatur, in proprium corpus peccat? 1. Cor. 6. Quare apoſtoli ſcortationem potiffimùm prohibuerunt, niſi quòd etiam corpus cum anima prophanari viderunt? Sanctificari internè animà per fidem, catholicon eſſe fatemur: verùm oportet & corpus omni diſciplina Domino Deo Dedicari, 1. Cor. 7. Huc pertinet quod hic ſequitur: Vt ſciat vnufquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore. Niſi fortè fatalis quædam noua gloſſula, vas ſaltem referat ad animam. Ambroſius, Theophylaſtus, & alij catholici, vas de corpore accipientes, pro ſe habent loca ſcripturæ non pauca, præfertim Rom. 9. item 2. Tim. 2. Accedit quòd 1. Cor. 6. corpora noſtra vocantur templum ſpiritus ſancti. Rom. 6. vult ea arma iuſtitia fieri 1. Cor. 11. prohibet, nè corpus coinquinemus. Noui apoſtolaſtri, veri apoſtata, ducturientes, & contra Dominum

*Sanctifi-
catio non
pertinet
ſaltem ad
interiorem
hominem.*

lenocinia prætextu nuptiarum meditantes, suum scelus vt tegerent, sanctificationem hic fidei saltem intelligunt, non virtutem idiomaton, neque sensum attendentes communem, sed suo cerebello fatali necessitate fidentes, carni suæ & desiderijs omnibus carnalibus inferuientes, homines molles & effœminati. Nos hic vel literæ acquiescimus apostolicæ. Triumphamus verò seridè de hæreticis, quòd à nobis vniuersos sanctos stare videamus. Apostolus vult, vt quisque suum vas, hoc est, etiam ipsum corpus, iuxta atque animam, in sanctificatione possideat. Etiam in honore. Quid verò hoc? Viduitas honoranda, magis verò virginitas: Corpus suum nemo honore maiori affecerit, quàm si castum serauerit. Baptizatus in Christo virginis. ~~Sic~~ virgini, Christo est incorporatus: heu mihi, quantum ergò facinus, tale corpus immunditia coinquinare? Christianus omnis, & sacerdos est & rex: chrismate ergò vngitur ad tale mysterium exprimendum. O magnum sacramentum Christi & ecclesiæ. Christo & corpore & mente placere studeremus, sed pathici hoc præstare nequeunt. Nequitia carnis quo plùs indulgeas, hoc nequior fit. Non intellige hic pathos rhetorum, Colo II. 3, sed passiones carnis, titillationes nequitiarum corporis, quas non sentiunt intacti. Vetat verecundia plùs hac de re eloqui. Hic ethnicorum valent poëtæ, qui turpia ea absque fronte & ore exprimunt. Nos huiusmodi exempla prohibemur imitari, Matt. 6. Vicia ethnicorù vides descripta Rom. I. Colloquia praua mores prauos faciunt. Ethnicos dicit Apostolus suis indulgere passionibus, nos contrà in camo & freno disciplinarum easdem cohibere admonemur. Clavis litigatoria hodie quid sit, nescitur: valde ergò timendum, cynædisum etiam Christi ecclesiam conspurcare. Ethnici non aded culpabiles sunt, quia Deum nescierunt, nostrum omnium grauissimum est crimen, qui in tanta luce opera tenebrarum designamus.

Et ne quis superyrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum. Ad rem familiarè ià redit: suprà de religione formàda egit. Potêtes sunt crabrones, telas araneorù prumpêtes. Accipitres & miluij, quibus rete nõ tenditur, hoc est, nobilitastri & potêtes, ius omne quo iure quã-

Castimonia etiam corpus sanctificatur.

que iniuria perrumpunt. Ciues ditiores chamæleontes, semper hianti sunt ore: immò infernus sunt, qui nunquam dicunt, Saturi sumus: hoc est, quo ditiores sunt, hoc ad opes congregandas sunt magis solliciti, vsque adedò, vt neque æquitatis, neque iustitiæ, vt de clementia taceam, vllam rationem habeant. Hoc ipsum Apostolus hic vocat pleonectin. Sed quale hoc est crimen? quæ nos manet pœna, qui non modò superiorum seculorum ethnicos, verùm etiam huius tempestatis Turcas & omnes barbaros crudelitate superamus? ~~Quid sit~~
~~(Pleonectin) est, cum quis se ad opes congregandas~~
~~magis sollicitus sit, quam ad iustitiam & æquitatem.~~

*Diabolus
 & auari
 diuites v-
 num no-
 men pos-
 sident, co-
 heredes.*

~~Amantissimum~~. Potentes calumniæ non solum decent, sed & vnicè nobilitant. Diues avaritia quoque sua spectabilior efficitur. Circumspecti & prudentes, sordes & rerum voragine habentur. Quàm hi mores ad Christum non faciant, vel indè fit clarum, quòd & satanæ ingenium referunt, & eius nomen sortiuntur. Dis & Pluto tam diabolus, quàm diuites vocantur: idque non vanè. Vnum quidem vtrorunque est ingenium. Pleonecticus, hoc est, auarus, cupidus, calumniosus, infaturabilis est satanas: hoc suum est ingenium, vt quò plus rapit, plus fitiat atque esuriat. Conuenit inter satanan & huius mundi deos. vtrique eodem vocantur nomine, vnum vtrisque paratum est regnum. Plutones nostrates nihil norunt nisi pleonectin, hoc est, plus habere. Hoc cogitant, hoc moliantur. Dictum est in eos, plus date illis in tormentis. Pleonexia etiam alibi in scriptura canonica significat avaritiã, nempe Luc. 12. Roman. 1. 2. Cor. 9. Chrysostronus & Theophylactus intelligunt etiam pleonexian de adulterio, quòd nihil est nisi (vt Sapiens ait) mentis egestas. Ambrosius duplicitatem animi intelligit, monens vt candidè cum proximo agamus in omni negotio. Sedulius tum de philargyria, tum de mœchia atque furtis intelligit. Lyranus de fordidibus atque de auri sacra fame saltem accipit. Ipsum hic imitati sumus. Suprà vbi Apostolus de vase ait, etiam plerique de adulterio Apostolum dicere arbitrantur.

Quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus. Suprà precabatur, nunc minatur. Attende nihil esse solùm credere. Vana spes eorum, qui soli nituntur fidei, nisi sit catholica. Quæ verò catholica est, ea primùm pura est ab omni hæresi: secundò est sedula in bono opere, credens Deum retributorem omnium bonorum. Sic accedendam ad Deum, teste Apostolo. Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum. Hæc est fides catholica: hæc sola, exclusis omnibus hæresibus & ignavia pseudochristianorum, iustificat & saluat. Cæterùm tam hæretici noui euangelici fratres, quàm infideles & impij omnes, Tartarei ignis fomentum sunt, grauius subituri iudicium, quàm illi qui aliàs benè operari neglexerunt, nisi enim peccat, qui peccatum non excusat. Excusant, qui Deum saltem redemptorem & non ultorem, docent. Propheta Nahum, Deum quoque Hebræè vocat *Nokem*, hoc est, vindicem peccatores districtissimè condemnantem, non saluantem. Populù suum saluat quidem à peccatis: sed Dei non sunt populus, non absistentes à peccatis. Aliud est peccator, aliud peccati ultor pœnitens. Breuiter: ethnicis infideliores sunt, de iudicio Dei malè sentientes Christiani. Act. 28. vides ethnicos non nihil de ira Dei, qua in peccata animaduertit, nouisse. Quid ergò retinet, nouo euàgelio solius iustificãtis fidei, iudicium hoc Christi, quo laudat benè operantes, & condemnat peccaminosos, obnubilare.

Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Qui lotus est, non habet opus nisi vt pedes lauet. Nemo dicat: Credo, & baptizatus sum: peccatum mihi non imputabitur: hoc siquidem nihil aliud est dicere, quàm: Quando peccata abundant tantò etiam abúdat gratia. Quorù damnatio iusta est. Non sic impij, non sic. Neque enim gratiam in vanum recipi conuenit. Expurgandum subinuetus fermentum. Hęc nostra est vocatio. Estote sancti, ait, quoniam & ego sanctus sum, Leu. 19. 1. Pet. 1. Foras canes, adulteri, venefici. Nihil iustitię & iniquitati. Nul-

Fides catholica sola saluat.

Sanctificationis modus.

DOMINI. II. QVADRAGE.

nobis data sunt. Abstinentium à fornicatione, hoc est, abstinentium male facere. Dein sciat quisque, vt suum vas possideat in sanctificatione: hoc est, bene operandum nobis est omnibus. Sic certiore faciemus nostram vocationem, 2. Pet. 1. De vocatione ea vide 1. Cor. 1. 2. Tim. 1. Heb. 13. 1. Pet. 3. Iterum verbis Pauli, ad claudendam presentem demegoriã, obtestor vos fratres, caute hereticos. auscultate quid Ephe. 4. dicat Apostolus: Admoneo, vt ambuletis sicut oportet & conuenit vocationi, qua vocati estis. Adnuat nobis hoc, sine quo nihil possumus, Dominus Deus, Amen.

EADEM DOMI. II. QVADRA.

Mat. 15.

Euangelium,

Et egressus inde Iesus &c.

¶ Sensus literalis vult, Christum venisse vt dissoluat opera diaboli, vt dicitur 1. Ioan. 3. Ait ergo: Nunc princeps mundi huius eiicietur foras.

¶ Sectio sensus est.

- 1 Venit Iesus clementer.
- 2 Mulier & discipuli Christi orant ardentem,
- 3 Oratio fidei non fluctuans exorat.

EXEGESIS.

1 Egressus Iesus, venit in partes Tyri & Sidonis. Digressus, quærens quod perierat. Bonus medicus ad valitudinarium properare non fastidit. Tyrus & Sidon ciuitates sunt, vanitate huius seculi insignes, Mat. 11. Lu. 11.
2 Et ecce mulier Cananæa &c. Hic articulus secundus hodie in dubium venit euangelicorum fratrum importunitate. Sanctorum intercessionem planè negant. Quàm longissimè sunt à mente Ecclesiæ. Dominica præsens representat tempus, quod fuit à Dauide vsque ad transmigrationem Babylonis. Patrum precibus Deus filios Israel, à captiuitatis eius vinculis expediuit. Vnde etiam Ecclesia hodiè sanctorum triumphantium orationem excitat, & ipsa sedulo pro libertate vera Domino supplicat. Nasuti Momi, Ecclesiæ catholicæ praxim ridentes, obiciunt catholicis, Apostolos non esse exauditos. Sed quare non attendant Syrophœnissam exauditam pro filia? Discipuli tunc (vt ait Hieronymus) mysteriorum erant nescij: exau-

diti ergò non sunt statim, vt mysteriorum ipsorum addiscendorù illis daretur ansa. Nunc exaudiuntur, Matt. 18. Marc. 11. Ioan. 15.

3 Oratio fidei est etiam, sanctos pro intercessione sollicitate, sic enim fides enitescit, qua creditur sanctos cù Christo regnare triumphantes, meritorù variorum donis locupletatos. Chrysostomus, Augustinus, Ambrosius, & omnes catholici fatentur, ad sepulcra martyrum dæmonas sæpè fuisse expulso.

¶ Mystici sensus sectio.

- 1 Diabolus princeps Mundi,
- 2 Per Christum (id est, panem vitæ, verbum, & sacramenta) eiicitur:
- 3 Per omnes etiam micas, quas catuli sub mensa legunt.

¶ Declaratio.

Micas saturati & diuites negligunt, hæretici & hypocritæ. Sunt autem: Hæc oportet facere, & illa non omitti: Cætera, cùm venero, disponam, &c. Per micas intellige cæremonialia: per flores & herbas, quibus sepulcra diuorum sunt exornata, diabolus etiã est expulsus, teste Augustino. Cæremonialia itaque, super quæ nomé Domini inuocatum est, contra satanæ nequitiæ virtuté habere, vident & experiuntur filij ecclesiæ.

¶ Moralis sensus sectio.

- 1 Mulier Cananæa significat pœnitentem, egredientem è sinibus reproborum & malæ consuetudinis.
- 2 Filia Cananæa significat animam peccatricem.
- 3 Digni fructus pœnitentiæ, gratiam Domini nostri Iesu Christi præsentissime impetrât. Morale hoc ex diuo corrafi Hieronymo.

SECUNDA HEBDOMADAE POST

Reminiscere, Lectio Epistolica Danielis
prophetæ ex capite IX.

S V M M A R I V M.

Confitetur propheta Daniel in captiuitate Babylonica suum & populi peccatum, quare merito sint abacti in Babylonem, supplicat deinde Deo, vt dimissis tãtis negligentis & præuaricationibus, populum suum postliminio in terram sanctã patribus pro-

EXEGES. LECTIO. EPIST.

missam, reducere dignetur, folius sui sancti nominis gratia atque respectu.

TEXTVS.

ET nunc Domine Deus noster, qui educesti populum tuum de terra Aegypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc: peccauimus, iniquitatem fecimus Domine in omnem iustitiam tuam. Auertatur, obsecro, ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Hierusalem, & à monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra & iniquitates patrum nostrorum, Hierusalem & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui & preces eius, & ostende faciem tuam super Iherosolimam tuam, quod desertum est. Propter tenuitissimam inclina Deus meus aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum. Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Exaudi Domine, placare Domine, attende & fac. Ne moreris propter te ipsum Deus meus, quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem & super populum tuum.

EXEGESIS IN THESES DIGESTA.

Summa lectionis presentis, est oratio prophetæ supplicantis Domino humiliter & ardenter, non pro se tantum, sed potissimum pro Israele vniuerso in gloriam folius Dei. Petit enim, vt reduces in terra sancta & in monte sancto sacrificare Deo rursus permittat, & nomen eius sanctum magnificare, quod in captiuitate iuxta legem haud quaquam poterat facere. Facit huc illud Psal. 136. Quo modo cantabimus canticum Domini in terra aliena?

Daniel
vir clemē-
tissimus
fuit.

2. Propheta Daniel vir clemēs & vere pius, pro erratis populi frequenter solitus est Domino Deo supplicare, seque exemplo Moïsis iræ Dei sedulum opponere. Pietatis eius laudem habet apud alios etiam prophetas, præcipue apud Ezechielē, vbi ait: Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noë, Daniel & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum. Verbum Domini est iudicij & furoris, super pertinaciam populi, quam dicit se velle plestere, nec se ad miserendum obstinatis posse flecti vel trium iustorum precibus. Sententia generalis est: Stipendium peccati mors. Vnde etiam prohi-

buit Dominus, ne propheta Hieremias intercederet pro populo pertinaci & præfracto, Hier. 7. II. 14. Ceterum pro pœnitentibus & pro infirmis sanctum est & pium semper orare. Qua de re Daniel hic noster præcipue Deo rem fecit gratiam, sibi perpetuo prædicabilem. Commendatur etiam ratione sapientiæ. Abijt propemodum in prouerbium, Nunquid tu noster Daniel? Ezech. 28. Sic nos octauum aliquem vocamus sophum. Pius & sapiens Daniel, recte se populi Dei patronum exhibuit. Oratio iusti se humiliantis, cœlos penetrat.

*Prouer-
biũ, Num
quid tu no-
ster Da-
niel?*

3 Cum nesciamus quid facere debeamus, hoc reserui habeamus, vt oculos nostros ad Dominum Deum erigamus, vt Dei adiutorium imploremus &c. Sic Daniel vir sanctus in re planè deplorata, se ad Deum conuertit adiutorem. Non hic tantum legitur Dominum inuocasse. Fecit hoc assidue. De oratione eius legimus supra capite 6. Precabatur verò non solum vehementer, ardentè & assidue, verum etiam ieiunio se humilians, secessum petens, humi se prosternens, lugubri sese veste ad luctum prouocans. Hæc omnia qui rite perpendit, videt Ecclesiam minime delirare, quod ieiunium & disciplinas certas orationi addere soleat. Priuatus quisque orans, sic compositus & affectus oraret. Ad talem orationem siquidem prouocamur Matth. 6. Christi & Apostolorum exemplum etiam nobis hæc succurrit.

*Orati
qua fieri
debeat.*

4 Quid verò? Nunquid non exorauit Daniel? Maxime. Nam qui non exoraret, qui rite orat? Exorauit, priusquam peroraret, vt oraculum Esaia adimpleretur, capite 95. Audiamus hic prophetam ipsum: Cùmque adhuc, ait, loquerer & orarem, & confiterer peccata mea & peccata populi mei Israel, & prosterernerem preces meas in conspectu Dei mei, pro monte sancto Dei mei, adhuc loquente me in oratione mea, ecce vit Gabriel, quem videram in visione à principio, citò volans, tetigit me in tempore sacrificij vespertini. Summa est: Deus consolatus est prophetam virum desideriorum, & fecit illi secundum omne desiderium suum. Hieronymus ait hic: Daniel quam primum cœpit orare, Dei misericordiam est consecutus. Hoc ad

*Daniel
exorauit
Dominũ,
quod rite
oraret.*

EXEGES. LECTIO. EPISTO.

*Oramus
nos, pro-
missionem
exorandi
Dei habe-
tes.*

nostram facit consolationem, Rom. 15.

5 Dicis Danielelem esse precatum & exauditum, pro-
pterea quòd promissionem Dei certam haberet, fa-
ctam per Hieremiam prophetam, Hierem. 29. 52. Re-
ctè hoc. Sed quid tu censès nos orare sine promissio-
ne? Vide nobis quoque orantibus maiora longe pro-
mitti, nempe omnia, Matth. 6. Luc. 11. Ioan. 16. Di-
cis tempus liberationis instituisse: septuaginta enim an-
nos elapsos exilio deputatos. Respondeo, tanto fer-
uentius Prophetam voluit orare spiritus sanctus. Nisi
enim Dominum humiliter in confessione peccati im-
plorasset, poterat Dominus sententiam gratiæ suæ
reuocare, & septuaginta annis elapsis, adhuc septua-
ginta, immo septingentos addere. Nos quoque tamet-
si (vt exemplo, quod volo, ostendam) iam videmus
segetes lætas promittere nobis famem pellere posse,
tamen ritu Ecclesiæ per stationes sacras & processio-
nes pro frugibus & pro aliis nobis commoditatibus
Deum interpellare pergimus. Potest enim ea, quæ no-
bis ostendit, auferre, si superbos & ad orandum ne-
gligentes viderit. Et quare oramus quotidie, Panem
nostrum quotidianum da nobis hodie, etiam si hoc
quod rogamus, iam abunde habeamus? Nunquid non
quòd auferre ea potest, iuxta exemplum Iob, quæ
iam habemus? Oramus ergò, vt ea quæ contulit, no-
bis clementer permittat vtenda. Sic etiam instante tem-
pore liberationis, potissimum fuit orandum. Dicis
prophetam rite orasse, quòd captiuitatem præsentem
ob oculos positam videret. Cæcus est, qui non videt,
in quo exilio, in qua lachrymarum valle degamus mi-
seri & exules.

6 Supra generale exilium totius generis humani,
quo extorres paradisi, quæ nobis data est habitanda,
in hoc vanissimo mundo miserabilem vitam viuimus:
exilium adhuc aliud nobis contingit in fratribus no-
stris, qui tanquam pecus abacti, in Asia & Africa
barbaræ gentis miseranda mancipia sunt facti. Tem-
pore Hieremiæ abducti sunt captiui in Babylonem à
Chaldæis duæ tribus, Iuda & Benjamin. Sed quota
pars est duæ tribus, collatæ ad tot chiliades tot natio-

num fratrum, qui iam iniqua seruitute premuntur in Turcia? Quid iam Constantinopolis aliud est, quam altera Babylon? Hoc lugubre exilium, quod fideles orientales in sua terra exulant. Constantinopolis nostra est. Imperij Romani regia ibi est, ibi iam exultant Ecclesiæ Romanæ filij. O miserabile exilium. Solennitates Ecclesiæ, festa Ecclesiæ, disciplinæ Ecclesiæ, cæremoniæ item Ecclesiæ, quantæ sint iucunditatis spiritalis, iam sentiunt exules miseri. Sacramenta Ecclesiæ, Missæ sacrum, quantæ sint virtutis, miseri iam demum animaduertunt: quod die audire verbum Dei, quantæ sit consolationis, obseruant & considerant captiui, consolatione istac destituti. Taceo de molestiis aliis, quas miseri quotidie coguntur exantillare. Saxeus est, qui fratrum hæc tanta mala non sentit, & tantis Ecclesiæ filiorum calamitatibus non tangitur. Non habent miseri tyrannos, Nabuchodonosorem, Balthasarem & Darium, sed Amuraten, Paasitum, Calepium, Zelimum, & hoc genus monstrorum hominum. O bone Deus, quem nobis tandem excitabis Danielem? Danielem, Zorobabelem, Esram, Nehemiam, Haggæum & Zachariam nobis clementissime Pater mitte: quos si miseris, Cyrum proculdubio consequeremur. Superest adhuc captiuitas omni Babylo-nica execrabilior, nempe hæresios Luteranæ, quæ Ecclesiæ maiestatem abolet omnem, quæ sacramenta tollit & contaminat vniuersa, quæ doctrinæ sanæ manna Cerberæ aspergine penitus corrumpit. Quis non videat, animabus hîc præsentius exitium imminere, quam captiuis in Turcia? Taceo hic, tyrannide etiam quotidie miseros magis atque magis supprimi. Athenas olim à triginta tyrannis adeo exagitatæ non crediderim. Ex tantis malis tu nos Domine Iesu tandem libera, quia va-

Constantinopolis hodie est Christianis Babylon.

Hæreticorum imperia, catholicis sunt Babylon.

Danielē se quisque

7 Omnis nostra salus in Domino Deo duntaxat (quod si exhiberet, Dominum, nos ex Babylone ea liberare potest. Superest ergo, vtriusque pro se, Danielē se exhibere studeat. Pietati studere tandem incipiamus, tum in ieiunio & cilicio animas nostras humiliemus. Ante omnia

etiam exoraret.

EXEGE. LECT. EPISTO.

verò peccata nostra confiteamur. Reuera & nos cum patribus nostris æque, immo grauius peccauimus, quàm olim peccauerunt Iuda & Benjamin. Nullus honestatis hodiè est verus respectus. Vitia coluntur, virtutes sua laude destituuntur. Pecunia regina dat honores. Pecunia & chorum & forum occupat. Pecuniæ obediunt tam pontifices, quàm principes. Pro vera religione regnat hypocrisis & superstitio. Abusuum omnia sunt plena. Qui zizania vel indicet, quotusquisque est? Hæc omnia confiteremur priùs, dein ieiunando & cilicio iustos si Dominum inuocaremus. Quod si faceremus, Danielique se quisque præstaret: omnia quæ postulauerimus proculdubio consequeremur.

*Confessio
peccatorum
hoiè in
Christia-
no populo
desidera-
tur.*

8. Duo vocabula confessionis peccatorum præcipue hic sunt obseruanda, nempe *Hotam*, & *Rasam*: hoc est, Peccauimus, iniquitatem fecimus, Psalm. 106: Quis hodiè in tanta peccatorum abyfso, sua & populi peccata confiteretur? Nunquid non partim dissimulamus, partim asserimus peccata & abusus omnes quantumlibet crassos? Quis Simoniacus, vt à crassis exemplum accipiam peccatis, dignam facit pœnitentiã? Qui furati sunt, iam laborarent manibus, vt ex laboris mercede Domino Deo offerrent sacrificium laudis: sed eccè tibi tantum abest, vt aliquis furum laboret aut det, vt magis ex furibus fiant latrones. Lutherani quoque clamor sum vulgus, pœnitentia simulatoria Deum magis offendunt, quàm placant. Inuenias qui canonicatus tanquàm suæ animæ perniciem relinquunt, sed amicis suis & contribulibus. Nunquid non hoc Domino Deo est illudere? Pœnitentes egregij illi Simoniam vitantes, incidunt in sacrilegij omne genus. Interim dum sic viuimus, Deum in nos magis atque magis iritamus. Vndè quæ hætenus perpessi sumus omnia, dolorum credo esse initia.

9. Daniel Dominum Deum propter suam orat iustitiam, qua vsus erat contra Israëlem. Mera Dei iustitia erat, quòd Iudæi Babylonem abducebantur. Mera etiam dei iustitia nos tot & talia mala hodie patimur. Orat per iustitiã Dei, q iustitiã Dei rectã prædicat. Orat itè, vt Dominus faciem suam in templi locum conuertat, & consideret quàm hoc sit ab ethnicis prophatum. Orat vt

iubar Dei faciei, dignetur locum eum rursus illustrare. Simile quiddam de iubare gloriæ vides Psalm. 66. & 118. Splendorem Dei orare, est petere decus Ecclesiæ, quo eius maiestas declaretur. Hodie quoque cum omne decus Ecclesiæ sit ablatum, quænam Ecclesiæ sit maiestas, ignoratur. superest ergò, vt claritatem vultus Dei super nos sedulò precemur.

*Splendor
gloriæ
Dei, est
Ecclesiæ
maiestas.*

10. Nostrum, Christianorum putà *Mikdas* (quod Græci vocant hoc loco hagiasma) ferè per hæreses est extinctum. Non tamen desperandum. Potest Deus ignem ab Hieremïa absconditum, conseruare, & suo tempore, vel in lutum redactum, rursus inflammare. Clamemus ergò ad aures Dei nostri, & exaudiet nos. Quod Daniel hic Deo aures tribuit, secundum Hieronymum est anthropopathos. Deum enim iuxta suam substantiam, artuum humanorum nullam similitudinem habere, pueris notum est. Dein quod ait, *Mappilim*, hoc est, prosternimus preces nostras ante te, vel ante faciem tuam, humilitatis est significatio. Similem orationis prostrationem vides Hier. 36. & 37. Phariseus orationem suam prosternere non nouit, Luc. 18. Summa: Videamus quo loco res recip. Christianæ sit, nè securitas (Hieron. ait) negligentiam, negligentia pariat offensam.

*Oratio
prosternata
ante faciẽ
Dei, quæ.*

E V A N G E L I O N E I V S D E M S E C V N -
dæ hebdomadæ post Reminiscere, Ioan. V III.

S U M M A R I V M.

Colloquium præsens lectio complectitur Christi & Iudæorum, in quo noster Soter toti mundo declarat tam sacrosanctam suam diuinitatem, quàm humanitatem. Coactus hoc fecit: Iudæi enim alterum crediderunt, alterum non. Sed per eorum incredulitatem peruersam, nobis tanta lux veritatis contigit salutaris.

T E X T V S.

Ego vado, & queretis me, & in peccato vestro moriemini. Quòd ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudæi: Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quòd ego vado, vos nõ potestis venire? Et dicebat eis: Vos de deorsum estis: ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergò vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Dice-

bant ergo ei: Tu qui es? Dicit eis Iesus: Principium, qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare: sed qui me misit, verax est: & ego quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognoverunt quia patrem eius dicebat Deum. Dicit ergo eis Iesus: Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil: sed sicut docuit me pater, hæc loquor: Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum: quia ego quæ placita sunt ei, facio semper.

EXEGES. IN THESES DIGESTA.

Divinitas Domini nostri Iesu nobis in hoc capite multis argumentis declaratur. Prodest nobis cæcitas & malitia Iudæorum, qui Christi inficiabantur Divinitatem, quoniam tot inde nobis argumenta Christi numinis contigerunt. Ex diaboli invidentia, arma nobis contigerunt contra diaboli iram. Observabis hic Dominum Iesum nonnunquam etiã vehementius atque acerbiusculè contra Iudæos vitiligatores disputasse. Potissimum hoc capite benè proluxa vsus est disputatione. Qua in re tam Christi observanda vehementia, quàm clementia. Vehementiæ erat, tam proluxa disputatione gloriam asserere Dei: Clementiæ, non in supplicium quod impij commeruerunt, statim ire. Vides itaque temperatam & clementiam & vehementiam.

*Christus
vehemens
& clemens.*

*Christus
mortẽ se-
pius præ-
dixit.*

*Meritum
Christum
ritè quæ-
ritũ mulie-
rem.
Culpa In-
deorum
Christum
malignè
quærentiũ*

2. Supra de adventu atque de abitione sua dixit: hic eandem repetit relationem. Idquæ sæpius facit iuxta hũc euangelistam. Hic dicit se abiturum, & Iudæos se quæsituros. Significat se moriturum & resurrecturum: impios se requisituros, s. depravato animo, quo postea omnem invidentiam aduersum se conceptam, in eius effuderunt discipulos. Tunc cum non poterat ipsi Domino nocere, eius discipulos ad mortem rapuerunt. Aliter quæsiuerunt Christum sanctæ mulieres, quibus ait angelus: Iesum quæritis Nazarenũ crucifixum, non est hic. Præmium harum erat maximum, nempe ipse Christus, atque, adeò vita æterna. Ite in Galilæam, ait, ibi eum videbitis. Quod verò meritum credas Iudæorum obstinatorum, eorum quos peruerso animo se dicit inuestigaturos? Audi: In peccatis, ait, vestris occidetis. Mori in peccatis suis, est malè quærentium præmiũ. Sensus est,

in cæcitate vestra permanebitis. Prædicit illis obstinationem eam, in qua etiãnum Christo aduersantur. Quid aliud hodiè sunt Iudæi, quã gigantes theomachi, Christi hostes, quibus Christus sese celat, iuxta hoc: Altissimum posuisti refugium tuum?

3. *Nunquid interficiet semetipsum?* Obserua impio hoc ipsum, quod minimè sperat, euenire. Putabant, si Christus seipsum interficeret, id ipsum se non facturos, atque adeo ipsum in tali exemplo non ecuturos. Grandis blasphemia in Dei filium fuit, dicere quod seipsum esset interempturus: propter hanc tam horrendam blasphemiam, permisi sunt seipfos reuera interimere corporaliter non modò, sed & spiritualiter. Non intulit sibi manus autor vitæ Christus, sed impiis Iudæis sese vltro obtulit pro vita omnium electorum occidendam. Sic tale parricidium sacrilegum, quo Christum turpissima morte occiderunt, in sacrilegos eos parricidas redundauit, adeo vt sibiipsis manus intulisse sint visi. Christus viuit, vita omnium in se credentium. Vitam eam occiderunt sibi, qui suapte culpa in tam pertinacem cæcitate peruenerunt. Recidit in Iudæos, quod in cælum expuerunt. Cogitationes tales pessimas (qualis est, quod dixerunt Christum seipsum interempturum) plures vides Luc. 9. 11. Matth. 9. Ioan. 11. Seipsum interimere etiam apud ethnicos horrendum habebatur, teste Cicero in Tusculanis quæst. Leges quoque eius rei sunt argumento. In lege item Mosæica prohibetur, in præcepto, Nõ occides, Exo. 20. testis est diuus Augustinus.

4. *Vos deorsum estis, ego de supernis sum.* Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Hac antithesi latenter ostendit se iturum ad cælum, haudquaquam per tam horrendum scelus suiipsum interfectionis, sed per obedientiam & dilectionem Dei patris: Iudæos verò in æternum ignem abituros, per hoc quòd se acerba & turpissima morte, crucis nimirum, essent sublaturi. Act. 2. Christus è cælo venit in hunc mundum, illuc etiã erat rediturus. Io. 16. Christus quicquid loquebatur, quicquid operabatur, cœleste (hoc est, diuinum) fuit: de peccato enim eum arguere nemo poterat. Cõtrã Iudæi filij diaboli, mēdaces & homicidæ, nihil nisi mēdacia &

*Blasphemia grauis
dis Iudæo
rum.*

*Interimere
seipsum
etiã apud
ethnicos
horrendũ
habebatur*

*Iudæi hoc
quod si-*

timuerunt, homicidia tractabant. De mundo erant, vnde hunc mundum querebant: sed quanto magis hunc mundum affectabant, tanto minus ipsum sunt affectuti. Expediunt, ut pereat vnus, nē veniant Romani, & tollant nostrum locum & gentem. Sed ecce tibi: quod timuerunt, hoc incidit in eos. Perdiderunt locum & gentem. Serui & captiui, vagi & exules sunt in vniuerso mundo, nihil habent huius mūdi. Christus verò Dominus adoratur cœli & terræ. De mundo erant Iudæi, filij erant diaboli, vnde tam infandam effutiebant blasphemiam. Ex acerbo fonte nemo aquam haurit dulcem, ait Cyrillus. Mali nihil boni proferunt, Matth. 12. Terrigenæ terram sapiūt.

Fideles non sunt de hoc mūdo.

Qui de terra est, terrēna loquitur, Ioan. 3. Contra terræ tam pestilentem foetum fulminat vndique scriptura sacra. Nos qui Christo incorporati sumus, de hoc mundo potro non sumus: per gratiam baptismi sumus regenerati, vt deinceps quæramus τὴ ἀνω, & non τὴ κάτω. Non quærunť fideles τὴ κάτω, quia thesaurus eorum est in cœlo, Matth. 6. Caro, Christi gratiæ expers, habet suam sortem ἐν τοῖς κάτω, hoc est, apud inferos. Sic ethnici Græcanici plerunque vocāt infernum, siue etiam ὕδρ ᾧς nō solum ἐν τῷ ἄδῃ.

Mācipiū mūdi manere, est in peccatis suis mori.

5. Mancipium mundi manere, est in peccato mori. Aptè ergo infert Saluator, Vos in peccato vestro moriemini. Indifferenter hic dicit, primo, Moriemini in peccatis vestris: Dein, Moriemini in peccato vestro. Nisi aliquis ex singulari peccato, originale crimen intelligat, poterit etiam singulare peccatum infidelitatis significare. Christus vita & lux hominum. Qui Christum fide & fidei sacramentis non recipit, in morte manet. Non est aliud nomen sub cœlo, in quo possimus saluari, Act. 4. Ioan. 14. 1. Corinth. 1. Sequitur ergò, eum qui Christum non recipit, non posse non perire, Ioan. 3. Mar. 16. Christus nostra sanctificatio, nostra iustitia, vita, salus, victoria & omnia. Christi Ecclesia, Christi habet mentem, & virtutem ad soluendum & ad ligandum. Infideles ergò in peccatis suis perpetuò manent ligati. Matthæi, 16.

Peccati vocabulū horrendū.

Ioan. 20. 6. In peccatis mori perquam horrendum est. Sermo itaque hic Iesu, datus fuit Iudæis. Pilatus quoque quauis

uis esset ethnicus, cum audisset ex Iesu, Qui me tibi tradiderunt, maius peccatum habent: perturbatus, cogitabat dimittere Iesum. Nobis quouidie peccantibus, & peccati vocem semper audiantibus, parui momenti res est, & peccatum committere, & peccati vocem audire. Iudæi hac voce percussus, rogant: Tu quis es? Pilatus quoque hac voce tactus, ait: Undè es tu? Sensus est: Es ne tu filius Dei? Obserua carnis peccatricis malitiam. Viderunt Christi opera, quæ nullus homo vnquam fecerat, nec vnquam porro facere poterat, nisi aut Deus, aut Dei virtute præditus esset. Ex tot & tantis miraculis viderunt liquidò, Christum filium esse Dei. Accesserunt huc tot & tanti testes. Interrogarunt verò, quòd essent obdurati & infideles, Christi miraculis, doctrinæ & testibus non credentes.

7. *Dicit eis Iesus: Principium, qui ego loquor vobis.* Respon-
sio Christi præsens, non nihil habet obscuritatis, quam merebantur impij. Margarita porcis non erat proicienda. Matt. 7. & 13. Responso in quæstionem præsentem de Deo, quisnam sit, ferè obscura esse solet in scriptura vndique, Exod. 3. Iudic. 3. Seraphin tegunt tantam maiestatem, ne ab indignis porcis & canibus statim agnoscatur, Esa. 6. Dominus item interrogatus Matt. 11. *Quis es tu?* non dixit, Ego sum filius Dei &c. sed, *ite, renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis.* Christus ergò hic vna atque eadem responsione obscure respondit obscure, dilucidè verò lucis filiis. Obserua idem manna, idem non omnibus sapere: hoc est, scripturâ omnes non eodem sensu accipere. Mirum verò est, etiam illumina-
tos hodie in hac responsione Christi offendi. Sunt ex no-
stratum illuminatorum numero, qui locum præsentem
infandù inuertunt, non dico, delent atque eradunt Prin-
cipium, quod hic nominaliter positum est, aduerbialiter
legunt, dicentes non esse nomen, sed aduerbium. Noui-
tas omnis hæreticis est grata: certum, nouum textum e-
tiam Iudæis non esse ingratum. Sed nobis perpetuò no-
meo, vt hætenus fuit, manebit: nomen inquam, secun-
dum grammaticam: hic enim grammaticè nobis est dis-
putandum. Non refert quòd in originali Græco accu-
satiuè legatur. perindè enim est, ac si positum sit nomi-

*Malitia
carnis in
Iudæis di-
gnosci po-
test.*

*Noui ver-
fores bibli-
orum, per-
uersi &
infideles.
Nouitas
omnis hæ-
reticis est
grata.*

EXEGE. LECTIO. EVANG.

natiuè. Dein non possunt noui perueriores, non verso-
res, ostendere, archè cum articulo præpositiuo, vt hic
est, aduerbialiter posse intelligi. Donabo faciliè ἀρχῆς si-
nè articulo sic posse inueniri. Tamen iuaret, si quis
hoc ipsum ἀρχῆς aduerbiale ostenderet, in libris noui te-
stamenti, tantum abest vt cum articulo præpositiuo, in
hac significatione ostendere possit. Si verò aduerbialiter
nusquam inueniatur, quare hic sic acciperetur? Apud
Septuaginta in veteri testamento κατ' ἀρχῆς, vs ἀρχῆς, &
hoc genus inuenio, sed non aduerbialiter. Tertio cer-
tum est, quandò Apostoli aduerbialiter primùm, seu in
primis, dicere volunt, non dicere τῶ ἀρχῆς, sed πρῶτον.
Et hic noster euangelista aliter non loquitur, potissi-
mùm hoc vides cap. 2. & 12. Quarto, neque Græcorum
neque Latinorum vllum possunt huc testem produce-
re: quia nullus patrum locum præsentem vnquam aliter
aut intellexit, aut interpretatus est. Chrylóstomus &
Theophylactus certè aduerbialiter non legunt, neque
in commentariis suis super Ioannem, aliter quàm no-
minaliter interpretantur. Accedentes communi sensui,
locum hunc tanquàm dilucidum & planum, paucis ab-
soluunt, & quasi perfunctoriè prætereunt, dicentes, Iu-
dæis tanquàm suis & canibus, neque margaritas pro-
iici, neque sanctum porrigi conuenisse. Obscuris ergò
(quod diximus) obscura responsio erat danda, quæ ta-
men illuminatis, hoc est, fidelibus, esset clarissima. Quin-
tò pro nobis literam euangelicam habemus, item gra-
uissimos testes, Hieronymum, Cyrillum, Augustinum,
Ambrosium, præter hoc, quòd (vt diximus) Chryso-
stomus & Vulgarius literam textus euangelici τῶ ἀρ-
χῆς retinent, nec ex eo πρῶτον faciunt. Sexto ineptissi-
ma est noua translatio, *Erstlich der der ich mit euch rede*,
Principiò ego qui loquor vobiscum. Magis inepta, *E-
ben das das ich mit euch rede*. Nempe ipsum hoc, quòd lo-
quor vobiscum. Quòd si adhuc bis citra receptum sen-
sum ioterpreteris, adhuc bis hallucinaberis. Vbi in li-
tera habetur, *Erstlich*, [Primùm? & vbi habetur, nempe
Eben? Vbi bis legis, qui qui, *der der*? vbi legis bis, hoc
hoc, *das das*? Ineptissimi homines quanquàm adedò deli-
rent, putant tamen theologiam secum natam, & secum

Interpre-
tes noui
biblicorum
deliri.

morituram. Et si omninò τὴν ἀρχὴν Germanicè reddendum sit, rectius verteretur, Initio, vel Primitiis, *Anfang*: quàm, Primum, vel Principio, *Kirchlich*. Neque hic vllum habetur *ὅς*, qui *der*. Neque vllum hic habetur *ἰ*, quod, *das*. Sed habetur *ὅτι*, quia *dens*, siue *vveil*. Septimo cachinno dignum est, quòd Lutherani ex τὴν ἀρχὴν, hic prædicantem (vt dogmatistas vocant Lutheranos) faciunt vt sensus sit. Vos Iudæi si scire vultis quis sim? Principium, hoc est, Vester sum prædicans: quem Latini vocant concionatorem, Græci Ecclesiasten. Superbissimi homines putant se Christum honorificentissimo nomine esse dignatos, si eum prædicantem appellent, quia se verè deos mundo obtrudunt. Non me latet, quòd Apostolus Sotera nostrum vocat ministrum circumcisionis, *Rōma. 15.* Tutius esse puto, vt iuxta veterem textum legatur Principium nominaliter, etiam si inde fiat solœcismus. Hic locus est, vt dicas cum Cauidico illo: Non nobis de solœcismo, sed de iure controuersia est. Pulchrum est, quòd Cyrillus hic Sotera nostrum Iesum, per vocabulum Principium, tantis effert encomiis. Maius profectò est nomen, si Christum Principium voces, quàm si Prædicantem appelles. Augustinus etiam animaduertit quòd in Græco legatur accusatiuè. Sic ait: Tu quis es? Nihil aliud dixerunt, quàm quid te esse credimus? Respondit, Principium, id est, Principium me credite. In Græco nanque eloquio discernitur, quod non potest in Latino. Iterùm Sanctus Augustinus ibidem: Respondit, Principium: non tanquam diceret, Principium sum: sed tanquàm diceret, Principium me credite. Quod in sermone Græco (quod dixi) euidenter apparet. Eodem tamen coincidit sermo, si dicas, Principium sum: & Principium me esse credite. Idem vtrinque sensus. Cyrillus vehementer vrget vocabulum Principium, vt hoc ipsum Christum esse ostendat. Vndè etiam audenter nominatiuè legit, Principium, nihil sollicitus de grammatica, sed de Christi Iesu gloria, quam contra Arrianos asserit. Certum est, Arrianos Euangelicæ scripturæ Luteranorum versionem approbaturus. Arrianum euangelium confirmat, Christum non

*Principiū
noui inter
pretes ac-
cipiū pro
prædican-
te, i. concio-
natore,
quales ip-
si sunt.*

*Arria-
nis non
nomina-
tum*

*gelistarum
suffragatur
trans-
lato.*

principium esse, sed ex eo prædicantem constituere. Vide quomodo sibi dissideant vetus & nouum euangelion, Arrianum & Catholicum &c. Poteris iuxta sensum veteris euangelij legere: Quis es tu? Tunc respondit Iesus: Credite in me (qui sum) principium. Parenthesis adiecta vel propterea poterit recipi, quod ipse Saluator paulò antè dixit, credendum in se. Nec infrequens est talibus adiectionibus verbi vnus atque alterius, elucidare textum. Non dico adiectioneulas eas paruas textui inferendas, sed aut adnotandas, signatas asterisco, aut certè in commentariis pleniori Minerua prosequendas. Sequitur reliquum Christi responsionis: Qui & loquor vobiscum. Hunc locum sic tractat B. Augustinus:

*Christus
verus. De
us. Et ve-
rus homo.*

Credite me esse principium, quia ad hoc vt credatis, non solum principium ego sum, verum etiam loquor vobiscum. In hunc sensum sic legere poteris: *VVeil ich auch rede mit euch* quia & ego vobiscum loquor. Cyrillus hanc periodum trahit ad Christi sacrosanctam humanitatem, quemadmodum etiam Principium ad deitatem refert. Consentanea est sententia ea Cyrilli. Nam dum Christus cum hominibus verbis & voce humana loquitur, ipsum hominem esse apparet. Sed quia loquitur verba ea quæ à patre audiuit, iterum Dei filium se esse comprobatur. Summa huius loci esto: Persuadete vobis prorsus, me esse principium creaturarum omnium, hoc est, verum atque viuum Dei viui atque veri filium. Et quia vobiscum & cù aliis hominibus in hoc mundo loquor, me quoque verum hominem esse non dubitetis. Sic paraphrasticòs legere poteris, quoniam & statim de exaltatione filij hominis sequitur. Vis rudiùs & planiùs hic me paraphrasticòs loqui? Sic lego: Principium me, ô Iudei, accipite, hoc est, filium Dei me esse cognoscite, quoniam & vobiscum loquor. Scitis enim filium Dei iuxta oracula in hoc mundo cum hominibus versari debere & conspici. Indè potestis me verum Deum agnoscere & verum hominem. Si quis clariùs hic loqui poterit, nos sibi gratissimos videbit. Fideles (vt nunc ad rei sensum veniam) fatentur & credunt, Iesum Christum esse principium & finem, alpha & ω Apocal. 1. & 22. vbi hoc ἀρχὴ etiam habetur, ἀρχὴ καὶ τέλος. Vocatur etiam principium

à diuò Paulo, Græcè ἀρχή, Col. 1. Non obstat quòd & Patris persona dicatur principium. Theologi qui scho-
 lasticos legerunt, norunt, quid sit principium sine prin-
 cipio, & principium ex principio &c. Sed si patris nu-
 muni detrudere dixeris, si etiam filium principium vitæ
 vocaris non minùs, quàm ipsum patrem &c. quomodo
 ergò non derogat paternæ diuinitati, quòd filius iti-
 dem Deus dicatur, iuxtà atque ipse pater? Ergò constat
 Theologis catholicis, & patrem vocari principium, &
 filium: sed tam non esse duo principia, quàm duos de-
 os. Audiamus hic sanctum Hilarium in libro de Syno-
 dis: Caput quod est principium omnium, filius: caput
 autem, quod est principium Christi, Deus. Ita enim ad
 vnum qui est sine principio omnium principium, per
 filium vniuersa referimus, & iterùm confirmantes Chri-
 stianismi intellectum, dicimus &c. Hactenus ille. Græ-
 cus Cyrillus ait etiam hic: Principium per quod om-
 nia facta sunt, per quod Deus mundum condidit, in
 quo Deus cœlum & terram creauit. Item idem: Ex hoc
 principio suum omnia principium habent, & per quod
 omnia subsistunt. Hi duo veri Theologi, Cyrillus &
 Augustinus, hic non solum principium extollunt &
 prædicant Christum Iesum, verùm etiam in Christo
 Iesu principio magnificant ipsam diuinam essentiam,
 iuxta hoc quod Soter ait: Si non creditis quòd ego
 sum, in peccatis vestris moriemini. Conferunt Sum siue
 Est hoc loco, cum eo quod est Exo. 3. S. Augustinus ait
 hic: Quis dignè verbis poterit assequi, quid sit, Sum? O
 veritas quæ verè es. Dicit item: Discute rerum mutatio-
 nes: inuenies, Fuit & Erit. Cogita Deum: inuenies, Est.
 Et Cyrillus: Deus tantùm est, qui non nouit, Fuisse vel
 Fore. In hunc sensum Saluator etiam postea ait cap. 8.
 Antequàm Abraham fieret, ego sum, quod procul du-
 bio item de diuina essentia intelligendum est. Colligi-
 mus ex præmissis, Christum vocari Archiereum, Archia-
 trion, Archegon, Archidicasten &c. hoc est, summum
 sacerdotem, principem medicorum, principem princi-
 pum, supremum iudicem. Excellit tamen omnes titulos
 sum, siue Est. Principium qui loquor vobiscum, &c.

*Filius e-
 què princí-
 pium est,
 atque pa-
 ter: sed nõ
 duo princí-
 pia vel
 tria.*

*Principiũ
 sacrosan-
 ctum in
 theologia
 vocabulũ.*

3. *Multa habeo de vobis loqui & iudicare.* Adiectio grauis

EXEGE. LECTIO. EVANGE.

& apta. Dixerat, in peccatis vestris moriemini. Hoc ipsum non intellexerunt, vna cum aliis quæ intelligere nō studuerunt, aut certè per invidiam intelligere noluerunt. Adicit ergò: In multis me subindè offenditis, me à patre vobis missum recusatis. Multa ergò habeo contra vos, quæ dicam & iudicem. Qd. Erit tempus cum vobis omnia hæc quæ in me committitis, exprobrem & iudicem. Iam non iudicis personam ago, sed serui addicti cruci. Dixit enim suprâ cap. 3. non venisse se vt iudicer terram. Item se iudicare neminem &c. Quid ergò? Num impunè peccabitur? Haudquaquam. Deus pater, verus est Deus & veritas ipsa: itidè filius, veritas est & Deus verus: spiritu sanctus non minus verus Deus & veritas. Prædixit in prophetis per spiritum sanctum Deus pater, Christum suum iudicaturum orbem terrarum in virga ferrea, in iudicio vocaturum ad se omnes gentes, & disceptaturum se cum eis, idque in valle Iosaphat, Ioh. 3. Psal. 9. 74. &c. Et filius ipse multa de iudicio suo prædixit Ioan. 3. 8. Mat. 25. &c. Neque mentiri non possunt Apostoli, veritatis discipuli & vasa. De iudicio Domini dicit Apostolus 2. Thessal. 1. Jac. 4. Petrus dicit Domini iudicij sui exordium à domo sua, hoc est, à suo populo facturum, 1. Pet. 4. Vides itaque neminem impunè peccare posse: iudicem enim citò & certò aduenturum Christum, inmo iam ante ianuam adstare: quia veritas est, mentiri non potest, Ioan. 3. Rom. 3. Tit. 1. Dicit enim hic: & qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Sequitur.

9. *Et non cognoscebant quia patrem eius dicebat Deum.* Hic vides vt principiū suprâ intelligas. Eò platū erat, vt Iudei intelligerēt indè Christū verū Deū, consubstantialē patri, natū ex corde patris, genitū ante luciferum, Deū de Deo, lumen de lumine &c. Non intellexerunt, quia verbū Christi locum in illis nō habuit. Obdurati in sua malitia, verbo locum non dederunt: non intellexerunt, quia noluerunt. Obdurationem ergò illis suam Saluator quoque indicat, dicens: Cū exaltaueritis filium hominis &c. Qd. Eò crudelitatis peruenietis, vt etiā me tandem crucifigatis. Obduratos vos Deus pater traditurus est in peccatū, Dicitis: Dixit se patrem habere Deum.

*Impunè
nemo
peccat.*

*Obdurati
Iudei, ve-
ritati lo-
cum non
dederunt.*

videamus an hoc se ita habeat. Morte pessima condemnabimus eum, visuri an Deus pater eius veniens, liberet ipsum è manibus nostris. Sed granum frumenti, cum moritur, fructum profert. Sic & mors mea multis erit vita. Sacrificium erit, non supplicium. Pater itaque hoc ipsum sacrificium suscipiet, & multis propter hoc ipsum, æternum remittet supplicium. Patiar acerbam mortem, sed innocens non propter me, sed propter nocentes filios Adæ. Non ergo proprie erit supplicium dolor meus & mors mea, quale patiuntur nocentes, sed erit sacrificium Deo patri omni in gratissimum. Dico ergo. Cum exaltaueritis filium hominis: & non, cum crucifixeritis. In vestris quidem manibus, pro malitia vestra coram mundo erit crucifixio, supplicium & turpitudine: sed in manibus meis, coram patre meo erit sacrificium & exaltatio & gloria. Crux quoque ipsa erit gloria omnium fidelium, adeo ut omnes dicturi sint & cantaturi: Gloriarì absit à nobis, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Fructus sacrificij mei, statim me crucifixo, liquido atque euidenter omnibus apparebit. Dicit latro: Cum veneris in regnum tuum, memento mei. Dicit centurio: Vere hic erat filius Dei. Multi item Iudæorum plangentes pectora sua, poenitentes & luctuosi abibunt domum. Vides quare crucifigendum se non dixit, sed exaltandum. Sic etiam loquitur infra capite 12. Ego cum exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum, idem est sensus. Secuta est exaltationem in crucem, resurrectio & ascensio: per omnia hæc Iudæi cœperunt cognoscere, quòd Iesus esset filius Dei, Act. 3. 1. Tim. 1. Tunc contigit hoc quod dictum erat ab Osee propheta cap. 6. Venite, & reuertamur ad Dominum Sic humiliatorem sequebatur exaltatio. Prædixit hoc Seruator ipse, dicens sic sibi intrandum ad gloriam suam. De humiliatione crucis vides Philip. 2.

ro Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solus, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. Audis causam exaltationis, obedientiam & humilitatem. Oblatus est, quia voluit. Veniet princeps mundi, sed nihil habebit in me. Verum ut mundus cogno-

*Christo
mors sacrò
ficiū fuit,
nō suppli-
cium.*

*Mortis
Christi
causa fuit
obedien-
tia & hu-
militas.*

EXEGES. LECTIO. EPISTO.

scat quia diligo patrem, propter ea sicut mandatum de-
dit mihi pater, sic facio. Noui euangelicæstri alium ex-
altandi commenti sunt modum. Verbum Facio, illis est
inefficax. Sed quod Christo fuit efficax in sacrificio,
vt per ipsum in suam perueniret gloriam, nobis quo-
que erit efficax in sacramento, vt per ipsum peruenia-
mus in eandem gloriam nobis partam. Per verbum, Fa-
cere, autem in gloriam eam perueniemus, & non per
verbum, credere, hoc est, per opera bona, & non per
fidem solam. Obserua, septies in hac lectione Christū
suam tangere atque adumbrare diuinitatem, vnde eius
bonitatem discere. Dicunt infelices, Tu quis es? Satis su-
pérque ostendit atque fastus est se filium esse Dei, lo-
quelam eius quòd non intellexerunt, in causa est, quòd
ex Deo non erant. Vtinam nos intelligamus. Vere in-
telligunt, qui vere timent, credunt atque diligunt. Non
intelligunt, qui facere nolunt. Obseruât ergo & obscu-
rant Christianismum Lutherani, qui verbum Facio, hoc
est, exemplū Christi, imitationem exempli Christi, opera
bona parcius & maligne prædicant.

TERTIA HEBDOMADAE POST

Reminiscere, lectio Epistolica tertij

Regum XVII.

SUMMARIVM.

Lectio est historica, indicans vt Dominus Deus, per
quem nec ales esurit, Prophetam suum Heliam vna
cum vidua Sarephthana mire in tēpore magnæ an-
nonæ caritatis sustentauit.

TEXTVS.

Post dies autem aliquantos siccatus est torrens: non enim
pluerat super terram. Factus est ergo sermo Domini ad eū,
dicens: Surge, & vade in Sarephtham Sidoniorum, &
manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri vidua vt pascat te. Sur-
rexit & abiit in Sarephtham Sidoniorum. Cūque venisset ad
portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vo-
cauit eam, dixitque ei: Da mihi paululum aque in vase, vt bi-
bam. Cūque illa pergeret vt afferret, clamauit post tergum eius
dicens: Affer mihi, obsecro, & bucellā panis in manu tua. Quæ
respondit: Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem nisi

quantum pugillus capere potest farina in hydria, & paululū olei in lecytho. Et colligu duo ligna, ut ingrediar, & facia illud mihi & filio meo, ut comedamus, & moriamur. Ad quā Helias ait: Noli timere, sed vade, & fac sicut & dixisti. I'erunt autē mihi primum fac de ipsa farinula submeritum panem parvulū, & affer ad me tibi autem & filio tuo facies post ea. Hac autem ait Dominus Deus Israē: Hydria farinae non deficiet, nec lecythus olei minuetur vsque in diem, in qua Dominus daturus est pluuiā super faciem terrae. Quae abiit & fecit iuxta verbum He. 12. Et comedit ipse, & illa, & domus eius: & ex illa die hydria farinae non defecit, & lecythus olei non est imminutus, iuxta verbū Domini quod locutus fuerat in manu Heliae.

*dixi tibi.

EXEGESIS IN THESES

digesta.

1 Mirabilem hic vides Deum esse in sanctis suis, iuxta psal. 67. Deus Israel dabit virtutē & fortitudinem plebi suae, Benedictus Deus. Mirabilis, quia percutit & sanat: fame enecat, & refouet. Mittit in ærumnas, & solatur. Heliam in deserto pavit. Viduam piam iam fame morturam, per famelicum prophetā refouet & pascit. Quis Deus sicut Deus noster? Dominus noster Deus saluos faciendi. Deus Israel Deus est vniuersae terrae. Dominus nouit itaque in Sarephtha Sidoniae viduā piam sui timētē. Dat virtutem & fortitudinem plebi suae, hoc est, omnibus inuocantibus se in veritate. Erit ut omnis qui inuocauerit nomen eius, saluus erit. Pastor vere bonus est, qui etiā oues suas in alieno ouili nouit: vnum ouile, vnum pastorem futurum hic vides.

Mirabilis Deus in sanctis suis.

2 Magnalia Dei praecipue celebrat Ecclesia. videt enim quorsum sint facta. Spiritum & vitam habent omnia. Synagoga nihil ex tantis miraculis arripit nisi literam. Nunquid mortuis Deus mirabilia fecit? Nunquid tantam emortuam historiam, hoc est, rem semel gestam, & postea nullius efficaciam, habenda sunt quae de Dei mirabilibus mirabilia sunt prodita? Absit. bene ergo tanta Dei memoria celebrat & recolit sancta mater Ecclesia, videns sibi facta. Omnia quae scripta sunt, propter nos literis commendata sunt, ut ex scriptura consolationes accipiamus. Obseruandum itaque in hoc cap. tria miracula. Primum coruorum, prophetæ

Magnalia Dei praecipue celebrat Ecclesia, non synagoga.

panem & carnem mane & vesperi deferentium. Secundum, lecythi olei & hydriz, quæ neque oleo neque farina exauriri poterant interim dum annonæ tenuit caritas. Tertiū, filij viduæ vita functi resuscitatio. Ternarius sacer, fidem catholicam significat, qua vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitatem adoramus. Bis mortui Iudæi, talia vitæ mysteria non inveniunt in litera.

3 Priora duo miracula ex caritate annonæ, quæ tunc magna erat in mundo, sunt nata. Fames verò ea, pœna erat idololatriæ Israelis. Idololatria magna fuit sub rege Achab, per impiū illum regem potissimum aucta. Veritas quoque Dei, Opt. Max. tanta fuit, vt tantum ac tale crimen impunitum præterire non poterit. Comminatus talem pœnam Deut. 28. Psalm. 104. Sed veritas Domini non solum facta illustris in pœna transgressoribus prædicta, sed in consolatione & saturnitate promissa piis, Deuter. 8. Leuit. 26. Psalm. 36. Proverb. 3 &c. Hic famis plagas præcipuas operæ precium puto esse recolere. Fames magna fuit tempore Abrahamæ Gene. 12. Tempore Isaac, Gene. 26. Tempore Iosephi, ibidem cap. 47. Caritas itidē non parua fuit ætate Ruth & Noemi. Daudis itidem tempore talis iræ Dei plaga Israelem castigauit annis tribus, 2. Reg. cap. 21. Sed nulla vnquam tam vehemens fuit, atque illa quæ tempore Helix hic fuisse legitur, & postea tempore Helisæi 4. Regum 6. & 8. Ea quæ sub Helia euenit, semiquatuor tenuit annis: quod & scriptura noui testamenti commemorat, nempe Luc. 4. Iac. 5. Tanto item tempore durauit æstus & siccitas, qua terra imbri destituta, nihil fructuum protulit. Plaga ea non solum cibos abstulit, sed & potum, non solum vini, verum etiam aquæ. Exiccabantur enim tam fluij, quàm fontes. Aetate Helisæi tanta erat famis vehementia, vt caput asini mortui, & modius stercoreis columbini, magno emerentur, 4. Reg. 6. Accessit tãto malo bellum, quo malum duplicabatur. Cæterum de fame per bellum orta, habes exemplum 1. Machab. 6. & 9. &c.

4 In tanta tantæ inediæ calamitate, quam Dominus in terram misit ratione peccati, potissimū verò idolo-

Famisplage præcipue.

latriæ, mitissimus pater Dominus Deus ostendit se nequaquam cum impiis abicere posse & derelinquere pios, Psalm. 36. sed cibum dare suis, dum impij famelici fame efferantur instar canum, Psalm. 58. Facit ad hoc historia præfens miraculi Dei gloriæ, qui in tanta fame & penuria Heliam vna cum vidua Sarephthana sustentavit, atque ad saturitatem pavit. In nouo testamento reperit Dominus Deus miraculum coruorum, quos suis electis dapiferos constituit, vt inde consensum testamenti vtriusque conficeremus. Vnum Heliam coruus in deserto escam ferendo, pavit: Duos in nouo testamento idem ales itidem in deserto, simili ministerio pavit, Paulum & Antonium, anachoreasis sanctæ auspices. Non fabula habenda, quâ faterur rem gestam Ecclesia Græca & Latina. Vitam Antonij D. Athanasius haud quam pudendus autor fideliter memoriæ cõmendavit. Fecit & idem S. Hieronymus. Hic Latinus, ille Græcus. Nostri verba pauca audiamus. Inter has, ait, sermone inationes suspiciunt (scilicet Antonius & Paulus) alitem coruum in ramo arboris confedissee, qui inde leniter sub volabat, & integrum panem ante ora mirantium deposuit. Post cuius abscessum: Eia, inquit Paulus, Dominus nobis prandium misit, vere pius, vere misericors. Sexaginta iam anni sunt, quod accipio dimidij semper panis fragmentum, verum ad aduentum tuum Antoni militibus suis duplicavit annouã. Hæc Hieronymus in vita Pauli Eremitæ.

Consentiant sibi nouum & vetus testamentum.

5 Helias Thesbites (erat Thesbi oppidulum in terra Galaad situm) tantæ erat vir sanctimoniam, vt ipsum Dominus Deus à morte carnis, cui omnis mortalium massa obnoxia est, vellet præseruatum. Tantum adfuit vt inedia in eum præualere posset. Flumen Carith exiccatum, prophetæ potum porro sufficere non poterat: sed fons bonitatis Dominus Deus plenus adhuc & integer, large se super tantum virum effudit. Misit prophetam Dominus Deus in oppidum nomine Zarphat, quod Septuaginta vocant Arephtha. S. Lucas appellat Sarephtha capite 4. Non procul erat situm à Sidone siue Sidone Phœnicæ. Sidoniæ, hic additur propter differentiam. Erat enim adhuc alia quædam Sarpath, fuerunt.

Sarephtha due fuerunt.

EXEGES. LECTIO. EPIST.

Galliarum, cuius mentio fit apud Abdiam capite 1. Franciæ id esse oppidum aiunt etiam veteres Rabini Slomo & David. Iudæi etiamnum vocant Hispaniam *Sepharad*, Sephamia. Germaniam vocat *Astenaz*. Dominus Deus cœlestis pater prophetam suum seruumque suum sibi dilectum, in ciuitatulam eam Sidoniæ misit Sarephtham, in præsignationem vocationis gentium, vt videre est apud S. Lucam. Misit itaque ad viduæ, desertæ, miseræ & desperabundæ, domum. Ibi propheta erat recreandus viduæ miseræ & inopis opera & ope. Domus viduæ significat Ecclesiam. Opera viduæ qua sustentabatur propheta, significat cooperationem eam, qua sacerdotalis functio est instrumentum operantis Dei. Oracula prophetarum saltem efficacia sunt in Ecclesia. Potest Deus ex lapidibus suscitare filios Abrahæ. Credens propheta verbo Dei, verum se prophetam declarat. Sperandum prophetae ibi, vbi spei nulla est apparentia. Sperandum præter spem, Roman. 4. Verbum Dei non est iudicandum, sed obseruandum, Rom. 2. Benè succedet illi, qui, quod præcipitur, præstat. Sic Petrus ibi cepit copiam piscium, vbi piscium comperit esse inopiam, Lucæ 5. Duo præscribuntur hic Helix. Alterum, vt in Sidoniam proficisceretur peregrè: alterum, vt in Sarephtha apud viduam quandam maneret. Dicit enim se viduæ illi præcepisse de Helix. Rogas vbinam memoriæ proditum sit, Deum de Helix viduæ aliquid præcepisse? Respondeo Dominum Deum cor viduæ sua gratia imbuisse, sui timore repleuisse, atque adeò hoc ita disposuisse atque ordinasse, vt mulier hæc bonum hoc opus peregrino prophetae præstaret, Matt. 25. & prophetae sibi mercedem compararet, Ibidem 10. Quòd Dominus cor viduæ eius sic sua imbuat gratia, hoc tantundem est, atque præcipere. Et consuetudo est hagiographis, voluntatem Dei sic loquendo exprimere: quale est illud quod legitur Ionæ 2. Præcepit Deus balæne. Item Iob 9. Dominus præcipit Soli nè oriatur. Ibidem cap. 37. Præcipit niui vt cadat. Hoc capite idem audis, nè pe ibi: Præcepit Deus coruo &c.

6. Dominus Deus nec domum viduæ, nec plateam in qua ædes viduæ essent, nec eiusdem nomen prophetae

Domus viduæ Sarephthana, significat Ecclesiam.

Præcipere in scriptura variè Deus dicitur. Dominus Deus prophetis quare quædam non statim reuelet.

indicauit, vt locum orationi relinqueret, & suam potentiam in euidentiori miraculo declararet. Seruus Abrahæ non nouit puellam quam herili filio Isâac desponsatam adduceret: vnde Dominum Deum precabatur, vt sibi puellam eam exhiberet. Gene. 24. Dubium non est, simili modo etiam prophetam ea quæ Dominus Deus non expressit, ardenti oratione obtinuisse, vt sibi declarentur. Seruus Abrahæ simulac Dominum inuocasset, apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat in scapula. Interrogat cuius filia esset. Respondebit, Filiam se esse Bathuelis, filij Nachor, matrem verò suam esse Melcham. Qui audiens se à Domino Deo exauditum, incidisse in puellam cuius gratia ablegatus erat, dedit illi statim in aures & armillas ad ornandum eam. Pro nusquæ adorauit Dominum &c. Sic & Helix vota exaudiens Deus, mulierem eam viduam, cui de eo præcepit, obuiam illi misit. Exiuit vidua non temerè, sed ductu spiritus sancti, tanquam hospitem suum, prophetam Domini Dei Israel, exceptura. Exiuit, tanquam honoris causa Thesbitæ hospiti prodiret. Tantùdem ergò fuit Deo dicere ad Heliam: Surge, & vade in Sarephtha Sidoniorum, & manè ibi: Præcepi enim ibi mulieri &c. Hoc, inquam, dicere, tantundem fuit, ac si omninò illi viduæ & omnia alia quæ ad eius agnitionem facere potuerunt, prædixisset: at si dixisset, quàm primum ad portas oppidi veneris, mulier quæ tibi prima obuia fiet, ea ipsa est quam tibi hospitam esse volo. Quale est hoc Matth. 22. Inuenietis asinam & pullum eius cum ea, & hoc Lu. 22. Introeuntibus vobis in ciuitatem occurret homo vas aquæ testaceum portans. Loquitur multifariam Deus exterius voce, interius inspiratione. Qui illud firma fide excipit & præstat, hoc meretur. Dominus enim suos nõ deserit. S. Hieronymo quoque Paulam viduam Bethleemitanam hospitam esse voluit. De propheta Helisæo at que de eius hospita alibi dicetur super 4. Reg. 4.

*Loquitur
multifariam
Deus.*

7. Aduertite omnia ad euangelicam præparationem commoda, in hac esse scemina. Beatos prædicat Dominus pauperes spiritu, Pauperes euangelizandos ait idem noster Soter ad Ioannis discipulos. Ritè ergo præludendos Ecclesie, prophetam mittit ad viduam pauperulam.

*Pauperes
euangelizantur.*

Pauperes elegit Deus, Iaco. 2. Ad eò rerum inops fuit ut
 dua hæc nostra, ut nè quidem domi lignum haberet, ut
 de panem siue mustaceum sibi coqueret. Euangelion
 item efficaces & operosos inquit, vigilare nos Domi-
 nus vult & opus facere, pecuniam ad vsuram expende-
 re, domesticis dare dimensum in tempore, succinctam
 item vult suam esse familiam. sedulitatem omnia nobis
 commendant, quia sola fides sine operibus, est cadaue-
 rosa fides. Ritè ergò ad laboriosam & ærumnosam vi-
 duam mittit Dominus suum prophetam. Legere ligna
 non solent delicatulae reginae. Fortè lignum habet cru-
 cis symbolon: & aqua quam petit propheta, baptisma-
 tis exprimit sacramentum. Da mihi paululum aquæ in
 vase, ait, ut bibam. Ambulantes in æstu solis, plus siti
 torquentur, quam esurie. Vides itaque prophetam non
 sine siti & lassitudine Deo obediuisse. Vides item ad la-
 bores nos vocari. Angelus dicit ad prophetam: Surge,
 grandis tibi restat via. Magnum iter, magnus labor. De-
 nique hic obserua Heliam prophetam planè esse fru-
 galem: non petit vinum, sed aquam. Parum aquæ, ait,
 ut bibam. Tale donum Princeps quidam ethnicus gra-
 tissimo animo recepisse legitur. Sed præter sitim, hæc
 quam propheta rogabat, aqua baptismi sacramento
 præludit & Ecclesie religioni, in qua qui aquæ haustum
 saltem dat misero, mercedem habet, Matthæi 10. Bea-
 tam ergo verè viduam, quæ ad aquæ largitionem adeo
 fuit prompta. Ligni omittit conquisitionem: vadit, pro-
 phetae petitioni satisfactoria, digna prorsus cui tantus
 mitteretur propheta.

*Esuriens
 suo iure
 fratrem ci-
 bum rogi-
 tant.*

8. Ab euntem propheta reuocat atque precatur, ut & si-
 bi buccellam panis adferat. Neutrum prophetam facit
 contra verbum Domini. Est quidem fas, immò debe-
 mus esurièntè & sitièntè fratrem saturare: unde iure suo
 quivis esuriens & sitiens, fratrem cibum rogat atque potum, sed
 supra illam naturæ atque æquitatis legem, propheta ro-
 gat secundum Dei speciale præscriptum, quod sibi à
 Domino fuit factum, cum præciperetur ei ut Sareph-
 tham proficisceretur: ibi enim viduæ sui causa manda-
 tum esse datum. Sic & Christianis mandatum est datum,
 supra naturæ legem, ut fratri in omni necessitate ad si-

mus. Iure itaque gemino, qui necessitate aliqua opprimitur, fratrem suum ea quibus opus habet, rogat fidelis. Pascere, tam cibum quam potum significat. Hebraicum *Cical*, & Græcum diatrephin, ut Septuaginta interpretantur, tam cibum, quam potum exprimit. Sic etiam accipitur Gen. 47. Hiere. 20. 2. Paral. 2. & alibi. Hebraismus item est quod ait, Accipe mihi *Nimmir*, *krig mir*, *be-kommir*. Sic & Septuaginta hic legunt. Q. d. Si non habes ipsa, vndeunque petitum vel emptum vel mutuo acceptum vel datum adfer.

9. Frustulum panis tantummodo petit, (quod catachresticè buccellam panis significat) Hebraicè *Path* vocatum. Septuaginta verterunt Psomon. Natura paucis est contenta. Lazarus saltem micæ mensæ diuitis petit. *Pij* pauperes exiguis contenti munusculis. Mirum, non uos euangelicæstros à vero euangelij sensu, atque spiritu tam esse remotos. Fateor in noui euangelij prædicationis exordio, pauca eos postulasse, nempe simplicissimum victum & amictum: sed statim cum ipso euangelio succreuit etiam insaturabilis auaritia. Dicunt nunc, vxor mihi est & liberi, multis opus habeo. Obserua prophetam hic mendicum esse factum: obnixè ergo rogat, non præcipit. *Na* obsecrans est, hoc repetit. Sic *Episcopus* petit haustum aquæ, & buccellam panis: non decet non debet item Ecclesiæ prælatos, exactores agere. Sed audi noue euangelicæstros, audi inquam, si aures habes audiendi, mendicare non esse inhonestum. Exitij monachi dicunt contra ordines Mendicantes & alios mendicos, Mendicare erubescio. Atqui mendicare non erubuit Helias tantus propheta. Omnis apostata persecutor sui ordinis. dicunt ergo, Mendicare erubescio, apostata, ut suum celent dedecus. Nunc veri sunt nefarii mendici & exactores apostata, accipientes opes, & dantes mortiferum virus. Monachi verbum Dei catholicè prædicantes, non sunt rogatores ociosi, sed operarij officiosi. Hic cum *Monachis* rogant, prophetæ huius sunt æmuli. Exemplum sunt ite euangelio ceteris ecclesiæ quibuscunque optimatibus, nè mercedem, non dulam eam quæ debetur Euangelij ministris, violenter est mendicantibus & auferant. Haudquaquam ergo monastice est abolenda; sed sicubi ab instituto primitiuo reliquitur.

gioso deflexit, corrigenda Cæterum etiam veteris Adami tumor ille fastuosus mendicitate aptè corrigitur: mēdici Dei fumus omnes, etiam Imperatores.

10. *Vixit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farina in hydria, & paululum olei in lecytho &c.* Hic catholicus sacerdos accurate singula debet perpendere. Patientiam mulieris, iram Dei aduersum peccatores, qua etiam iustos temporaliter perstringit. Prophetam tantum tot oportuit molestiis exerceri, & mulierculam hanc iustam tantis calamitatibus vexari, vnā cum cæteris huius mundi & diaboli mancipiis, tantis dignis malis. Iustis in glorię & maioris gratię meritum hoc contingit, iniustis in æternę damnationis exordium, aut certè in resipiscentię occasionem.

11. Ut sacerdos catholicus mulieris huius penuriam atque adeo miseriam & calamitatem exactius possit æstimare, vocabula huius loci interpretabor. Quod hic Germanicè significat *gebäckens*, coctio, Hebraicè significat *Vga* siue *Maog*. Vnum significat vtrunque. Septuaginta verterunt encryphia. Significat panem siue mustaceum *einen meelkuchen*, coctum prunis siue fauillis, vndè Latine vocant subcineritium. Placentæ eiusmodi, farina, oleo & melle coctæ, parum lignorum requirunt. Certum est, *Og* radicale, significare coquere, Germanicè *Backen*, Ezech. 4. Osè. 7. Item Gen. 18. 1 Reg. 19. *Cad* Hebraicè significat hydriam. Vtrunque propriè significat aquimnarium, Germanicè *einem wasserkrug*, quoniam & sic accipitur Gen. 24. Iudic. 7. &c. Certum tamen est, *Cad* siue hydriam hic significare farinarium, *einen meelhaffen*, quod siccum esse oportet. Farinarium constat significare hydriam, quod apponatur contentum, nempe farina. *Zapabath* Græci vocant *capascen*, siue *campfacen*, non *lecythum*. Nō refert quòd ferè omnes legāt *lecythum*, præter vnum qui legit *lenticulam*. Cyprianus vertit *capfacen*: quod sic apud Septuaginta repetit. Hieronymus quoque ad Eustochium ait: *Capface* repleto, qui alēdus venerat, alit. 3. Reg. 19. legitur *καμψακνος* idem puto significare. Latini etiam *lecythum* interpretantur vas olearium, *ein olkrug*. *Zapabath* significat vas quo liquidum quodque seruatur, siue sit aqua, siue vinum, siue oleum, &c. *Capfa*

Vidua Sa
rephthana
verè pau-
percula

&c. Capfa item Græcis fignificat thecam, à κάψα, id eſt, ſuſcipio. Sed nē hic capuoſus aliquis me rodat, nouum Bibliorum verſorem Germanicum illi notandum obtrudo. Ge. 24. vertit *Cad ein Krug* fideliam ſiue culullum. Et *Zapath* reddit *einen becher* cyathum ſiue ſcypthum, 1. Reg. 16. Inſuper etiam hoc ipſum vocabulum vertit *ein Kandel* cantharum ſiue œnophorum. Luteranis ſic omnia permittimus, penēs eos eſt ſcripturam vertere & peruertere. Si verò in Germanico textu permanere conuenit *Cad*, quare etiam non permaneat *Zapath*? Dicis Germanos neſcire quid ſit hoc? Reſponde etiam eodem neſcire quid exiſtat illud. Senſus ſcripturæ eſt, Viduam pauillum olei & farine habuiſſe, adeò vt non opus habuerit lecytho & farinario iuſtis & veris, ſed conſeruafſe potuiſſe oleum vel in gutto vel ampulla, farinulam in pyxide vel quacunq; teſta. Quod ad paupertatis mulierculæ declarationem dixiſſe fatiſ puto.

12. Egeſtatem audiuiſmus viduæ, nunc opulentiam audiuiſmus prophætæ: *Noli timere, ſed vade, & fac ſicut dixiſti. Veruntamen mihi primùm &c.* Noli timere, ſiue (vt Septuaginta legunt) confide Bono ſis animo, pone metum, *Segeteſt*. Ecce tibi in mediâ penuria & inedia Deus tantam poteſt præſtare abundantiam, vt nihil habens, poſſideas omnia: exhausta vaſa & cucuata, abundanter ſufficiant omnia. Cras, ait propheta Helifæus, modius ſimile vno ſtatere erit, & duo modij hordei ſtatere vno. In deſerto parauit populo ſuo eſcam angelorum. Fac, ait, ſicut dixiſti: hoc eſt, coque placentam filio & tibi. Veruntamen mihi meum muſtaceum primò. Vult ſibi ſuam portiunculâ primò parari & foras adferri. Idque in verbo Domini. Quid verò hoc? Nunquid non alludit ad hoc quod dicitur Eccl. 4. Panem ſuum imprimis parauit ad ſatietatē? Item, Ipſe enim (ſ. Dominus) pars eius & hæreditas? Sanè huc vterque locus reſpicit. Dignus eſt omnis operarius ſua mercede. Quo opus eſt excellētius, hoc etiam merces debet eſſe copioſior. Si nos ſpiritualia (ait Apoſtolus) vobis adminiſtramus, magnum eſſe putatis, ſi nobis viciffim carnalia rependatis? Decimas Iudæi ſuas in horrea ſacerdotum inferebant. Quæ, malum, ergò noſtratum eſt impietas & ingratitude,

Helix propheta nihil habentis & omnia poſſidentis, opes quæ.

Sacerdotibus carnis primis videntur pollicitus eſt Deus.

qui omnia fraudulentè agunt, qui nihil ex animo clero catholico soluunt? Ecce, ait, ego mitto vos sicut misit me viuens pater. Quicquid itaque catholico clero facis, Christus sibi factum reputat. Videbunt ergo pseudocatholici, cui parci & iniqui fuerunt. Aggæus vult, ut primò templi ædificationem curemus, dein ædium nostrarum. Qui ex Deo est, primò quærit regnum cælorum & iustitiam eius. Quoslibet miseros primò quique curare debet, deinde se & suos. Hoc est quærerè regnum Dei & eius iustitiam. Præcipuè hoc debes iis, qui tibi spiritum & mysteria Dei dispensant.

*Pauperi
elemosy-
na Deo
præcipuè
est grata.*

13. Hic documentum habemus, etiam pauperes pauperibus elemosynam dare posse. Germanicum est pro-uerbium: *Got lacht vven ein armer dem andern gibt.* Deus ridet, quum pauper pauperi largitur. Non refert quantum des, sed quo animo des. Refert quale sit munus, hoc est, quo affectu datum. Ethnici sunt qui dicunt *Dem ego tibi, qui ipse egeam?* Vidua hæc Deo chara, tale nihil aut dixit, aut cogitauit: sed Dei timens, & Deo fidens, prompta ad elemosynam non minùs, quàm si pleno cornu dare possit copiam. Dicis Deum hoc illi præcepisse, ut suprà dictum est. Rectè. Sed heus tu ô auare, ceddò, nunquid non & tibi idem præscriptum est? Quod si vis ad dextram iudicis segregari, oportet ut elemosynæ studeas, Matt. 25. Memineris viduæ pauper culæ, quæ æra duo minuta, quæ substantia eius erant vniuersa, misit in gazophylacium, Marci 12. Lucæ 21. Apostoli quoque consenserunt Christo omnes, ut panes pauculos qui illis superfuerunt, distribueret in vniuersum populum. Nunquid non de S. Iudoco & de multis aliis idem legimus? Scite ille seruulo suo, dicenti eundem pauperem sæpiùs redire & postulare, respondit: *Da tu, ne fortè Christus nos tentet.* Hac de re solius fidei prædicatores parùm sunt solliciti. Et quid curent exemplum huius viduæ, & eius quæ est apud Euangelistas Marcum & Lucam, item exempla S. Iodoci, Gregorij & aliorum sanctorum patrum, item exempla S. Elizabethis, & aliarum sanctarum virginum & matronarum, qui mendicitatem Antichristo referunt acceptam?

14. *Hac dicit Dominus Deus Israel: Hydria farina non de-*

ficiet, & *lecythus olei non diminuetur usque in diem qua Dominus daturus est pluviam super faciem terrae.* Vbi verò dixit hoc Deus? Nunquid non simplicissimo mandato misit eum Sarephthan, dicens. saltem: Surge & vade in Sarephthá Sidoniorum, & manebis ibi? Quid hic audis de hydria & lecytho? Loquitur bifariam Deus cum prophetis & electis, voce nimirum & inspiratione. Simili nanque loquendi genere multa dixit ad prophetas alios, quæ in libris sunt commissa & tradita memoriæ, & etiamnum vocantur verbum Dei. Sed mirum, an ad eundem modum etiam cum patribus in nouo testamento sit locutus. Luterani negant hoc. Nam si crederent vnquam Deum sanctos Ecclesiæ patres inspiratione allocutum, minori licentia & temeritate reprobarent sensum Ecclesiæ communem. Scire iuuaret, qua ratione ipsi opiniones suas loco Euangelij atque verbi Dei nobis obtrudant. Sed valeant cum suo verbo. Nos acquiescimus approbatissimis sanctimonia, & virtute miraculorum edendorum clarissimis. Prophetam Heliam verbum Dei inspiratum habuisse, arguit euentus miraculi. Dixerat, Hydria farinae non deficiet, Lecythus olei non exhaurietur. Vtrunque contigit, & sic ex miraculo factò, verbum Dei prophetam habuisse vides. Quis ergò dubitet verbum Dei, hoc est, verum & natium sensum verbi Dei habuisse inspiratum innocentissimos & piissimos patres, qui tantis miraculorum fulgoribus huic mundo deiferi viri sunt declarati?

*Loquitur
Deus bifariam cum
prophetis.*

*Luterani
non credit
sanctos pa-
tres in no-
uo testa-
mento in-
spiratione
Dei do-
cuisse.*

15. Hic etiam vides digno benefacere, iuxta prouerbi-um, esse beneficium recipere. Videmus verum esse quod ait Seruator: Centuplum accipietis in hoc mundo. Quotam portiunculam misera dedit? Immensum verò accepisse, textus satis docet. Sequitur enim: *Et comedit ipse & illa, & domus eius, & ex illa die hydria farinae non defecit, & lecythus olei non est immiutus, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Helie.* Quis hic non videt amplissimas diuitias? Comederunt propheta, mulier & domus. Quid domus? Nonne domus significat familiam? Domus fortè mater & filius dici possunt, quale est illud: Nos duo turba sumus: sed rarissimum exemplum fuerit, vnicum dominum significare, nisi tota cetera fa-

*Digno be-
nefacere
beneficiū
est recipere*

EXEGE. LECTIO. EPISTO.

milia sit extincta. Apparet itaque hic, etiam familiam viduæ tanto Dei munere esse vnâ sustentatam. Huiusmodi munificentiam ostendit postea Heliseus viduæ prophetæ vxori relictæ, oleo in immensum aucto ad satisfaciendum & dissoluendum æs alienum suum maximum, 4. Reg. 4. Poteris verè panem hunc & oleum vocare consecratum, in quibus virtus Dei tam euidenter appareat efficax & operatoria. Tale est quod D. Hiero. memoriæ tradidit de S. Hilarione, cuius panis & oleum consecratum, ad omnes morbos curandos efficax erat.

Vidua honestanda.

16. Discamus hic honore prosequi viduas, quæ (vt Apostolus ait) verè viduæ sunt. Non obliuiscitur talium Deus, immò curam eorum habet Psal. 76. 131. 145. Tales commendat magistratui protegendas, Esa. 1. Hier. 5. Zach. 7. Hic etiam discamus in tempore annonæ bene sperare & facere. Cura est patri cælesti de nobis, 1. Pet. 5. Matt. 6. Si terrâ nil profert, nubes pluent panem.

Sperandi etiam rebus desperatis.

Si caro deest, venti coturnices apportabunt. Si terra fontes & flumina negat, saxum vtrunque fundet. Corui erunt dapiferi. Immo etiam angelus & propheta vnâ dapes ministrabunt iusto inter leones degenti, Daniel. 14. Quid calumniatores legis Apellitæ & Manichæi habent, quod Deo veteris testamenti exprobrant? Nunquid non bonus bonis? nuquid non iustus iustis?

Ecclesiæ filiosum status idem reformatus.

17. Famem, pestem, gladium, esse Dei flagellum, nulli est dubium. Quis ergo non videat, nos in maximis peccatis esse implicatos, qui hæc omnia iam ferè triginta annos continuè patimur? Nescias, hæresis & schisma flagellum sit, an peccatum. Vtrunque esse apparet, vt Dominus Deus eos quos abiicit pseudocatholicos, tradat in maius peccatû, & permittat eos labi in hæresin. Hoc tantum malum rectè æstimatum, cætera omnia facit esse quasi nulla. In omnibus quæ patimur, siue fame absumamur, siue peste, siue gladio, denique etiam siue fidem catholicâ dogmatibus exoticis posthabeamus, & schismata alia atque alia machinemur, iustus est Deus, iniuriam facit nemini. Contrâ maxima Dei est clementia, quòd non ad vnum olim perdidit omnes, vt Hieremias ait in Thren. Hæreticos constat esse malos spiritus, & ex inferno in superas hæc regiones mitti. Hoc enim

Ioannes sic docet in Apocalyp. Mittuntur verò, nostra culpa hoc exigente. Oportet hæreses esse, vt probentur electi. Electi sunt, qui cum flagellantur, respiscunt. Pauci heu apparent esse electi, quia pauci hodie respiscunt flagellati. Negligentes siquidem prælati verbum, neque prædicantes, neque prædicandi officium promouentes, & ipsi pestis sunt pessima: quanquam minus nocent negligendo hoc quod debent, quam si perperam hoc ad hæreses excitandas & ad mouenda schismata exequerentur. Deu danistæ & nobilistarum vulgus, vsura, prædatione, & calumniis omnigenis vnicè studentes, publica sunt calamitas. Cæsar, Reges & principes hæc omnia dissimulantes, & ipsi præsentissimum reipub. sunt exitium: Ethnicus magistratus olim suos habuit ædiles, quos Græci vocant agoranomos, Germanicè *markmeister*, qui auaros licitatores & propolas compescuerunt. Hodie diceres eosdem summates mala fraude Caligulas agere, sua vendendo egestatem simulare, vt calumniis & exactiõibus præludant, atque aditum faciant. Aded hodiè in Ecclesia, potissimum Germanica, auaritia grassatrix depopulatur omnia. Moribus hisce nostris, quo alij alios deuorare penitus machinamur, inter ethnicos portenta essemus: vndè fides, baptismus & Christus, impietate ethnicos multis parasangis præcurrentibus nobis in ineffabilem condemnationis grauitatem tandem euenient, nedum non proderunt in peccatis portentosis talibus permanentibus. Vterque potissimum magistratus, chori nimirum & fori, Ecclesiasticus & ciuilis, omnium grauissimè condemnantur, tantis malis non modò non resistentes, sed & augendo ipsa extimulantes & perpetuantes. ~~Reperitur~~
~~etiam in~~ Rapinè instant optimates iuxta atque infimates. Ex assuetudine ea fit gloria: aded vt virtus esse videatur, quod est præcipuum vitium. Quadrat in nos: Quo plùs sunt potæ, plùs sitiuntur, aquæ. Et hoc: Deest adhuc nescio quid curæ supellectili. Pauper est Achab & angustè habitat, nisi vineam Naboth suæ contiguam, suæ addat. Delicatus emoriatur, nisi Iezabelis consilio optata cõsequatur. Si quis verus propheta manifestam veritatem contra simoni-

compescuit, atque eorum ora adeo obstruxit, ut nullus eorum postea ne quidem mussare atque hiare auderet, magistrorum ac doctorum legis superbiam omni populo declaravit, ut infelices merito non solum coram populo, sed & coram sua ipsorum umbra pudefacti, erubuisse debuissent. Omnia verò hæc ad nostram doctrinam & admonitionem sunt facta. Unde etiam hanc correptionem, qua synagogæ magnates confutavit atque pudefecit, ad Ecclesiæ rectores transfert. Nostrates verò ut hanc Christi exhortationem recipiant, in propatulo est. Quæ verò rei fuit summa? Expedite edisserat. Iudæorum priscorum dogmatistæ hi quos Christus hic increpat, satis erant docti, satis periti, satis facundi, sed minus Deitimentes atque amâtes. Vita eorû erat scandalo plebi adeo ut plus vita demolirétur, quam doctrina ædificaret. Videbantur populo mendacia docere, quum ea quæ docerent, præstare superfederent. De hac magistrorum & doctorculorum superbiusculorum impietate, ait etiã sanctus Paulus Rom. 2. citans contra eos Esa. 52. & Eze. 36. Ipsum audiamus: Ecce, ait, tu Iudæus cognominaris, & acquiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti voluntatem eius, ac probas eximia, institutus ex lege, confidisque te ipsum ducem esse cæcorum, lumen in tenebris versantium, eruditorem insipientium, doctorem imperitorum, habentem formam cognitionis ac veritatis per legem. Qui igitur doces alium, te ipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non adulterandum, adulterium comittis: qui execraris simulacra, sacrilegium admittis: qui de lege gloriaris, per legis transgressionem Deum inhonestas. Nam nomen Dei propter vos male audit inter gentes. Hæc Apostolus. Iam qui mores fuerint priscorum Rabinorû, luce clarius videmus. utinam nostrates, priscos impietate nõ æquent, immò superent.

2 Veritas verbi Dei quoniam in contemptum venit propter vitam peruersam synagogicorum doctorum, Christus optimus consolator, verus paracletus, magni consilij angelus, consiliarius ille de quo Esaias ait, suos consolando, dat consilium, quomoddò se ex hoc exitiabili & discriminoso labyrintho expedirent,

*Christus
sub figura
pharisæo-
rum, corri-
pit etiam
negligentiã
& fasti-
diũ Eccle-
siae prela-
torum.*

*Consilium
Domini
contra exē-
pla prela-
torum pes-
sima, opti-
mum.*

ne si veritas verbi, tanquam nugæ & mendaciū, in contemptum veniret, & discipuli vna cum magistris perirent. Dicit ergo: Non prauos eos dogmatistas considerate, sed Moïsem & optimos sacerdotes, prophetas atque duces (qui legem vobis bonam & salutarem rite tradiderunt, illustraruntque tam vita sancta quam doctrina sana, eorum nimirum, qui vitæ sanctimonia meruerant vocari & haberi amici Dei) semper vobis ob oculos ponite. Cathedra Moïsis, eorum vos commonefacit. audientes itaque legem Moïsis, exemplum quoque petatis à Moïse & ab alijs beatis. Sic vobis non oberit prauum exemplum deprauatorum doctorum, proderit verò doctrina legis. Vides optimum consilium & consolationem. Caue eos qui propter abusum & enormem vitam pseudocatholicorum, schismata & hæreses inferunt. Fecerunt hoc olim Donatus & Petilianus. Nostro quoque seculo hoc faciunt Lutherani, qui toti sunt in carpendis catholicorum vitijs, vt officium sacerdotale eleuent, & chorum foro subiiciant. Sed iam videntes se quoque reos vitiorum eorum, quorum causa alios condemnant, identidem & ipsi aiunt: Omnia quæcunque dixerimus vobis, seruate & facite: secundum opera verò nostra nolite facere. Sed Christi hoc consilium pro illis non facere, in sequentibus ostendam.

Tres cathedrae sunt, Tres cathedras esse hodie videmus: Moïsis, Christi, & antichristici Mahumeti. Moïses audiendus: Christi doctrina & exemplum tanquam præsens salus est amplectendum & recipiendum. Mahumetum debet quis tanquam abominabile portentum execrari. Moïses de Christo scripsit, Ioan. 5. Luc. 24. Visiones & res gestæ patriarcharum vna cum sacrificijs, meræ sunt figuræ sacramentorum, natiuitatis sacrosanctæ, ærumnosæ vitæ, passionis turpissimæ & acerbæ, resurrectionis & ascensionis gloriosæ Christi. Moïses ipse dicit sibi tanto prophetæ credendum Deute. 18. Audiendus ergo tanquam præcipuus Christi testis. Sic etiam audiendi veteris testamenti quicunque approbati prophetæ, quoniam prophetæ in Moïse item compræhenduntur. Veruntamen caute audiendus Moïses. Leges eius trifariam sunt digerendæ: sunt enim quædam e-

mortuæ & euacuatae, quædam tenent adhuc. Hierati-
cæ siue cæremoniales vnà cum politicis euandæ sunt fa-
ctæ. Efficax adhuc est ethica. Ab illis fumus liberati
Matt. 11. Gal. 2. 4. 1. Petri 2. Huic obnoxij fumus Mat-
th. 5. 7. Luc. 16. &c. Sine huius obseruatione etiam fi-
des fit inefficax, Gal. 5. Iacobi 2. Mahumetus in suo Al-
furcan (sic enim vocant Turcæ Alcoranum suum) au-
det dicere, Qui præcepta mea non recipit, iâ est damna-
tus. Item, Credite hunc librum omnium errorû esse im-
munem. His blasphemis Antichristicis qui pro virili,
etiam vitæ suæ periculo, non resistit, reuera est damna-
tus. Nestorianus hæreticus Sergius apostata (vide quid
de apostatis speres) eius blasphemæ protodædalus, ali-
quâdo egregia de Christo dicere veritatis maiestate est
coactus. Quicquid id est, nostrum est, non Mahumeti.
Canis eius, quicquid execrabile est, sit & permaneat. Ca-
thedra ergo Mahumeti, tanquam præsens diaboli sedes
est abominanda & fugienda.

4 Quid verò de cathedra hæreticorum? Respõdeo: *Hæretico-
rum cathedra perit-
net ad an-
tichristû.*
Non tam ouum ouo esse simile, quàm hæresis est similis
blasphemæ Mahumeticæ. Immo hæresis, Mahumetica
infamia est truculentior. Mahumetista imperator, vt-
cunque potens, ad suam sectam hætenus neminem
violenter coegit. hæretici imbecilles, nihil nisi minas
spirant in eos, qui catholicam fidem asserere student.
Turcæ Ecclesiam se esse non iactant, de euangelio non
gloriantur. Hæretici de euangelio aliis insultando, su-
pra fidem ferociunt, & Ecclesiam, catholicis inde re-
sectis, sibi vendicant. Longe ergo Turcis sunt pestilen-
tiores. Damus hæreticos veritatis nonnihil habere, &
pleraque de Christo prædicare nulli pio neganda. Sed
hæc matricis sunt Ecclesiæ. Nihil ergo hæreticis est tri-
buendû. Sacramenta ite quæ habent, salutaria non sunt
quia extra Ecclesiã ea habent. Immo leprosa & execra-
bilia sunt, quia contra Ecclesiam ea habent. *Hæretico-
turcis pe-
stilentiores.*

5 Vnum præcipue est necessarium, vt ij qui in Christi
cathedra sedent, non solum fidem Christi sincere tra-
cipue san-
dant, sed & exemplum religionis indelibatû, aliis imi-
tandum de se præbeant. Nam quanto Christi cathe-
dra præstat Mosaicæ, tanto maiori sanctimonia cæte-
*Christi ca-
thedra ex-
emplû præ-
latorû præ-
cipue san-
ctum re-
quirit.*

EXEGES. LECTIO. EVANG.

ris præstare debent ij, qui tanquam vicarij Christi in ea sedent. Qua ergò fronte audent pseudocatholici in Christi cathedra sedentes, hoc verbum Christi, in suæ pessimæ vitæ patrocinium adsumere, atque dicere: In cathedra Moisis sedent: omnia quæcunque dixerint, facite: secundum opera verò eorum nolite facere? Nunquid non hæc dicunt, vt Christi cathedram Mosaicæ conferant, & vt Christum patronum peccati atque flagitiorum efficiant? Hæc dicentes, longe grauius peccant, quàm ipsa facinora vitæ patrando, & exemplo malo, scandalo alios afficiendo. Nam dum facinorosus atque scandalosus tacens peccat & scandalizat, minus peccat, quàm si tantis facinoribus talem impiam vocem, qua Christum Moisi conferat, & Christum lenonem efficiat, addiderit. Nouum testamentum, non in Moisen, sed in Christum est fundatū. Episcopi, sacerdotes, diaconi & subdiaconi, non Moisis, sed Christi sunt ministri & vicarij: non literæ, sed spiritus dispensatores. Suggestus euangelij, rectius Petri quàm Moisis cathedra dicitur. Ait enim ad Petrū Iesus: Tibi dabo clauēs. Itē, Pasce oues meas. Propter hæc monadē catholicam, cathedra Petri vocatur suggestū euangelij, non quòd fides catholica sit Petri, sed vt tradux legitimæ successionis illa vnica designetur. Debent ergò qui Petri sunt successores & collegæ, subpastores Christi, & rectores Ecclesiæ, inculpatæ esse vitæ, 1. Tim. 3. Tit. 1. Debet illis perpetuo esse in ore: Cœpit Iesus facere & docere, sic luceat lux vestra, Vos estis sal terræ, &c. Exemplum Christi imitantes, debent cum Apostolo dicere: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Apostolus corpus suum castigauit, atque in seruitutem redegit, ne fieret, vt quum aliis prædicarit, ipse reprobis appareat. Potuit ergò dicere: Imitatores mei estote &c. Idem omnibus Petri successoribus dicendum: omnibus enim præcepit Christus sic lucere, vt homines eorum opera bona, puta in exemplum ad gloriam Dei, possint videre.

Pseudocatholicoꝝ peccatum quod sit maximum.

Cathedra Christi ri te vocatur cathedra Petri.

Non sufficit doctore vi Christi ore docere, et nõ vita

6 Vani sunt qui dicunt, sufficere Christum doceri, etiam si doctoris vita sit impura, iuxta hoc: Quacunque tandem ratione, modo Christus prædiceretur. Fateor in-

ter duo mala hoc minus esse, sed præstare Christum doceri, & doctores doctrinæ Christi conformes vivere & respondere. Quod si non fit, ij qui in Christi cathedra sedent, tandem in Antichristi ferculo atque hexaphoro in infernum deportabuntur. Dabunt Domino pœnas de tot scandalis & de tot animabus, quibus suo malo exemplo causâ fuerunt damnationis. Potest sibi Deus quosdam seruare, nouit suos qui recedant ab omni iniquitate. Oues Christi audiunt vocem eius. Alienum non sequuntur, quia vocem eius non agnoscunt. Sed & hoc perstringit etiam Luteranos, qui identidem dicunt: Die lere ist lauter: v-vie fragstunach dem leben: Pura est doctrina, qui a deo rogitas de vita? Impure, si ægre fers vt de vita tua fiat inquisitio, quare tu identidem ex oculo catholicorum festucam eximere niteris, in tuo trabem non considerans? Dicis catholicos propter vitæ mendas è cathedra Christi deturbandos. Quod si hoc æquum est, multo magis tu *be Mesab lezim* es deturbandus, quod in te vita mala & doctrina peior, hæresis nimirum, conueniunt, Psalm. primo Titi tertio, Matth. 7.

7 Reuertamur ad Moïsis cathedram. Qui Moïsis cathedram occuparunt, imperiose hæc & illa populo præscripserunt, quorum ipsi nihil attigerunt. Videbatur illis nomodidactis satis esse legem figere. Putabant nomotheten tam posse refigere legem, quàm rogare. Hi superbissimi legiferi & legirupiones, si quid boni fecerunt, minus candide & syncere hoc fecerunt. Auram popularem captabant, videri & adorari quodammodo voluerunt, tanquam iustitiam facerent, Esa. 58. Putor hic infernalis potissimum bonis infestus est operibus. Sed miser, cedo, nunquid homini seruis? Qui Deo seruiunt, occultant cultum, ne hic ab hominibus virtutis atque sacri cultus accipiant præmium, Matth. 6. Et quare ex tua infirmitate fratris imbecillitatem non consideras? Pontifex infirmitatibus obnoxius, debet condescendere aut certe compati debilibus. Pastor bonus, pecudis debilis maiorem habet curam. Sed ecce tu maiora oneratis su-

*Ecclesia
novis legi-
bus nõ de-
bet gra-
uari.*

*Discipli-
nae Eccle-
siae iuxta
mentem ec-
clesiae, le-
ues sunt
& incide*

perimponis onera. Onus legis per se satis est gra-
ue, quod maiores nostri nunquam ritè portarunt, Actu.
13. Quæ malum ergo legislatorum & scribarum crude-
litas, quod plura adhuc onera ex se comminiscuntur?
De hac re vide Matth. 23. & Marci 7. Religio nostra de-
bet esse synagoga liberior, Episcopus catholicos Chri-
sti vicarios decet discere à Christo, qui mitis est & hu-
milis corde. Dicit illis bonus Pastor: Amans me plus his
pascat oues meas. Iugum Christi suave est, & eius onus
leue. Ecclesiæ disciplinæ secundum mentem eccle-
siæ, sunt iucundæ & leues: peregrinatio, statio, procef-
sio, vigiliæ, feriæ, ieiunia, exomologesis, satisfactio &c.
sed ecce tibi, pontifices & sacerdotes mentis Ecclesiæ
ignorantes, hinc exactiones, autiones, calumnias & ty-
rannidem constituentes, faciunt vt conditio Iudaismi
tolerabilior, (vt Augustini verbis) quæ etiam in Decre-
tum sunt commissa, longè appareat esse. Legifer ille pro-
bandus, qui cum Gedeone dicit: Quæcunque me face-
re videritis, eadem & vos facite, Iudic. 7. Item, Exem-
plum do vobis, vt quemadmodum ego facio, ita & vos
faciatis, Ioan. 13. Pastor bonus talia dicens, non habebit
opus excommunicationis censura, lupo crudelior, oues
miseras territare.

8. Pharisei dixerunt, & non fecerunt. Dixerunt, Deum
ex toto corde amabis, & proximum tuum sicut teipsum.
Sed corpore venerunt ad Deum, corde verò longè abe-
rant ab eo. Immo vt prophetæ de illis coqueruntur,
Deo infensi per omnia fuerunt. Dixerunt insipientes,
non est Deus &c. Contra fratrem se debant & machina-
bantur dolos, lingua eorum gladius acutus, guttur eo-
rum sepulcrum patens. Vnde & Christum innocentissi-
mum affixerunt cruci, & eius discipulos tanti magistri
innocentiæ æmulos pios, è ciuitate in ciuitatem perse-
cuti sunt, partem eorum occidendo. Nos, si dissimu-
lare veritatem non liceat, parum à Iudæorum istac pra-
uitate absumus. Pestilentiores siquidem sumus (alii aliis
plus) quam olim erant mulieres Bithyæ in Scythia, qui
visu enecarunt mortales. Basilisci huiusmodi potissimum
in cisternis delitescunt hæreticorum, qui & ipsi scelera
sua verbo Christi protegunt. Perfectio quidem, rara res

*Doctores
in ecclesia
nisi & ex
emplo er-
diat, phari-
sæi sunt
nocentiores.*

hodie est. Sed doctor supra discipulos in omnibus iustitiæ partibus nisi emiteat, ipsis ludibrio fit discipulis.

9. Quicumque species ambitionis pharisaicæ Christus hic recenset. Cætera vitia etiã phariseis infra exprobrat. Sic factu operæ præcolum est. Annuncia populo meo scelera eorum, ait apud Esa. 58. Qui hoc iussit, & qui se talem vltorem promissit, ipse super verbo suo vigilabit. Hier. r. Ezech. 3. Apostolus ait: Eos qui peccant, coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant. Prima species pharisaicæ vanæ gloriæ, est dilatare phylacteria sua.

*Pharisaism
quinq-
ue species
recenset
Christus.*

Abusus is natus est ex lege Deut. 6. vbi sic populo suo præcipit Dominus Deus: Erunt verba mea hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: meditaberis ea sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque confurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur in oculis tuis, scribesque ea in limine & ostiis domus tuæ. Pharisaicum factum ex hac lege natum, aiunt Hieronymus, Chrysostomus & Theophylactus. Sed longè in alium sensum intelligenda, nempe in contrarium, humilitatis nimirum & timoris Dei. Cæci si hedas binas sibi fecerunt è membranæ, inscriptas legi Dei: harum alteram pileolis suis assutam fecerunt capitibus suis circumuolitare, alteram manibus suis dextris alligatas circumferebant: Schedas has duas vocare solebãt *Thephilin*, item *Tosaphoth*. Græci vocant phylacteria. Sunt autem, quibus res quarum vsus indi-

*Phylacterium quid
significet*

get, consuetudine, *darin man et vras beheli oder ver vvat* Ceterum phylacterion vocant efficacem atque præsentem medicinam contra venenum, hoc est, medicamentum quo salubritas conseruatur. Latini phylacterion in primo significato interpretantur custodientiam. Sic etiam Hebraicũ reddidit S. Chrysostomus, quod Iudæi in huiusmodi schedulis decem præcepta custodiebant, aut certe tanquam ij qui custodirent, videri voluerunt. S. Hieronymus vocat pictaciola decalogi. Ex Græco possit verti. Faciunt custodientias suas latas, *Sie machen ire behal seriem brei*. Nam quo schedulas eas membranaceas (quas ego aduersaria, *gedenckz etel*, interpretarer) ampliores effecerant, hoc se religiosiores putabant. Secunda species hypochrisios, huic nõ multum ab similes fuit, nempe hæc:

Magnificant fimbrias suas. Hypocriticos hæc species, itidem ex lege est nata Deut. 22. vbi sic habetur: Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallij tui quo operiris. *Gedilim* vocant Hebræi. Num. 15. similis est lex: Loquere filiis Israel, & dices ad eos, vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas. Hebr. vocant *zizoth*, In Deut. reddunt Septuaginta Strepta. Noui Germanici transfatores vocant *leplein*, rectius verterent *zottige dretschlein*. Funiculi hi siue vittæ, itidem cœlestium commonefacere debebant Iudæos: mnesofynon retulerunt æternorum, sed & eas in ostentationem vanæ gloriæ verterunt.

*Superstitiosi sunt
Lutherani
reformatores.*

10. Reformatores ecclesiæ horum temporum importuni, omnia talia externa religionem præ se ferentia, exhibent, pharisaica atque hypocritica ea vocantes. Nos superstitiosa nolumus asserta, non approbamus tamen superciliosos reformatores, ea quæ non intelligunt, specie superstitionis reiicientes. Non vident captiosi homines, Iudæos hic non repræhendi à Christo Iesu, quod legem custodierint, *Theophilin* & *gedilim* huiusmodi ex Deute. & Leuitico in exhortationem & admonitionem seruandæ legis vnâ gestando. Corripit verò ambitione hypocriticam. Dicit ergò: Dilatant. Q. d. Adlaborant aliquid legi, vt videantur præ cæteris. Minima hæc legis anxie custodiunt, maiora negligentes. Minima hæc legis tanquam præcipua obseruant, rationem eorum nescientes, nec scire curantes. Specie saltem externa sibi placentes, vulgo se ostentantes, saltem hæcenus religiosi. Abusum talem talis superstitionis hypocriticæ, Dominus Iesus hic reprehendit atque castigat. Reformatores nostrates ex hoc loco arripiunt errandi ansam, conscientes, initium euangelij Ioannis, reliquiarum diuorum particulas, & terræ sanctæ Domini Iesu gestis insignioris puluillum auro vel argento inclusum gestare, esse superstitiosum & hypocriticum. Sanctuli noui, non factis, sed sola fide, non externo exercitio, sed interna persuasionem, omnia externa speciem sanctimonie referentia rident, citius Argi nauis fragmen, quàm crucis Christi particulam, seruaturi: Sepulcrum Alexandri Magni aut eiusmodi tyranni alicuius citius visitaturi, quàm

sepulcrum Christi & apostolorum aut martyrum & confessorum. Hic ubi contra Ecclesiæ simplicitatem disputant, sanctorum patrum testimonia solent adducere. Hieronymum itaque citant hoc loco, contra superstitionem talem scribentem. Sed S. Hieronymus scribit contra abusum & contra superstitionem, non contra simplicem zelum. Quod si eorum aliquis terræ aliquid ex monte Thabor, aut ex monte oliuarum auro & argento inclusum gestauerit, atque memoriam Christi gloriæ sibi indè excitauerit, nunquid hoc ambitiosum? Quare vero illuminati nostri gestant gemmas auro & argento inclusas? Certum est, lapillum eos quemlibet maioris facere, quàm totum Christi sepulchri monumentum, & omnia saxa montium Sinai, Oreb, Thabor, & Oliuarum. Lapilli preciosi sunt, nulla alia ratione, quam hominum opinione: ratione simili, immo religiosa magis, etiam puluis & fragmina quæque minutissima locorum Christi gestis nobilitatorum, preciosa aliquis dixerit. Nam ex talibus veritatis commonemur euangelicæ, quod magis proderit, quam si omnes lapillos Indiæ & Arabiæ gestes. Non contra hunc simplicem zelum disputat S. Hieronymus, sed cõtra manifestam hypocrisim, qua minuta hæc magnifunt, interim negliguntur maxima maxime necessaria. Citat itaque D. Hieronymus cõtra hypocrisim eam hoc Christi, Culicem liquantes, camelum glutientes. quod Germani proferunt, *Einen leffel auffheben, vñ ein schoffel zertretten*: Tollere cochleare, & catinum siue patinam confringere. Sic infelices sensum non inspiciunt scripturæ. Quin hic obseruarent, ex quo autore diuus Hieronymus suam sententiam acceperit. Ioannem Chrysostomum legant, & videbunt ex quo fonte diuus Hieronymus potauerit. Commemorat S. Pater, suo tẽpore complures fideles loca quædam literis commissa, in memoriam aliquam pia gestasse. Idem simile commemorat de fragmine ligni sanctæ crucis à fidelibus piè gestato, in libro, Christus est verus Deus, ubi ait: Ut qui paruum quiddam ex illo (symbolo crucis) habent, hoc auro includant, tam viri quam mulieres, & ceruicibus suis aptent: hinc valdè honestati & magnifici, muniti & protecti, licet condemnationis fuerit lignum.

EXEGES. LECTIO. EVANG.

Hæc ille. Insuper notum est, quid Eusebius & Ambrosius memoriæ commendauerit de primo Christiano Cæsare Sancto Constantino, qui non solum crucis sanctæ fragmina, sed & clauos ipsos coluit. Non patrocinator hic abusui quæsturæ seu stationariæ, sed huic negationi refragor vt qui maxime. Interim vero venerationi reliquiarum catholicæ non detraho, in nō suffragor vt qui religiosissimè. Redeo ad reformatores illuminatos. Cuperem illos ex Esā. 3. 1. Tim. 2. 1 Pet. 3. superbiam regum & reginarum apostolastrarum suarum corrigere. Sic apud illuminatos crescit ornatus superfluitas & vanitas, vt diceret eos hac in re aliquid religionis constituere: quasi lithophori nunc sub regno Luteri, religiosiores existant euangeliophoris catholicis. Quid? Nonne hi phylacteria Iudeorum adeo damnant, ipsi notum neficio cuius factionis siue sectæ symbolon commenti sunt pentagrammaton, quod pictum gestent in vestibus, carpentis, phaleris, bullis, cultris, tapetibus, clauibus, cantcharis, stropholis, tormentis, forcipibus, emunctoriis? Pingitur & sculpirur: V. D. M. I. A. E. in postes ædium & stabulorum, & cubiculorum, & nusquam non. Et quis non videat & audiat, sentiat item, quàm ex hoc ferociat gestamine, vndè se euangelion recepisse, & illuminatos esse ostentant? Dicunt se Euangelion etiam portare corde. Esto. Sed quare idem non faciant catholici? Dicunt se non portare more hypocritarum, fructum Euangelij nullum proferendo. Respondeo, vitam reclamare: magis vero euangelij fructum conspici in pseudocatholicis concubinis & meretricibus, concubinariis & scortatoribus.

*Ambitio
in choro
regnat &
in foro.*

II. Sequitur apud Euangelistam tertia species hypocritios: *Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis.* Ambitionem eam Christus item damnat Lu. 14. Ambitionis hic fumus atque pestilentissimus vapor, adeo in choro & foro increbuit, vt non sit opus ipsum multis verbis declarare. Duo Christ^s tãgit. Protoclisias, & Protocathedrias. Vtrũq; vitium regnat inter catholicos. De vtroque vitio noui Euangelistæ identidem catholicos repræhendunt, sed quotusquisque est eorum, qui nō insigniter vtroque vitio laboret? Certum est, hoc hominum

num pestilens genus primas sibi vndique vsurpare. Inter nobiles sunt nobiliores, inter doctos doctiores, inter potentes potentiores, inter excellentiores quoscunque excellentissimi. Primas eas qui illuminatis non defert, Papista est & Antichristus. De Cæsare vt taceam, certum est magistellos & doctores quoslibet apostatas perfidos, etiam ipsum pontificatum sibi vsurpare, & cathedricas Ecclesias omnes. Prophani principes & satrapes, creant superintendentes: Superintendentes, etiam præfecti & prætores, ordinant prædicantes. Ordinantias novas comminiscuntur. Presbyteros catholicè consecratos & chrismate sacro legitime delibutos, ad tam egregium commentum cogunt: non recipientes ipsorum inuentum, aut expellunt, aut ab officio abdicant atque remouent. Nunquid non hoc est locum honoratiorem tam in choro sibi vsurpare quàm in foro? Oeconomus in triclinio quosque sessum deducit. In politica Cæsar de potestate arbiter est. De Ecclesiasticis ordinibus in Ecclesia tractat Papa. Omnia hæc confundit secta noua. Diabolus item dementat catholicos, vt magis de sessione ecclesiasticorum solliciti sint, quàm de ecclesia ipsa. Cæci qui vitium protocathedricæ non videt. Sanctus Chrysostomus scribit in hoc loco, se à lachrymis sibi temperare non posse, quoties secum consideret, omne malum in Ecclesia ex hoc maledicto vitio esse subortum. Qui si hodie hic nobiscum degeret, maiores etiam Hieremix lachrymis fieret riuus.

12. Sequitur quarta species hypocrisis. *Amant salu Titulos*
salutationes in foro. Salutationes sunt tituli & adorationes, *magnifi-*
 quibus clientes suis blandiuntur patronis. Dignus non *cos etiam*
 est honore qui ipsum quærit. Quærenda virtus, cui cer- *querit aut*
 ta comes est laus. Cæterum soli Deo honor quia ex ip- *in ecclesia*
 so habes vndè honorem mereris, Psalm. 113. Matth. 5. 1. *prælati.*
 Corinth. 15. Titulus præcipuè legisperitorum & scriba-
 rum & pharisæorum, erat Rabbi, quod apud nos est,
 Doctor promotus, Magister noster &c. Timeo neque
 hic habere nos, quod priscis phariseis meritò exprobra-
 re possimus: adèd hæc hypocrisis species vndique re-
 gnat. Nullus est episcopus qui nō quærat tergemini ho-
 noris titulum. Prælati itidem miris se titulis onerant.

EXEGE. LECTIO. EVANG.

Præpositus ter in N. in N. Decanus ter, in N. Canonicus quater, in N. Vicarius, altaris, & Primissarius item. Certum est, Custodias ædium, ambitioni & auaritiæ seruire Prælatorum: statim & à vespillonibus tributum exigent, & tituli auctum Prophani, tametsi Dei nomen sibi iuxta vocem non vsurpent, certè iuxta factum & ipsam rem ab hoc flagitio sibi minimè temperant. Octavius Augustus abhorruit à nomine Domini. Nostrates nisi in suis titulis ter & quater domini appellentur, maiestatem suam læsam conqueruntur. Ethnici prisca non sophi, sed philosophi voluerunt vocari: nunc nisi sapientissimos, philosophastros & theologastros appelles, peccas. Horrendum dictu, ethnicos Christianos in humilitatis virtute anteire.

13. *Vos autem nolite vocari Rabbi &c.* Conuertit sermonem ad discipulos, à pessimo phariseorum exemplo humilitatem ipsis commendans. Principio monet, ne huiusmodi titulos ambiant. Vult vt cognoscant seipso, nempe inutiles seruos. Dauid se mortuum canem vocat. Iob stipulæ se & pulueri confert. Putredini dicit, Mater mea es: & vermibus, sorores. Quòd si mundus nobis tribuit, quod in nobis non agnoscimus, erubescamus. Si verò verè nos laudari videmus, dicamus: Nò nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo danda est omnis gloria.

14. *Vnus est enim magister vester: omnes autem vos fratres estis.* Christiani neque patres vocari debent, quòd omnium magister & pater regnet in cælo, ad quem rectè dicimus, *Abinu*, noster pater: *Rabbinu*, noster Doctor: *Melamdenu*, noster magister. Qui ex illo sunt Rabbi, magistri, & patres, omnem honorem & gloriam Deo adscribunt. Quòd nos istis honorificamur titulis, tale est, ac si calo, immò caballus siue catulus regis, rex vocetur. Nò possumus parentes nostros carnales non vocare patrem & matrem, quoniam illis proximè & secundùm Deum præcipuum honorem debemus. Exo. 20. Matt. 19. Hoc facimus meritoriè, quia ex Dei facimus hoc præscripto. Viderint parentes, vt indè Deo gloriã omnem tribuant. Sanctus apostolus Paulus ipse se vocat doctore gentiũ,

*Glorificã
dus solus
Deus.*

1. Tim. 2. Idem ait etiam à Deo constitui doctores eccle-
 siæ, Ephes. 4. Horum item fit mentio Act. 13. Rectè &
 eos doctores vocamus, quòd videamus eos à Deo do-
 ctores esse constitutos. Nisi differentiam facere velimus
 in Græco vocabulo didascalus, quòd hoc loco & Matt.
 8. 12. 22. positum est, & nunc redditur magister, nunc præ-
 ceptor. Certè multum interest inter magisterium nostrum
 & Dei: neque enim sic sumus parentes liberorum nostro-
 rum, atque noster omnium pater est in cælis Deus. Vnde
 Euangelistæ tribuunt Christi magisterio tria nomina. pri-
 mum est Cathegetes, propterea quòd fidelium dux est ac gu-
 bernator. Dictionem eam vides Matt. 23. Secundum voca-
 bulum est Epistates, quòd fideles erudit arte & scientia,
 præest illis, imperator & caput. Vocabulum hoc habes
 Lucæ cap. 5. 8. 9. 17. Tertium vocabulum est didascalus,
 propterea quòd noster est doctor, docens nos iustiti-
 am & veritatè. Vocatur ergò veritas & iustitia. Voca-
 bulum hoc habes apud S. Luc. 18. 21. Item apud S. Matt.
 Marc. & Ioan. Dictio hæc didascalus, respondet He-
 braico Rabbi, secundum interpretationem. S. Ioan. E-
 uangelistæ cap. 20. Trias perfecta est Deus perfectus
 magister & doctor, quia omnis sapientiæ autor, fons &
 origo. Colendus ergo Cathegetes, Epistates, & Didasca-
 lus verus, perfectus, solus, æternus, efficax, omni-
 potens. Atqui simul ipse in cælis inuisibilis nobis, in i-
 gne habitat inaccessio. per media operatur omnia, non
 solum per solem, lunam, ignem, aquam, terram & aë-
 rem, verum etiam per angelos & homines. Per omnia
 hæc operatur, ut eius gloria maior appareat, utpotè
 qua cælum & terra sunt plena. Cælum Dei gloria est
 plenum, quia angeli sunt administratorij spiritus, nihil
 habentes nisi quod Dei est. Sic fons ille sapientiæ, eti-
 am operatur in terra per homines, tanquam per gloriæ
 Dei instrumenta, qui nos veritatem & veram sapien-
 tiam atque artes docent, qui nos ritè instituunt in di-
 sciplinis & religione: meritò & illos magistros & do-
 ctores appellamus. Sunt enim vicarij siue hypodi lasca-
 li & instrumeta gratiæ Dei. Qui ex Deo sunt, hoc est, q-
 electi sunt, gratia Dei rectè vtetes: sic se in omnibus ha-
 bent, sic docèt, sic viuūt, ut solius Dei (qui omnis boni-

*Christus
 alius magi-
 ster atque
 nos.*

*Magiste-
 rij Christi
 tria nomi-
 na obser-
 ua.*

*Homines
 cur & quò
 honorifi-
 candi.*

EXEGE. LECTIO. EVANGE.

*Gloriam
recipientes
in ecclesia
sine meri-
to, peccāt.*

*Doctores
quales pri-
mitivā ha-
buerit ec-
clesia.*

ratis fons est) gloriam quærant. Peccant ergò gravissi-
mè iuxta præsentem locum, qui gloriam sibi, id est, in su-
um commodum quærun, obliti Dei gloriæ: qui vel hac
saltem causa titulum doctoratus & magisterij in Aca-
demiis vel studio vel largitione quærun, vt ad dignita-
tes quasunque siue ecclesiasticas siue politicas promo-
ueantur, de docendi partibus nihil solliciti. Doctoris no-
men & honorem fert ex raptu, qui non docet. Doctor
enim dicitur à docendo. Hoc ecclesiæ optimates non
animaduertentes, in administratione dignitatum infan-
dum præuaricantur. Emptæ vel alias fauore acquiræ
sex literæ, D. o. c. t. o. r, plus honoris & emolumenti ad-
ferunt, quàm si quis alias eruditione Aristotelem refer-
ret & Platonem. Bullatos & academicos doctores ho-
die mundus saltem nouit, eos verò quos spiritu sanctus
ecclesiæ præficit, nemo agnoscit: quia nemo intelligit
quid sibi scriptura velit Ephe. 4. 1. Cor. 12. Act. 13. &c.
Doctores huiusmodi habuit Romana ecclesia Hilari-
um, Hiero. August. Gregorium, Hugones, Bernardum
&c. Ecclesia item Græcanica Origenem, Basilium, Gre-
gorium Nazianz. Chrystostomum, Epiphanium, Cyril-
lum, Damascenum, & hoc genus alios sanctissimos pa-
tres, qui fidem catholicam voce & calamo tradiderunt
ecclesiam catechizando, exhortando, consolando &c.
Iudæos & ethnicos aut ad fidem vocando, aut confu-
tando, hæreticis obfistendo &c. Non titulos doctora-
tus & magisterij ambitiosè quæsiuerunt, sed opus ipsum
in fidei catholicæ illucidationem, in ecclesiæ edificatio-
nem religiosè promouere studuerunt, idque magis con-
templatione in cœnobiis & in desertis, quàm concerta-
tione & contentione in philosophicis academiis, lyce-
is, & gymnasiis &c. non titulotennis doctores erant, sed
opere ipso. Non pingua captabant & venabatur sacer-
dotia, sed Christi gloriam. Sic & hodie doctores Spiri-
tu sanctus creat eos, qui Ecclesiæ decus & fidei catho-
licæ synceritatem sedulò quærun aut docendo aut scri-
bendo. Tales mundus non nouit, quia sensum & spiri-
tum scripturæ non videt. Infanos itaque veros docto-
res mundus putat, & eos aut ad mendicitatem aut ad in-
ediam cogit. Academici, qui philosophicè doctoratus

& magisterij nomina sunt consecuti, minimè vituperandi atque condemnandi, sed duplici honore affiendi, modò opus ipsum exequantur in ecclesiæ ædificationem. Iam puto satis liquefcere, etiam homines posse dici & coli doctores & magistros, quanquam nisi vnus doctor & magister sit in cælo Deus. Chrysof. ritè discernit, dicens Dominum Deum esse archipatrem & archididascalon, quemadmodum ipsum Deum opt. max. etiam vocat Archipæmena: hoc est, archipastorem, 1. cap. 5. Vnicus est pastor. Vult tamen inter nos quoque habere pastores, Ioan. 10. Ephes. 4. Tales nos propriè poffumus vocare hypopæmenes, hoc est, subpastores: quia multi episcopi, & multi ecclesiarum rectores, Actu. 14. 20. Tit. 1. &c. Vnus item (vt simile habeas) est mediator Dei & hominum Christus Iesus, 1. Tim. 2. Nilominus Noe, Iob, Daniel, vocantur mediatores Eze. 14. † Sequetrem & mediatorem se quoque vocat Moyses Deut. 5. Aaron quoque se mediatorem præstitit, Dei iræ sese opponens, Num. 17. Sed nemo tam angelorum quàm hominum, talis potest esse mediator, qualis est Christus, gratiæ autor & largitor, verus Deus & homo verus. Iterum, vos estis *Elabim*, Psalm. 81. Est tamen nisi vnus Deus. Apostolus 1. Cor. 3 vocat Episcopos synergos, hoc est, cooperarios Dei. Deus tamen solus operatur, alij operarij nihil omnes sunt, siue sint Pauli, siue † Apollines. Vos estis lux mundi, ait Soter. Ioannes contra ait, Ille erat lux vera. Iac. 1. dicitur pater luminum. sic homo lux esse non potest. * Patres, vult Apostolus seniores colere vt patres, 1. Tim. 5. Idem dicit Corinthios paucos habere patres, multos pædagogos, 1. cap. 4. Ioannes seniores, patres vocat, ipse senio grauatus, 1. cap. 2. Sed Dominus Deus, est vndè omnis paternitas nominatur, Ephes. 3. Sic patres non sunt neque parentes, neque senes, neque magistri, nos Christo gignentes. Deus pater propriè, alij patres participatiuè. Patres spiritualiter participatiuè sunt, de quibus iam dictum est. Patres corporaliter item participatiuè sunt, de quibus supra dictum est, vbi citatus est locus Exodi vigesi. *Patres olim, monachij alios patres appellare soliti sunt in Aegypto & Pa-*

EXEGE. LECTIO. EPISTO.

Suntur omnes.

laxtina. Inter cætera sic dicit: Aliud est natura esse patrem, aliud indulgentia. Idem dicit in hunc locum homines vocari patres abusiue.

Discipulorum & fratres pater & magister unus Dominus Deus.

15. Proprie omnes, siue patres sumus, siue doctores, discipuli sumus & fratres: quia relatio fit ad doctorem & patrem in cælo Dominum Iesum, qui solus omnia est in omnibus. Ille caput nostrum, nos membra eius. Nomen discipuli nos admonet, vt præscripto Dei obediamus. Obedientia pluris apud Deum est quam victima. Nomen fratris, charitatis mutue nos admonet. De mutuo amore, quo inter nos amare debemus, habes Ioannis Euangelion & epistolas. Sequitur in textu: Qui se exultat, humiliabitur. Deum superbis resistere docet nos, & eundem humilibus gratiam dare. Vult ergo, interpretationem eam, qua pharisæos taxat, claudens, suos ad humilitatem prouocare. De humilium exaltatione, & de superbiorum humiliatione alibi diximus.

QUARTA HEBDOMADAE POST

Reminiscere, lectio Epistolica

Hester XIII.

SVMMARIVM.

Orationem lectio præfens continet Mardochei optimi viri, quam fudit ad Dominum Deum cæli, in sua & populi Israelis maxima anxietate, qua ab infidelibus tyrannis, à quibus bello erant superati, misere exercebantur.

TEXTVS.

Mardocheus autem deprecatus est Dominum, memor omnium operum eius, & dixit: Domine Domine rex omnipotens: in ditione enim tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tue resistere voluntati, si decreueris saluare Israel. Tu fecisti cælum & terram, & quicquid cæli ambitu continetur: Dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tue. Cuncta nosti & scis, quia non pro superbia & contumelia & aliqua glorie cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Aman superbissimum. Libenter enim pro salute Israel, etiam vestigia pedum eius deosculari paratus essem: sed timui ne honorem Dei transferrem ad hominem, & ne quenquam adorarem, excepto Deo meo. Et nunc Domine Deus Abraham, miserere populo tuo, quia volunt nos inimici nostri perdere, & hereditatem tuam

delere. Ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi de Aegypto. Exaudi deprecationem meam, & propicius esto sorti & funiculo tuo, & conuertere luctum nostrum in gaudium, ut uinentes laudemus nomen tuum Domine, & ne claudas ora te canentium. Omnis quoque Israel pari mente & obsecratione clamauit ad Dominum, eo quod eis certa mors impenderet.

E X E G E S I S.

P Rincipio hanc historiam nouerit sacerdos oportet. Est autem captiuitas, qua tota Iudæa à Chaldæis in Babylonem misere est abacta, regnante rege Iudæorum Ieconia. In ea Iudæorum captiuitate Mardocheus ille, de quo hîc agitur, cum illis fratribus est abactus. Longum esset, totam historiam percurrere: iam itaque cum non sit nostri instituti, aut historiam ipsam describere, aut declarare, pauca quæ ad præsentis orationis dilucidationem faciunt, profereamus. Oratio est contra tyrannidem Aman, qui in scriptura uocatur *Zorai'lehudim*, hoc est, inimicus Iudæorum. Aulicus Aman, graphice & absolutissime vulgi aulicorum ingenium exprimit. Gloriosus Thra-so erat & Lycaon crudelis. Dominus Deus utrunque præcipue abominatur. Odibilis coram Deo & hominibus superbia. Initium omnis peccati superbia. Germana sunt vitia, superbia & crudelitas. Vndè elati quicumque reges vna item semper sunt crudeles. Vnde factum est, ut uocabulum tyrannus, tam significet potentem regem seu principem, quàm crudelem & truculentum. Superbiæ species siue filix sunt, Inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, singularitas, & hoc genus humani generis pestes. Huc respicit S. Gregorius lib. 34. Moralium, dicens: Cunctis nanque superba apud sese cogitatione tumentibus inest clamor in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, inhonestas in actione, erectio in infusu, rancor in responsione. Hæc ille. Vides quas filias habeat superbia & vana gloria, ambitio & arrogancia. Talium portentorum aula est fecunda. Tale monstrum aula regis protulit Assueri, nempe Aman. Possunt omnes aulici superbi & seueri, quales prope modum omnes sunt, Amanistæ uocari. Deus, qui superbis

Aman aulicorum refert ingenium.

Aman ista aulici possunt uocari.

EXEGES. LECTIO. EPIST.

*aula mon-
stra solet
fouere.*

resistere solet, contra hoc aulae monstrum occasionem
quaerens, praecipit Mardocheo, ne more aliorum de-
ferret monstro. Videns Aman se contemni à Iudaeo, o-
mnibus Hebraeis praesentem intetabat & machinabatur
mortem. regem ad hoc habuit sibi indulgentem. Vide hic,
quale regum existat ingenium. Aula solet fouere monstra
leones, vrsos, lupos, & hoc genus ferarum. Solent etiam
reges Thraconibus truculentis esse indulgentiores. Insi-
gnes latrones & homicidas in mensis videas regum, igno-
biles affiguntur crucibus. Aman aulicum monstrum oble-
scabat sua in Iudaeos crudelitate regem: solent enim tali-
bus monstris aulicis se oblectare reges & principes. Di-
xit Aman regi Assuero: Est populus per omnes provin-
cias regni tui dispersus, & à se mutuo separatus, no-
uis utens legibus & caeremoniis, insuper & regis scita
contemnens, &c. Quis rex huiusmodi Amanistas non
audiat? Nunquid non à rege est, quicquid Aman co-
gitat & loquitur? Gratum est regi studium Aman. Sub-
dit ergo orator regius: Tu optime nosti quod non ex-
pediat regno tuo, vt insolescat per licentiam. Recte &
hoc Aman suadet. Nam seruum delicate qui nutrit,
pertinacem ipsum facit. Pergit ergo ad persuasionem.
Si tibi placet, decerne vt pereat: & decem millia talen-
torum appendam in arcariis gazae tuae. Cur non placeat
regi tam fidi consulis aptum consilium? Tulit ergo rex
annulum quo utebatur, de manu sua, & dedit eum A-
man filio Amadati, de progenie Agag, hosti Iudaeo-
rum. Dixitque illi: Argentum quod tu polliceris, tuum
sit. Iam res in vado est. Iam exultat curia, triumphat A-
man, plaudit ite rex de tam fido satellite, & de tam facu-
do atque deserto oratore. Susis statim regis edictum pro-
mulgatur, rege & Aman celebrante conuiuium. Hic vi-
dere videor Aman suis dixisse Gnatonibus: Credere
exercitum omnem & consilia omnia. Tum sicubi re-
gem satietas hominum, aut negocij si quando odium
ceperat, requiescere vbi volebat, Tum me conuiuium
solum abducebat sibi. Heu mihi, quoties miseriam ne-
scio quam reges hodie ex animo expuunt, conuiuia ta-
lia & comestationes identidem apparando atque cele-
brando? Assuerus tertio anno imperij sui grande fecit

conuiuium cunctis principibus & pueris suis, fortissimis Persarum & Medorum inclytis & præfectis prouinciarum, Hest. 1. Post ea ducta in cubiculum regis Hester, iussit rex conuiuium præparari permagnificum cunctis principibus & seruis suis, pro coniunctione & nuptiis Hester. Vocatum est tale conuiuium *Misthe Eshber*, hoc est, Hester conuiuium, cap. 2. Tertium solenne conuiuium est, quod Rex celebrauit vna cum Aman tam illustri atque charo satrapa, cunctis Iudæis qui erant in vrbe, stentibus. Hodie reges assidue pergræcantur, facta est aula popina & lustrum. Hodie in omni regum conuiuio S. Ioan. Bap. capite truncatur. tum itidem neque rex neque Aman super Heber, hoc est, Ioseph (vt cum propheta Amos loquar) mouebatur. Soli Deo derelinquuntur pauperes. Deus enim auxiliij ferendi. Mardocheus omnium acerbissime fleuit, scissis vestibus, sacco indutus, sparso in caput cinere, in media ciuitate voce magna clamans, amaritudinem animi sui omnibus ostendit. Regina quoque Hester vbi exitium geni Israelii structum comperit, fleuit & ipsa, ieiunio animam suam humilians, seque pro populo Dei deuouens. Contra suam consuetudinem & contra ritum aulicum se facere Deo promisit, dicens *Caaser abadthi, abadthi*, hoc est, si ob id pereo, pereo: Kom ich dar vber vmb: so kom ich vmb. Voluit item Iudæos omnes ieiunio se solenni affigere, quod ex paterna traditione nouerat orationem ieiunium requirere, Deo vtrunque gratum esse sacrificium. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Exercuit ergo suos calamitatibus & miseriis. Interim fomes ignis infernalis Aman conuiuatur regi miles gloriosus. Sed sunt rerum vices, nec mentitur ethnicus, dicens:

Nescia mens hominis fati fortisque futurae.

Haecenus præfati sumus, historiam perstringendo atque paucis percurrendo. nunc lectionem auditam videamus. Sic habet: Mardocheus deprecatus est Dominum. Cum nescimus quid faciamus, hoc reliqui habemus, vt ad dominum exorandum animum applicemus. Apud Dominum misericordia & copiosa redemptio, vt ait David. In rebus desperatis tum primum locum habet auxilium diuinum. Oratio præsens di-

Reges hodie perpetuo pergræcantur.

gna quæ in tribulationibus ad Dominum Deum effun-
 datur. Salutare quoque fuerit cum Moise precari. Exo.
 32. Cum Iobe animi patientissimi viro, capite 8. Cum
 propheta Esa. 63. & 64. Cum Propheta Hieremia Thr.
 5. Cum Daniel. 9. Cum Tob. 5. Cum Iudit. 7 & 9. Cum
 Hester infra 14. &c. Orationem Mardochæus exor-
 diens suam, recolit magnalia Dei, ex magnalibus eis
 Deum esse Deum saluandi, conficiens. E quibus pe-
 riculis Deus Abrahamum, Isaac, Iacob & Ioseph li-
 berauerit, ob oculos sibi posuit, Pharaonis interitum
 recoluit, Saul & Dauid historiam mente pertractauit.
 Atque ex sacris hisce historiis spem suam firmavit.
 Oportet enim orantem firma spe orare, Iac. 1. Oratio-
 nem sic est orsus: Domine Domine rex omnipotens:
 in ditioe enim tua cuncta sunt posita, &c. Contulit
 Mardochæus regis Assueri potentiam cum omnipo-
 tentia Dei. Non loquimur de Dei maiestate hyper-
 bolice, sed ἀληθῶς. Assuerus rex potens satis fuit, quia
 Persarum & Medorum imperator: sed nihil eius po-
 tentia, collata potentia Dei. Excellit Dei manus co-
 pias & præsidia Artaxerxis, Xerxis, Cambysis, †Co-
 ris, Darij, Alexandri, Augusti, immò Augustorum
 omnium. Nulla ergò ipsum vincet theomachia gigan-
 tea, sed Israelitica, hoc est, fide, spe & charitate. Sic
 & regnum cœlorum vim patitur. Cæterum omnis hu-
 mana violentia & ira aduersus Deum, sibi ipsi est exi-
 tiosa. Recidit in excreantes salua in cœlum exputa.
 Homo vermis, puluis, vmbra, putredo, vapor, bulla.
 Rite itaque Mardochæus in suæ orationis exordio
 omnipotentiam Dei, potentia impotentis Assueri com-
 parauit, spem suam in Deum fulciens. Post hæc ait:
 Cuncta nosti, & scis quia non pro superbia & contu-
 melia & aliqua gloria cupiditate fecerim hoc, vt non
 adorarem Aman superbissimum. Dictum est supra,
 Dominum Deum Mardochæum spiritum fortem in-
 duisse, hoc est, animum generosum illi inspirasse ad su-
 perbiam Aman humiliandã. Solet Deus vbi in nocentes
 vult animaduertere, talẽ aliquã occasionẽ accipere. Man-
 dauit filiis Israël, mutuo accipere auri & argenti vasa &
 ornatum omnem filiorum Aegypti, & ea omnia secum

*Orationis
 Mardo-
 chæi qua-
 le exordiu*

*Mardo-
 chæus spi-
 ritu san-
 cto incitã
 te, Amã
 non ado-
 rauit.*

abspoliare exituris de Aegypto, vt Aegyptij spoliati ab Israele, maiori impetu ferrentur in Israelem. Et Samsoni Dominus Deus dedit spiritum toties irritandi Philistæos, quos plectere statuit. Dedit Deus Mardocheo animum contemnendi fastum Aman. Supra hoc, quod ex hoc animo quæsiuit occasionem penitus extinguendi Aman, dedit etiam nobis exemplum expugnandi superbos Lycaones: nempe animo magnanimo, quo tyrannis omnis præsentissime superatur. Diogeni Syracusis olera lauanti Aristippus dixit: Si Dionysium adorare velles, olera non esses. Immò inquit, si tu ista esse velles, Dionysium non adorares. Animum fortem Diogenis, omni tyrannide superiorem. Hoc animo etiam iussit Alexandrum cedere sibi. Facit huc illud Boerhij:

*Tyrannos
superandi
modus.*

Ne superes aliquid, nec extimescas:

Exarmaueris impotentis iram.

At quisquis trepidus pauet vel optat,

Quòd non sit stabilis, suique iuris,

Abiecit clypeum, locoque motus

Nescit, qua valeat trahi, catenam.

Nexuerunt cæteri Iudæi omnes catenam qua traherentur, quòd adularentur tyranno, ipsum cum aliis Persis & Medis adorando. Solus Mardochæus contemnens fastus, exarmauit tyrannum Aman. Historiæ testantur, Persas regibus suis plus cæteris nationibus adulari. Inoleuit diabolicus ille mos etiam inter Christianos, qui titulorum, quorum exemplum ne quidem apud superbissimos tyrannos inuenias, amplitudine, deos ex tyrannis faciunt. Gnedig vnd allergnedigst, Ité, Clemens & clementissime, siue vt vulgus ait, Gratiose & gratiosissime domine. Sic etiam suis idolis blandiuntur noui apostolastri illuminati nostrates. Persæ suos tyrannos magnificentius & blandius alloqui non poterunt. Inde vsque adeo insolescunt tyranni, vt putent sibi, quicquid libeat, licere. Aras & haras tyrannis iuxta habens, nunquid numen sibi promittit? Vulgus sacerdotum catholicorum, quod patitur sibi ordinantias suorum clementium & clementissimorum dominorum obtundi, similes sunt Iudæis cum cæteris ethnicis:

*Adulatio
aulica
superstitio
sainolenit
etiam in
ecclesia.*

EXEGES. LECTIO. EPIST.

*Adulatio
anlica si-
perstiosa
est idolo-
latria.*

Aman adorando: ipsi enim cum cæteris hereticis hære-
fin asserere incipiunt. Sed quid facient aulici Nobilitæ
Thrasones, cum talia ausint patrare Principes? Dispe-
ream, si pueri nobilistarum, canum aliquem sacerdotem
sibi deferentem, vicissim salutationis honore dignen-
tur. Miseram plebem canibus posthabere, in propatulo
est. Nemo est qui exundanti superbix se opponat. Sic vi-
des mundum idololatriæ esse plenum. Mardocheus ido-
lolatriam dicit esse, Principibus adulari. Timui, ait, nè
honorem Dei mei transferrem ad hominem, & nè quen-
quam adorare, excepto Deo meo. Deus solus adorandus,
Deut. 6. Principes adorant, non Deum, qui illorum
subscribit furori. Vnde Augustinus, & habetur II. qu. 3.
Quisquis: Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatẽ
occultat, iram Dei super se prouocat: quia magis timet
hominem quam Deum. Vides itaque Mardocheum spi-
ritu sancto plenum fuisse, Aman non assurgentem. Se-
quitur textus: Et nunc Domine rex, Deus Abraham, mi-
serere populi tui. Sensus: respice in testamentum tuum.
Respice in sanctos parentes nostros, qui tibi religiose
seruiuerunt: meritis eorum interuenientibus, parce no-
bis. Nos qui pro nostra culpa iam exercemur ab infide-
libus in Babylone, sumus tamen eorum sanguis, qui te
semper syncerè amauerunt. Parentum eorum nostro-
rum hoc nobis adhuc est reliqui, quòd te verum Deum
fatemur: miserere ergo populi tui, quia volunt inimici
tui delere hæreditatem tuam. Sequitur, vt viuentes lau-
demus te. Hic habes causam, quare à tyrannide cupiat
liberari. Quomodo, ait Dauid, cantabimus canticum
Domini in terra aliena? Item, Non mortui laudabunt
te Domine. Petit itaque pacem ad prorogandum cultum
Dei, non ad luxuriandum contra Deum. Sic & Dauid no-
luit emori, sed viuere & opera Dei denunciare, Psalm.
117. Habet hic locum, quod Achilles ait ad Iphigeniã:
δδνατος δδνδρ κακδρ. Nempe satius esse, aliquem vi-
uere ad laudandum Deum, quàm mori. Aliàs locum ha-
bet τιμιοσ δδνατος τδρ δδιοσ, Psalm. 115. Quod correspon-
det superiori. Mardocheus itaque recta precatur inten-
tione. Exorat ergo Aman incidit in foueam, quam Iu-
dæis fecit, Psalm. 7. Malum consilium consultori pessi-

num. Consuluit Aman regi, vt perderet Iudæos, dicens: *Ri Rum Ruz*, id est, igni affandos Iudæos. Sed rex Assuerus nunc reuocata priori sententia contra Iudæos, dicit sententiam aduersum Aman: *Thehu*, hoc est, suspendite eum, Achitophel & Aman eiusdem sunt culpæ rei. Vterque est exemplum, Dominum Deum exaltare humiles, & humiliare superbos. Vtinam animaduertât historiam hanc tyranni Amanistæ nostrates, quorum hodiè Aulæ regum & principum sunt plenæ. Fac esse, Aula etiam hodiè habeat Abdias aliquot prophetarum patronos & Meccænares, sed vt sub Achabo, numerus eorum est rarissimus. Quid autem? Nunquid impunè ferociunt & superbiunt Amanistæ, quòd peccatis nostris flagellum hoc iræ Dei meruimus? Absit. Erit enim cùm Dominus flagellū hoc suę iracūdię in ignē piiciet, filios suos quos ille flagello castigauit, in grātiā recepturus. Potest Deus suo tempore Mardocheum aliquem excitare. Synagoga quotannis celebrat festum huius liberationis, vnde liquet, verum esse quod poëta Comicus ait:

Victima haud vlla amplior

Potest, magisque opima maētari Ioui,

Quam rex iniquus.

Tyrannoctonos, nomen est honestissimum, quo ethnici dignabantur eum qui tyrannum interfecisset. Hester ergò (quę & Hadassa vocatur) meritiò synagoga sancta olim prædicauit. Fuit illi plebs misera charior sua ipsius anima. Nā vt suprà dixi, animā suā pro salute populi dei deuouit: & fuit proximū suū diligere sicut suā ipsius animā. Immo plusquā suam ipsius animā. Meritiò & synagoga simili laude prosequēbatur Susannā pudicitie exēplum. Non est papisticum, quòd scriptura prædicat Saram, Rebecca, Rachelem, Liam, Delboram, Mariam sororem Moisis & Aaronis, Raab, Ruth, Susannam, Iudith, Annam uxorem Helcanæ, Abigail, Oldam prophetissam, Sunamitidem, & eius generis heroides virtute præclaras. Nunquid non ratio naturalis hoc genus cultus approbat? Approbati testes sunt historiographi, Oratores & poëtæ, qui nusquam non vtuntur exemplis Penelopes, Thædræ, Laodamiæ, Hermionæ, Ariadnæ. Quid quod & catholici vtuntur exemplo Lucretiæ, ad fidem

*Exaltat
Deus hu-
miles, &
humiliat
superbos*

*Amani-
stæ impu-
nè, nō fero-
ciunt.*

*Celebrare
diuos, pa-
pisticum
inuentum
non est.*

*S. Elizabetha
vidua
quare ger-
mania sit
preses.*

coniugalem & pudicitiam matronalem declarandam, ipsamque Lucretiam, quanquam ethnicam, damnatorum numero eximunt. Pie ergo ecclesia celebrat nomina & memoriam sanctarum matronarum. Præcipue verò Germanica ecclesia æterna laude prosequitur, S. Elizabetham viduam, Germanicæ & Húngariæ insigne decus & præsentem præsidem. Pannoniæ regis filia, puella desponsata Thuringiæ & Hafsiam comiti prouinciali, ex Pannonia in Thuringiam & Hafsiam regis magnificentiâ est delata. Proculdubio contra hæresin Luteranam, quam Dominus Deus in hisce regionibus nouerat orituram, tam sanctam matronam Dominus Deus exemplum consequendi iustitiam Deo gratam, hisce regionibus edere voluit. Sic visum Deo, ut præter, qui Heuam in paradiso vicit & per eam totum genus humanum perdidit, toties à mulieribus rursus vinceretur. Hæresis præcipue confertur colubro, 2. Corinth. 11. Ambrosius confert hydrem per S. Elizabetham, hoc est, per exemplum sacrosanctum debuit confutari, priusquam oriretur. Habemus item in Germania tale adhuc exemplum & antidotum contra hæresin, S. Berthæ comitis nobilissimæ, quæ post mariti obitum in viduitate mira claruit sanctimonia. Rupertum vnigenitum suum ad similem religionem induxit, & Christo confessorem egregium dedicauit. Reliquiæ matris & filij in Cœnobio sanctimonialium, quod vulgo dicitur *Sancti Ruperts berg*, mons S. Ruperti, etiamnum conseruantur. Extat adhuc vtriusque sepulcrum in radice montis in ripa fluij * Nohi, post tot barbarorum grassationem & bella intactum. Barbaris sunt barbariores Episcopi, Prælati & quicunque optimates eius loci domini & accolæ, qui tantum monumetum minus colunt, & eius celebritatem propemodum obsolescere patiuntur. Mòs ille sancti Ruperti, quò reliquiæ sanctæ sunt translatae situs est eregione oppidi * Pingiæ, in fluij Nohi vltiori parte, Nohus vbi Rheno influit. Locus mehercule cultu dignior, quam omnes Pyramides, Mausolea & Colossi totius mundi. In eodem siquidem cœnobio habentur etiã reliquiæ S. Hildegardis, sanctimonialis, quæ S. Elizabethæ cõtemporanea fuit S. Bertha longè ante tempus S. Elizabethis floruit. Synchronam S. Ber-

*S. Bertha
Germanis
exemplū
iustitiæ cõ-
sequenda
presens.*

* Naa.

* Binge.

thę credo fuisse, nempe circiter annum ab hinc octingentesimum, S. Theodolindam siue Thudelin dam, Longobardicam reginam. Ab eo tempore & deinceps flourerunt item gratismę ante Dei oculos amarici & balsami, S. Matthildis sanctimonię insignis, item S. Amaluntha Ostrogothi regis vxor, quę viduitatem post mariti obitũ mira exegit religione. Item S. Kunigundis Augusta, Ludemilla, Bohema, Radigũdis Galla, Gosilla Stephani primi Hungarici regis coniunx, quę vnã cũ fratre suo S. Adalberto etiam Hungariam bona parte ad Christi fidem perduxit. Item Leonora princeps Ferrariensis, Danifella Mediolanensis, Blancha Mirandulana, Isabella Neapolitana, Elisa Bononięsis, Hippolyta Neapolitana, Aurea abbatissa Parisiensis. Item Hedevviga, Birgita, VValpurgis, Lioba, & alię innumerę. Harum (inquã) matronarum sanctimonia clarissimarũ encomion meritò viget perpetuò in Ecclesia, cum synagoga Iudith, Hester, & alię matrone sua laude minimè sunt defraudatę. Accedit etiam huc, quod euangelicę & Apostolicę literę talium nomina frequentissimè celebrāt. Dicant nobis illuminati nostrates, an etiam rationi sit consentaneum & religiosum, ecclesiam identidem celebrare gloriosissimę virginis Marię solennitates, quam subindè celebrāt euāgelistę omnes. Nec puto papistico cõmento tribuere posse, quòd Ecclesia festa celebritate recolat S. Annã Christi auĩã, Marię virginis matrẽ. Nã si euangelista Lucas celebrat sanctã Elizabetham, sancti Ioannis Baptistę matrẽ: non video quare Marię virginis matris Domini nostri matrẽ non celebret ecclesia. Celebrat euangelion sanctã Annã viduã prophetissam, filiã Phanuel, Magdalenã, Martham, Mariã Salomę & Iacobi, Ioannem vxorẽ Chusę, Susannam, Lydiam purpurariam, Thabitam vocatam Dorcada, & alias. Harũ inquam mentionem celebrẽ cum faciant euangelistę, colligo etiã ecclesiam piẽ & religiose recolere memorias sanctissimarum matronarum: religiosius verò celebrare nomina sanctarũ virginum, Petronellę, Lucię, & aliarum eius sancti albi: religiosissimè vero celebrare nomina sanctarum martyrum, Teclę, Agathę, Apollonię, & eius sanctę coronę alias innumeras.

*S. Anna
auia Christi
si memo-
ria, meri-
to celebra-
tur Eccle-
lesia.*

EXEGES. LECTIO. EVANG.
IN EADEM DIE QUARTA HEBDO-
made post Reminiscere, Euangelica lectio
Matthæi XX.

TEXTVS.

Ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secreto, & ait illis: Ecce ascendimus &c.

PRAEFATIVNCVLA.

Illustrius haud aliquid esse potest, atque hic locus est. Christus Iesus in quem credimus, & quem vnicè colimus amantes, hic ab euangelista describitur: nempe sic, quod sub passionem sacram multas ciuitates & oppida peragrauerit, & tandem multo itinere confecto, Solymas venerit ad prophetarum oracula complenda sese vltro offerens. Et vt profectioem eam nobis faceret cõmendatiorem non solum describit Euangelista ea quæ Christus in ipsa docuit, sed & miracula quæ in ipsa edidit. Profectio ea nõ debet sinè singulari solennitate tractari: neque enim eam sibi, sed nobis, pro quibus mori voluit, saluator tot exantlatis laboribus peregit. Inter eundum discipulis suis mortem suam, cuius destinatum tempus adesse præsciuit, significauit, & continuo miraculum hoc, quod iam audistis edidit, nè mortis suæ lamentabilis ea denunciatus, animos discipulorum planè solo prosterneret, diuinæ sapientiæ præclarũ de se instar præbens. Lectionem eam hanc bipartior, & sectionis huius hæc pars prima existit.

Ascendens Iesus Hierosolymam assumpsit duodecim discipulos suos secreto, & ait illis: Ecce ascendimus hierosolymam; & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis, & condemnabunt eum morte. Duodeni hi, erant electi Matth. 10. Hos Dominus libenter & frequenter secum habuit, in toto mundo testes suos futuros, Ioan. 15. Acto. 10. Testes verò iuratos oportet rei eius, de qua testificari debent, plenam habere cognitionem: quod & gentium & ciuile ius, ipsaque æquitas sic postulat. Dicit ergo & ipsa veritas Ioan. 3. Hoc quod vidimus, testamur. Discipulis itaque suis & testibus futuris, grandia suæ passionis mysteria referauit. Q. d. Vobis charissimi, datũ est, nõsse mysteria regni cælorum: nolo itaque vos latere, statim post hanc præsentem, cui iam insisimus, profectioem,

tionem, arcana omnium maxima, quæ adhuc in me re-
stant adimplenda, in suum finem deductum in omnia.
Multa, dilectissimi, horrenda Iudæorum vidistis odia,
sed superest adhuc eius odij summum. Ecce ergo ascen-
dim⁹ Hierosolymá, vt omnia ea quæ de me scripta sunt,
perficiantur. De conceptione & natiuitate mea prædi-
ctum est Esa. 7. Hierem. 31. Mich. 5. De pueritia, Esa. 8.
De vita & conuersatione, Esa. 42. De miraculis, Esa. 35.
Hæc, inquam, omnia sunt adimpleta. Superest adhuc
mors & mortis genus, Psal. 21. Esa. 53. Hiere. 11. Danie.
9. Zach. 13. Item figuræ Isaac oblatis, Ioseph venditi,
phæse, victimarum, & hoc genus cætera vsque ad hys-
sopum, quo sanguis victimarum super populum adspet-
gebatur. Superfunt item sepulture, oracula & figure, E-
sa. 52. 57. Gene. 37. Resurrectionis & ascensionis, P salm.
15. Esa. 63. Gene. 37. Iudic. 16. Pentecostes, Iohe. 2. Num.
18. 28. Deuter. 16. Hæc omnia suum quoque effectum
desiderant: sed nihil eorū perfici poterit, nisi prius mors
acerbissima, & ea turpissima, præcesserit, Homo verus
sum natus, homo verus moriar: sed non clinicus, lecto
decumbens, morti obnoxius. Mors nihil iuris in me ha-
bet, nec item princeps huius mundi iam veniens. Ani-
mam meam à me tollere potest nemo, sed ego mea spõ
te ponam eam, & secundum scripturam, iterum assu-
mam. Hæc omnia vt declarentur, acerbissimus calix mi-
hi etiam sitibundo superest ebibendus. Huic Dei iudi-
cij poculo satan luctatur Matth. 16. Neque enim alia
via humanum genus poterit saluari. Sic Dei iustitiæ sa-
tisfaciendum, sic paradisi aditus rursus patefaciendus.
Genus mortis cum circumstantiis omnibus breui com-
pendio vobis delineauero.

*Et tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum,
& crucifigendum, & tertia die resurget.* Breuissima epitome
passionem complexus est saluator omnem. Tradetur,
illudetur, conuiciis proscindetur, conspuetur, flagellabi-
tur, & occidetur. Septimum, resurget à mortuis, in Do-
minicæ passionis prædicatione nunquam silentio premi-
debet. Vndè & hic animo præsentis statim post passio-
nis suæ significationem, saluator resurrectionem qua-
que ipsam indicauit & prædixit. Maximum quippe &

*Resurre-
ctio pas-
sioni sem-
per adda-
tur.*

POSTIL. VVICE. SVPER EVANG.

resurrectionis sacrae est sacramentum. Traditus siquidem est ob nostra delicta, sed propter nostram iustitiam resurrexit, Rom. 4. Peculiare est Apostolo, mortem Christi & resurrectionem vnà ferè maritalare. In hoc enim mortuus est & resurrexit, vt viuorū dominetur & mortuorum, Rom. 14. Item 2. Cor. 5. Pro omnibus mortuus est & resurrexit, vt qui viuunt, posthac sibi non viuunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Paulus in synagoga huiusmodi mysteria exposuit Acto. 17. Mors Christi sine resurrectione, mundo salutaris non fuisset: sed mors & resurrectio vnà sunt nostra victoria, iucunditas, salus & beatitudo. Attende, non solùm prophetas Christi mortem prædixisse, sed & ipsum quoque Christum cum præuidisse, tum præuaticinatum omnia. Eia quàm pensiculatè singula præuidit, quàm clarè & expressè prænunciat omnia. Quis non hic videat Christum caput esse omnium prophetarum? quis non hinc euineat, mortem in Christon nihil iuris habuisse? Non hic casus, sed aeternum consilium: non incautum Christum mors surripiens sustulit, sed ille mortem, diabolum & inferos aperto Marte aggrediens, de illis triumphauit. Ascendens itaque Hierosolyman, discipulis suis declarauit omnia. Primò tradendum gentibus se commemorat, respiciens in cohortem, in Pilatum, & in Herodem, quibus crucifigendus est traditus, vtique à summis sacerdotibus & principibus populi, Ioan. 18. Nobis non licet interficere quenquam. Mar. 15. Nouerat Pilatus quòd per inuidiam tradidissent eum. Pilatus quoque ait Ioan. 18. Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Secundò illusionem commemorat & insultationem vtriusque gentis. Iudæi dicunt: Prophetiza nobis Christe, quis est quis te percussit? Luc. 22. Et rex gloriæ ethnicis quoque ostentui fuit. nam & illi Christum purpuram induentes, coronam spineam capiti eius imponentes; dixerunt: Aue rex Iudæorum. Teriò, Conuicia, quibus se afficiendum nouerat, recensuit. Neque enim subsannauerunt Christum solùm, verùm etiam tanquam scelus traduxerunt, Mat. 26. Blasphemix arguunt. dein Ioannis decimo octauo dicunt: Si non esset hic malefactor, nequaquam obtulissèmus eum tibi. De-

*Mortem
Christus
vltro prouidens volens
que subit.*

mum etiam dicunt: Recordati sumus quia seductor ille
 dixit adhuc viuens, Post tres dies resurgam. Adcò tota
 passio in vniuersum nihil fuit, nisi ipsissimum scanda-
 lon. Vndè ait: Confusio cooperuit caput meum. Quid,
 quòd & titulum gloriæ contumeliosum esse voluerunt?
 Quartò prædixit se conspuendum, quod neque ta cue-
 runt prophetæ. Non auerti, ait Esaias, faciem meam à
 conspuentibus in eam. Horrendum hoc, sed reuerà fa-
 ctum est. Matt. vigesimo sexto. Mar. decimoquarto. Lu-
 cæ vigesimo secundo Ioann. decimo octauo excreando
 Iudæi faciem gloriosam conspuisse dicuntur. Idem &
 ethnicos fecisse vides Matth. vigesimo septimo. Marci
 decimo quinto. Quintò dicit verbis verbera accessura.
 Horrendum & hoc, vndè etiam à prophetis est vati-
 cinatum: Disciplina pacis nostræ super eum: Quæ
 non rapui, tunc exolvebam. Nos putabamus eum qua-
 si leprosum & percussum à Deo. Fabricauerunt pec-
 catores super dorsum meum, &c. Iuxta hæc prophe-
 tarum oracula, punctim cæsimque non tergum modò
 sanctissimum, sed & gloriosum caput tantum instar pe-
 tiere, Ioan. 19. Sextò prædicit se iri occisum, & vt Philo
 prædixit, hoc fore morte turpissima. Clamitauerunt ita-
 que & succlamitauerunt, Crucifige, crucifige. Pilatus
 quoque tot clamoribus victus, crucifixit Iesum, Matt.
 27. Marc. 15. Luc. 23. Ioan. 19. Crucis turpitudine, per re-
 gem gloriæ in summum decus & angelis & homini-
 bus est versa. Heu mihi, quanto desiderio Petrus, An-
 dreas, & decem millium martyrum plerique ad cru-
 cis supplicium properarunt? De crucis gloria vide 1.
 Corinth. 2. 1. Corinth. 15. Reuerà arbor sacra, quæ vitæ
 nobis fructum, & præfens contra omne malum protu-
 lit antidotum. Harum sex Christi passionis specierum,
 primam Matthæus & Marcus expressius describunt,
 nempe sic: Filius hominis tradetur principibus sacer-
 dotum & scribis, & condemnabunt eum morte, & tra-
 dent eum gentibus ad illudendum & crucifigendum.
 Significanter dicunt, bis esse traditum, respicientes
 in hoc, quòd primò fuit per Iudam traditus Iudæis:
 secundò, quòd à Iudæis fuit traditus Pilato. Poterit ali-
 quis dicere, Christum ter esse traditum. Tertiò ni-

*Passio
 christi corp
 contumeliosa.*

*Crucis
 mors tur-
 pissima.*

POSTIL. VVICE. SVPER EVANG.

mirum traditus fuit à Pilato bis : primò cohorti ad flagellandum: deinde ad crucifigendum . Postremò , quòd Christus hic se prædicit resurrecturum , & hoc quoque factum videmus, Matth. 28. Marc. 16. Lucæ 24. Ioan. 20. Et Apostoli multa virtute Christi resurrectioni testimonium dederunt . De hoc articulo prophetarum oracula suprâ vides adducta. Figura præ cæteris illustris, est Ionas, interprete ipso Christo Matt. 12. Res mira, hominem mortuum iterum reuiuiscere: non minoris miraculi est, hoc prophetas antè præuidisse . Postremò omnium mirabilissimum, moriturum hominē hoc ipsum quoque prædicere, & resurgendi virtutem penès se habere . Sic in omnibus Christi gestis , alia miracula alia trudent: quod cum primis animos nostros in Christi fide fulciat & muniat. Hæc charissimi, audientes. Christum suam mortem prædicere , persuadere vobis debetis, cuique vestrum ea omnia esse prædicta. Vniuersis & singulis, tristis in sese Christus , sua fata prædicere voluit, vt quisque suam mortem & pericula omnia in Christo esse nouerit sacrosancta. Qui tangit vos , tangit pupillam oculi mei, dicit Dominus. Quem Dominus diligit, corripit. Charitatis est, correptio: charitatis est, calicis passionis communicatio. In charitatis eius significationem , Episcopus in confirmationis sacramento amicissima planè dextera alapam confirmandis incutit. Q. d. Impinget tibi colaphum Dominus , crucis suæ te participando, quoniam alia nulla ratione eius gloriæ coheres esse poteris. Hoc est quod Christus nobis subinde inculcat Matt. 5. Beati estis, si persecuti vos fuerint homines propter nomen meum , & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me. Mat. 10. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Tradent enim vos in concilia, & in conciliabulis suis cèdent vos flagris, & c. cap. 23. Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, & illorum aliquos occiditis, crucifigetisque. Item ad apostolos: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū. Item: Veniet tēpus , vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequiū præstare Deo, Ioan. 16. Sanctus Petrus monet, vt hac cogitatione armemur. Q. d. Hic aliter fieri non potest, Item idem 1. ca. 2

Cruce christi, nostra: & vicissim nostra christi.

Qui passus est pro nobis, nobis reliquit exemplum, ut eius vestigia sequamur. Nisi compassi fuerimus, non cōregnabimus. Non est seruus maior Domino. Et sicut Christi passio multifaria fuit, ita & nostra non erit simplex. In primitiua ecclesia multi S. martyrum, species habere omnes sunt experti. In decem millium martyrum passione, Christi mortis supplicia innouata sunt omnia: quare & Dominus terræmotum, solis deliquium, scissionses petrarum, & cætera omnia miracula suæ sanctæ passionis renouauit. Christianos variæ delationi & proditioni esse obnoxios, habes Mat. 10. & 20. Subsannandos fideles scriptura sacra indicat 2. Par. 30. 36. Nehem. 4. Psalm. 34. Hierem. 20. Acto. 2. & 17. Infamiæ notas atque stigmata Christianis inurenda, Christus ipse prædicit Matt. 5. Exempla habes Act. 5. Et oues occisionis, siue peripsemata mundi, quis non videt eos sputis etiã scraetibusque turpissimorum quorumcunque hominum fore obnoxios? In capite nostro Christo, idem Esaias nobis prædixit. Verberibus & flagris nos esse proscindendos, Mat. 23. nobis prædicitur. Exempla extant 2. Cor. 11. Acto. 4. 22. 23. Morti deniq; nos dandos, Mat. 21. 23. Exemplum 2. Cor. 11. Acto. 7. Hebr. 11. Hic meminerimus verborum Danielis, Misac, Sidrac & Abdenago, Machabæorum, Susannæ, & aliorum hoc genus martyrum veteris testamenti, dicentiũ: Melius est homini incidere in manus hominum, quã impingere in legẽ Dei.

Veteris instrumenti sancti martyres non potuerunt vlla violentia à paterna religione absterreri, magis nos pro apostolicis traditionibus, pro ecclesiæ catholicæ disciplinis, sanguinem facilem effundere deberemus. Est certè & martyrismum, pro piis ecclesiæ succumbere ritibus, tot sanctorum vsu approbatis. Nam quæ tandem fidei nostræ stabilitas, si ecclesiam obliterauerimus? Hoc hæreticorum proprium est omnium, ut primo ecclesiæ maiestatem conentur tollere: nam ea abolita venenũ suũ commodiũs effundere possunt. Non ingloriũ ergò martyrismum fecerit, qui pro ecclesiæ autoritate conseruanda & illustranda, morti sese obrulerit. Non hæc omnia sic intelligas, quòd quisquam temerè debeat sibi capitis sui periculum accersere. Domini est, martyres elige-

*Martyrum
veteris te-
stamenti
constantia
nos exhor-
tatur.*

POSTIL. VVICE. SVPER EVANG.

re & confessores. Dominus, si quem ad martyrium vocauerit, proculdubio & mentis robur superandis suppliciiis suppeditabit. Qui vocatus non fuerit, neglecti martyrij culpæ non subiacebit. Tutum apud catholicos est verbum: Sufficit esse confessorem, quem Dominus non vocauit martyrem. Accedit huc, quòd ecclesia quoque confessorum natales celebrat, quanquam in sui incunabulis hoc non fecerit. In posteriori ecclesia, quando sancti confessores per hæreticorum rabies variè exercitabantur, pro martyrio reputatum est, quidquid curarum & sollicitudinis sancti patres pro ecclesiæ Dei maiestate pertulerunt. Tanta est ragnarum Aegyptiacarum & rubetarum clamorosa & irrequieta factio, vt quisque fidelis huiusmodi iniuriis martyr fieri possit, vel citra sanguinis effusionem, saltem per gladium doloris, quo quis non percindi non poterit tantam hæreticorum intemperiem rectè secum reputando. Aded trux electos semper manet. Expediit ergò, hunc locum semper ob oculos haberi: sic enim fiet, vt in omnibus instructi, ad omnia simus paratiores. Mundus, quod suum esset, nihil vidit in Christo. vndè eum non odisse non potuit. Et nos quoque Christus è mundo hoc elegit: inuidentiæ mundi semper erimus obnoxij, diuersum iter à mundi consuetudinibus tendentes. Beatus qui in via Christi, mundi minis exercetur.

*Hæreses impugna-
re. p. mar-
tyrio habetur.*

Mortem suam duplici ratione Christi prædixit.

Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat enim verbum istud ab se conditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. Theophylactus ille, auctor non contemendus, dicit Christum duabus rationibus mortem suam hoc loco, cum iter Hierusalem tenderet, prædixisse. Primò, vt ostenderet se non inuitum, neque se vt purum hominem, morte interceptum, inscium & incautum: sed præscisse, & vltro crucis supplicium subiisse. Secundò, vt moderatiùs tam horrenda spectacula possint perferre. Nam vt minus læduntur, qui volentes in puteum descendunt, quàm qui casu incidunt: ita minus offendunt, minusq; cõturbant, quàm quæ ueniant. Sic huius ratio est in præoptu. Verùm discipulos hic Christi verba nõ intellexisse, plurimi causas querunt: sed quas satis graues inueverint nõ video. Dicunt: Dominus nouit discipulorum tarditatem: quare

ergò prædixit hoc, quod nouerat eos capere non posse? Sed dicant mihi, quare totum fere euangelion illis prædicauit, qui nouerat illud discipulorum excellere capacitatem? Et quis nesciat omnes prophetias esse obscuras, priusquam adimpleantur? Ergon' prophetæ tacere debuerunt, & hoc quod futurum viderant, suppressere? Sed nõne profuit discipulis, hæc omnia, priusquam euenissent, etiam non intellecta audisset? Profuit sanè, idque plurimum. Nam postea cum omnia ita, vt à Christo erant prædicta, euenissent, pleniore intelligentia assequebantur. Ioan. 12. hoc ita li- quidò videmus. Dominus asinæ insidens, Solymas venit. viderunt hoc discipuli, comites Christi extiterunt, vestes suas asinæ subiecerunt, & omnibus modis Christo fuerunt officiosi: mysterium tamen eius rei, & prophetarum oracula, quæ sic adimplenda extiterant, non cognouère: postea vidère acutiùs, & intellexere tenaciùs. Iterùm, cum vidissent eiicere vendentes & ementes, factum viderunt, sed mysterium non intellexerunt: postea verò ditioni sensu adsequebantur verbum Dauidis: Zelus domus tuæ comedit me. Potuit Christus infirmitatem suorum ferre: noluit eos repente doceri, nè & repente dediscerent. Voluit eos vsu fieri experientiores, vt tenaciùs ea, quæ non citra pulueris (quod aiunt) tactum didicissent, retinerent. Paracleti operi aliquid relinquere voluit. Quis huic rei certam rationem inuenerit? Iterùm legimus Christum Iudæis dixisse: Ergò cum à terra exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum. Hoc Iudæi statim intellexerunt quorsum dixisset. Hic etiam multi ratiocinantur, dicuntque Iudæos Christum hic (quàmuis obscurum) intellexisse, discipulos verò etiam expressè & clarè de sua sacrosancta morte loquentem, non esse assecutos: quòd illi Christi mortem molirentur, & quodammodò in manibus haberent: hi verò Christi amantissimi, nihil mali dilectissimo præceptori suo meditarentur: nec vsquam magis offenderentur, quàm vbi Christum de sua morte audirent differere. Hæc ratio an sibi vndique constet, aliorum esto iudicium. Apostolis vitio non da-

Verbum Dei etiã non intellectũ prodest proximo recõditum.

Mortem suã prædicentem, & Christum discipulis min' quã pharisæi intellexerunt.

POSTIL. VVICEL. SVPER VANG.

mus, quòd rudiusculi fuerunt. Christus tales eligere in aluit, vt virtus suæ gratiæ in illis fieret illustrior. Itaque nos simpliciter dicimus, Apostolos per ruditatem non esse affectos Christi verborum sensum. Neque euangelistam puduit, apostolorum ruditatem exprimere. Dicit ergò: Nihil horum intellexerunt. Iterum exaggerat tarditatem apostolorum, dicens: Et verbum hoc erat absconditum ab eis. Iterum. Et nesciebant quæ dicebantur. Diligente euangelista obscuritatem discipulorù descripsit, vt inde Dei gratiæ claritas fiat illustrior. Videamus fratres, ne Suffeni nobis de nostra sagacitate placeamus. Confundit Deus perspicacitatem sapientium, rusticitatem impudentium extollit. Odio habet omne superbum, humilibus saltem suam gratiam annuens.

Tunc accessit ad eum.

Gloria Dei & gloria huius mundi contrariæ Gloriae studiosiores sumus hodie omnes, qui aliis honestate præstamus, sed non gloriæ Dei, quæ crucis est. Mundi huius gloriæ, quæ cruci Christi plane est aduersa, atque adeo vana, sumus auidi. Fundamentum præcipuum, quod habet gloria mundi, est Mammon deus huius sæculi. Opes amicos habent, paupere iacente contempto. Diues clarus, iustus, fortis, sapiens & virtuosus habetur: etiam si sit in fornice natus, & è gabalo trifur lapsus. Dites assident regibus, prædandi & latrocinandi periti, dum interim furcis vulgus latronum crucifragio plexus suspenditur. Summa: Plutoni seruiens, plane est impeccabilis: inops, quicquid facit, præuaricatur. Superuacaneum fuerit huc scripturam adducere, cum Germanica tot prouerbia, quæ passim in omnibus tonstrinis & pistriinis hodie celebrantur, hoc ipsum quod iam dixi, affirmant. Liquescit igitur, gloriam huius mundi esse vanam, cuius præcipuum fundamentum ipsissima est vanitas. Non absurde vocatur à nostratibus cenodoxia, Gal. 6. Fructus huius facinoris nullus alius est, nisi iurgia & rixæ, Philip. 2. Christus hoc vitium maxime in pharisæis taxauit, Ioan. 5. 12. Matth. 23. De hoc vitio audiatur hodierna sancti euangelij lectio:

Mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis?

Matris obseruanda hic temeritas, magis verò Christi benignitas. Temerarium aliquid machinabatur mater, sed ad hoc facinus (quod Mar. 10. apparet) à filiis illecta. Sic habet Marcus: Accesserunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes: Præceptor, volumus vt quidquid petierimus, facias nobis. Hieronymus & Theophylactus ex hoc loco acceperunt coniecturam, matrem hic à filiis ad rogandum Dominum esse instinctam. Quòd Zebedæi mentio non fit, ratio forte est, quòd è viuis excesserit: aut mater Christo sanguine iuncta, iure necessitudinis, quæ illi cum Iesu intercesserat, se exorare facile sperabat. Nomen mulieris erat Salome, quæ postea cum aliis Mariis venit vngere Christum sepultum Matth. 27. Mar. 15. Huic Salomæ sua oratio sibi sancta videbatur, iuxta hoc quod vulgo dicitur: Tu tibi proximus esto. Qui sua negligit, aut insanus, aut nequam creditur. Adde quòd & regius sanguis erat, è Davidis nimirum stirpe. Nihil arcano rogat ore, quia se licita rogare putat. Summa orationis est: Det vitam, det opes, det gloriam: æquum mihi animum parabo. Oratio, quam etiam ethnicus ille ridet. Christi iam spectanda benignitas. Accessit mulier, à filiis adornata atque irritata. Præsto matri sunt pignora, adorat, hoc est, tanquam aliquid arduum rogans, humi procumbens, Domino supplicat petens vt Christus exorabilem se illi præbere dignetur. Non latuit Christum matris & filiorum machinamentum, nec tamen protinus execratur commentum & intentum, sed suo more, (quem vides Luc. 8. Ioan. 11.) rogat. Rogat autem, vt patens vulnus præsentius curret, & simul suam mansuetudinem, quæ etiam nostra infirma ferre sustinet, declaret. Matris hic proprium nomen non exprimitur. Neque filij matris nomine, sed patris appellantur, filij Zebdæi sive Zebedæi, propterea quòd vir caput est mulieris, 1. Cor. 11. Zebdæi piscator fuit, cuius duos filios Christus ad piscandum homines vocauit Matth. 4. Mar. 1. Differentiæ causa hic Iacobus semper filius Zebedæi appellatur, alter verò fra-

Humana infirmitas

Christi benignitas.

POST. VVICEL. SVPER EVANG.

ter Domini, quanquam etiam hic filius Alphæi vocatur Mat. 10. Luc. 6.

Ait illi: Dic, ut sedent hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo.

Carnalis sensus carnalis oratio.

Matthæus matrem sic inducit, tanquam interpretem filiorum. Marcus filios ipsos rogantes describit. Apparet vtrunque factum, sed culpâ magis tribuit filijs quàm matri, Christus: quod ex sequentibus fiet euident, vbi non soli matri, sed & filiis dicit: Nescitis quid petatis. Occasio orationis, carnalis de Messia opinio. Iudæi etiamnum Messiam assertorem temporalem expectant, qui Syriam illis restituet habitandam, quique ibi regnet solus Dominus, cæterisque regibus totius mundi dominetur. Vxores illi plures (ne quid vanitati & impietati miserorum desit) tribuunt: Insignem verò forma & lasciuia siue regali pompa vxorem eius, dicunt fore Iudæam genere, & *Bethem ophir*, hoc est, corona auri probatissimi coronatam, illi asidere. Apostolos talem adhuc de Messia opinionem habuisse vides Act. 7. Mouit potissimum apostolos ad orationem eam, quòd audierunt Christum differentem de sua gloria, ea quæ mortem & resurrectionem erat secutura. Orant ergò summam aulæ primatum, qualem Ioseph habuit in Aegypto, Gene. 41. Daniel in Chaldæa, Danie. 5. Mardocheus apud Assuerum, Hester 8. Hieronymus: Mulier, ait, auiditate fœminea præsentia cupit, immemor futurorum. Sequitur: Postulat errore muliebri, & pietatis (puta maternæ) affectu. Sed succurrere illis debuit, quòd Christus dedignatus est regium splendorem & pompam, Ioan. 6. Vnde & ait apud Ioannem 19. Regnum meum non est de hoc mundo. Qui venit ministrare, sui regni disciplinâ ipse declarans, primò incipit à paupertate, dicens: Beati pauperes spiritu. Tandem concludit summâ sui regni decretorum, dicens: Beati estis cum persecutionem in hoc mundo forti animo pertuleritis. Adeo Christi regno, quod in paupertate incipit, in cruce & contumeliis consummatur, nihil cum huius mundi pompa.

Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis.

Hebraice sic: *Loie daathem ma thisealu*. Vehementem grauitatem in huiusmodi verbis Christi videmus, præsertim Luc. 9. vbi ait: Nescitis cuius spiritus filij sitis. Nescitis quid adoretis, Ioan. 4. Vos nescitis quia verax est qui me misit, Ioan. 7. Erratis, & nescitis virtutem scripturarum, Marc. 12. Habet oratio fidelium multas promissiones, atque adeo magnum sacramentum sed quæ rite fit. Importuna oratione nihil execrabilius. Turpissimus poetarum ethnicorum, taxat orationem quæ fit ore arcano, hoc est, stulta & vana petentem. Ethnici item norunt orandum parce, vt Deus conferuet quæ mediocriter homines possident. Vnde idem ait:

*Oratio fi
dei sacra-
mēta ha-
bet pluri-
tima.*

Appetit esse sui, non magni, turis amator.

Et alius:

Quæ ratione queas traducere leniter euntem.

Idem ait:

Orandum, vt sit mens sana in corpore sano.

Expressius hoc noster Boethius monet, dicens:

Da pater augustam menti conscendere sedem,

Da fontem lustrare boni: da luce reperta,

In te conspicuos animi desigere visus, &c.

Ab huius orationis synceritate commendatur Salomon, & compos voti factus declaratur, 3. Reg. 3. 2. Paral. 1. vbi ait: *Leb hacham ve nabor*, hoc est, cor docile. Oratio commendabilis, quæ orat spiritum sanctum, Lu. 11. Spiritus sancti nobis gratiam poscere. Fructus spiritus, Gal. 5. Dona spiritus sancti, Esa. 11. 1. Cor. 12. 14. Doctrinam sanam, Matth. 9. Pacem & concordiam, Matth. 16. 1. Tim. 3. Vt magistratus ab omnibus vanitatibus mundi purus, honestati studeat liberius, 1. Tim. 2. vt liberemur ab omni malo, & in tentationem ne intremus, Mat. 6. Lu. 11. Matth. 26. Huc faciunt psalmi Dauidici, hymni sanctorum patrum. Huiusmodi præscriptis nobis opus esse, Apostolus testatur Ro. 8. vbi dicit, nescire nos quid posulemus *uas de*, hoc est, vt oportet. Nostræ ruditatis & ignauia non ignorans Christus, succinctam formam precandi docuit: vtinam eam probe teueamus.

*Esse ex
præscripto
orandum.*

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?

POSTIL. VVICEL. SVP. EVANG.

*Cruz est
iter ad glo-
riam.*

Ac si dicat: Miror vos talia meditari, quæ mihi & meo regno planè sunt aduersa. Vos gloriam huius seculi, pòpam, opes, voluptatem, & hoc genus vanissima petitis, audientes mihi paratam crucem. Dominus ad supplicia vadit, & delicias quæerunt serui? Sed ita non est comparatum, vt regni filius per crucem in suam intret gloriam: & exteri serui, quibus nihil commune est in regno, eiusdem regni gloriam adsequantur voluptatibus & huius mundi nugis. Oportet pati, & sic intrare in gloriam Dei, Luc. 24. Si compatimur, & conglorificabimur, ait Apostolus *συμβασιλεύσομεν*, hoc est, cum Christo regaliter dominari, 2. Timot. 2. Idem Apostolus etiam ait ad Rom. 8. Si tamen compatimur, vt conglorificemur. *συμπαροχομεν, συμβασιλεύσομεν*: compati, conregnare præcat, oportet. Stat regalis sententia: Humilitas præcedit gloriam. Inferiorem locum occupa, te ipsum humiliâ, & exaltaberis, Prou. 15, Lu. 14. Obseruanda hic aptissima allegoria siue metaphora calicis & balnei, per quæ Christus passionem & ignominiam intelligi vult. Mundus hæc ad pòpam & voluptatè refert: contra, Soter ea accipit in significatione diuersa: tanquam hic dicat, Abstine & patere: ille verò, Tibi viue, genio indulgens: violentus esto, quo sibi supprimens. Sic ex diametro sibi mundus & Christus pugnant. Finis gloriæ mundi, perpetua infamia: finis infamiæ crucis Christi, vera gloria. Hoc est, illud mirabile iter, per quod diuina prædestinatio omnes iustos duxit. Cum Christo in hoc conuiuio crucis qui peregrinari & viuere recusat, ad mensam beatitudinis futuræ non pertingit. In hoc lauacro contumeliæ Christi, qui se perluere cunctatur, sordibus huius seculi prægrauatus, in Phlegethontis, Cocyti & Stygis fluentia præcipitabitur. Nec vacat mysterio, quod Christus in æternum benedictus, crucem suam & eius contumeliâ, calici & balneo, voluptatis symbolon habentibus, confert. Theophylactus dicit hoc, fieri propter temperamentum vocabulorum, per se alioqui carni inuicundorum. Quid cruci & contumeliæ æquè inuicundum dictu esse possit? Execrabilitatem & horrorem illum ablaturus Dominus, vocabula ea terrifica, miramitigat prouidentia, sic, vt ea iucunda & optabilia red-

fat. Certum est, philosophum illum, qui olim sua eloquentia mortem, omnium naturæ horribilissimum, hominibus ita persuasit, ut multi sibiipsis manus inferrent, tali & tanta loquendi figura non esse vsum. Accedit huc quod Christus conuiuas & symbaptes plures sibi vocas, ipsum prius poculum hoc totum ebibit, & lauacrum tale totus subiit. Potens verbum, potens exemplum, potens sacramentum. Per mouit potentia ea primitiuam ecclesiam, ut haud secus ad martyrium properarent catholici, quam si ad conuiuium aut balneum essent ituri. Vndè ait Bernardus: Stat martyr tripudians & triumphans, toto licet lacerato corpore, & rimante latera ferro, non modo fortiter, sed & alacriter, sacrû è carne sua circumspicit ebullire cruorem. Vbi ergo tûc anima martyris? nempe in tuto, nempe in petra, nempe in visceribus Iesu, vulneribus nimitum patentibus ad introeundum. Hæc ille. Hac de re alibi fusius egimus, sanctum Ignatium & sanctum Laurentium exempli gratia citando. Nunc per ea ipsa, quæ alibi & hic adduxi, scripturæ & ecclesiæ testimonia, infero: non posse fieri, ut secundum mundi voluntatem, hic gaudeamus & illic, hic cælum habeamus & illic. Ioannes Baptista è carcere in cælum relatus, puella saltatrix ex aula in infernum detrusa. Huc faciunt loca Matth. 5. 10. 23. Ioan. 16. Act. 13. Ro. 8. 1. Thess. 2. 1 Pet. 2. 3. Denique & modus ille loquendi, quo tropicos calix & balneum crucem significat, in scriptura canonica infrequens non est, Matth. 26. Luc. 22. Ioan. 18. Et de baptismo Luc. 12. Neque hoc silentio pretereundum puto nos, baptizari non in huius mundi voluptatem, sed fugam, atque adeò in ipsam perpetuam mortificationem carnis & omnium voluptatum. Adeo electis ad gloriam, incumbit crux in gloria.

Dicunt ei: possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Discipulorum & hic obseruanda temeritas, & magistri benignitas: & nisi adeò comis esset iudex, periret omnis caro. Possumus, dicunt accepta cruce in humeris, te sequi, Matth. 10. 1. Pet. 2. Possumus tecum pati, mori & sepeliri: hac in re nulla est aut mora, aut cunctatio, tu gloriæ nos conser-

POSTIL. VVICEL. SVP. EVANG.

tes velis. Non ab similibus pugil fuit Petrus, dicens. Etiam si oporteat me tibi commori, non te negabo, Mat. 26. Sed cum caperetur Dominus, tam fugit Petrus, quam Ioannes & Iacobus, ut oraculum de Christo compleatur, Zach. 13. Percutiam pastorem, & dispergentur oves gre-
gis. Mitissimus pastor, ouium infirmitatem non igno-
rans, talem in suis humanissime tulit infirmitatem. Eia-
quam comiter curat? quis huius Pastoris medelam fu-
giat? Non arguit mendacii, non insinuat insolentiae,
sed adfert medelam per oraculum diuinae prouidentiae. Po-
testis, inquit, non quod illi verè dixerint, se suo pte Marte
posse, sed prèdicit illis hoc ipsum concessum iri super-
né. Simile vides illis prèdici Mat. 10. Ioan. 16. Sic & di-
cit confessores & coniudices suos eos fore, Mat. 19. Ve-
ritatem rei vides Act. 12. Nempe Iacobum capite plexum
Ioannem verò vitam sine cruce non transegisse vides
Act. 4. vbi dicitur: Loquentibus Petro & Ioanne ad po-
pulum superuenerunt sacerdotes & magistratus templi
& Saducæi, indignabundi quod docerent populum, &
annunciarent in nomine Iesu resurrectionem ex mor-
tuis, posueruntque eos in custodiam in posterum diem.
Altera verò die accersitis illis, comminabantur illis, non
videntes quare eos occiderent, cap. 5. Coniecti sunt in
carcerem, sed Dominus eos liberos in templum statuit.
Venerunt itaque custodes, principibus annunciantes, &
dicentes: Ecce carcerem clausum inuenimus, custodes-
que diligenter custodientes, neminem verò intus repe-
rimus. Et ecce alij nuncij venerunt, dicentes eos in tem-
plo stare, & docere populum. Aduocantur iterum, & ni-
si in Gamalielis consilium pedibus itum esset, statim ma-
le acceptos tradidissent morti. percutiuntur tamen, &
cessis præcipitur, nè in nomine Iesu loquerentur. Hac
fuit alea apostolorum, hic calix, hoc lauacrum. Ioan-
nes itaque citra capitis pœnam factus est martyr, tot
minas exantlando. Tertullianus & alij primitiuae ec-
clesiæ scriptores, commemorant, eum Romæ in vas
plenum feruentis olei esse coniectum: sed quia ibi di-
uina potentia illum conseruaret illæsum, in Patmos re-
legatum insulam. Qua de re supra dictum est in eius fe-
stiuitate. Sic Dominus hic nihil diuersum dicit ab eo,

quod est apud Ioannem 21. Sic eum volo manere &c. Procellæ tribulationum multæ, vnam mortem æquant. Præstat enim semel mori, quàm diu torqueri & multis persecutionibus reuerfari. Iacobum capite plexum vides Act. 12. Completum est verbum veritatis. Calicem siquidem Domini biberunt, cum Domino ad opiparum hoc conuiuium iuerunt, & eodem cum Christo lauacro sunt loti: lanacro vernali, & supra omnem captû humanum delectabili. Sed nostrum hodiè seculum, tales delicias cuius conuiuium & balneo alij posthabet. Gloria crucis Christi planè hodie est extincta omnium hodie oratio est, Da vt opulenti potètesque sedeamus, alter ad dexterá tuam, alter ad tuam sinistrá: calicem verò tuum, tute tibi referuato: nos interim zythum & merax merû bibemus, combibemusque. Timendum est, vt prope diem superbi de sedibus deturbentur, calice iræ Dei prophético potati. Hieronymus calicem Ioannis vocat calicem confessionis. Similis huic est ille, quo Dominus potauit Sidrac, Missac & Abdenago. Quantum ad Salomæ orationem attinet, videmus exauditam matrem Zebedæorum. Petrum siquidem, Ioannem & Iacobum, Christus præ ceteris sibi familiares esse voluit. Carnaliter verò non exaudiuit, quia hoc illis non expediuit: potiora illis Dominus præuidit, potum illi negauerunt aquæ vapidæ, Dominus verò fluentia illis tribuit nectaris ætherei, balneum illi petierant aquæ mortuæ, Dominus mare illis contulit aquæ viuæ, aquæ paradisiacæ iucunditatis, aquæ angelici nitore conferendi virtutem habentis.

Crucis gloria hodie prorsus est extincta.

Sedere ad dexteram non est meum dare vobis, ad humanitatem Christi referendum. Obserua in hoc euangelico loco Christi humanitatem, qua suos agnoscit confortinos. Cui non arrideat ille fauor & pietas Christi erga suos contribules, qui eos ad apostolatus dignitatem adsciuit omnes? Vnus in septuaginta duorum discipulorum numero permansit Ioseph, cognomine iustus, Actu. 1. Iuxta humanitatem hic quoque dicit. Non est meum. Sed & hoc obserua quod dicit, quibus paratum est à patre meo. Vides eundem Christum filium Mariæ virginis, prolé quoque esse Dei omnipotentis. Præ-

Christi pietas erga suos contribules.

clarè hic dicitur ab Hieronymo, Regnum cœlorum non esse dantis, sed accipientis: non personæ, sed vitæ paratū esse. Opera, ait Ioannes, eorum sequuntur illos. Qui benè fecerunt, ibunt in viam æternam. Hoc fac, & viues. Sensus est: Non carnis prærogatiua, aut personæ respectus hic habet locum, sed gratiæ supernæ vsus & virtutum meritum. Pater non patitur sibi aliquem sedere dexterū, nisi solum filium, Psalm. 109. Heb. 1. Qui verò mihi ministrauerint, & eos honorificabit pater, & eodem mecum esse patietur, &c. Ioan. 12. 15. 16. Superest ergo vt legitime militetis: quia nemo coronabitur, nisi palmam abstulerit hosti. Summa, Crux mea est gloriosa, dicit Dominus. Gaudete qui mihi hic compatimini, quia merces vestra multa est in cœlo, Matth. 5. Qui alios de se fecere memores merendo, audient verbum: Venite benedicti patris mei, percipite regnum Matth. 25. Expofuit agonotheta præmium, immò præmia: quia neminem ritè militantem, suo defraudatum vult honore. Superest ergo vt sic agamus milites, vt tanta dona, quorum precium nemo vnquam satis mente concepit, consequamur. Hoc ipsum nobis annuat pater Domini nostri Iesu Christi, cui vnà cum filio suo Domino nostro, & spiritui sancto sit par laus & gloria, per æterna secula. Amen.

QVINTA HEBDOMADAE POST

Reminiscere, lectio Epistolica Hieremiæ X. VII.

SUMMARIUM.

Cermanicum est prouerbum, *VVer Gott vertrau vet, hat vvol geba vret.* Qui benè confidit Domino, benè mœnia struxit. Contrarium est, qui fiduciam suam in homine ponit, perit. Vtrunque in præfenti lectione declaratur. Prætereà etiam hic admonemur Deum nos nihil in cordibus nostris celare nôsse.

TEXTVS.

Hæc dicit Dominus: *Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Erit enim quasi myrice in deserto, & non videbit cum venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto, in terra falsuginis & inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius: & erit quasi lignum quod*

quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cum venerit aestus: & erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum. Præuuum est cor hominis & inscrutabile. Quis cognosceat illud? Ego Dominus, scrutans cor & probans renes, qui do unicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinventionum suarum.

EXEGESIS IN THESES
digesta.

Propheta Hieremias multum sudauit in taxanda idolatria & præfractione populi Iuda. Hic totus fait, hic dies clamauit & noctes, vt populum ab horrenda & ea instante calamitate captiuitatis liberaret. Sed furdo fabulam enarrauit: Tanquam insanum deridebant prophetam. citius cœli ruinam illis persuasisset, quam tam exitiabilem cladem. Incredulitatem eorum partim fouit pseudoprophetarum consolatio blanda, qui nihil tale populo sancto euenire posse asseueranter prædicabant. Hieremiam prophetam nullis non calumniis proscindentes, atque tanquam patriæ proditorem persequentes. Incredulitatem & pertinaciam eam populi partim itidem fouit increduli regis Sedechiæ vana fiducia, quam habuit in regis Aegypti auxiliis. Peccauit impius rex, quod contra Dei præscriptum, ad Aegyptiorum præsidia potissimum confugeret: Dein quod prophetæ non crederet. Vnde post funestam deditio- nem abactus est vt iumentum in Babylonem, & non profuit illi Aegyptiorum manus.

2. Videns itaque propheta pertinaciam regis & populi Iuda, contra verbum Dei ad Aegypti præsidia confugi-
entium, fulmen iræ Dei illis ore impauido denuncia-
uit. Maledictos omnes pronunciauit in hominis auxilia
fidèles, hoc est, omnes execrationes legis à Moïse Deu.
Maledictus omnis qui cõ-
fidit in ho-
mine.

28. enumeratas redundare in huiusmodi vanæ fidutiæ
impios homines. Grauabat Iudæ culpam, quod non fa-
ctus erat cautior exemplo Israelis, qui antea propter si-
milem transgressionem & pertinaciam captiuus abdu-
ctus erat in Assyriam: potissimum verò quod & ipsi I-
srael in eosdem Aegyptios sperabant. Esaias propter e-
am vanam & execrabilem fidutiam, qua Israel se Aegy

ptiorum præsidio satis tutam sperabat, vaticinando intonabat, dicens: Væ qui descendunt in Aegyptum ad auxilium in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis quia multæ sunt, & super equitibus quia prævalidi nimis, & non sunt confisi super sanctum Israel, & Dominum non exquisiuerunt. Ipse autem sapiens adduxit malum, & verba sua non abstulit: & consurget contra domum pessimorum, & contra auxilium operantium iniquitatem. Aegyptus homo, & non Deus: & equi eorum caro, & non spiritus: & Dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator, & cadet cui præstatur auxilium, simulque omnes consumentur. Hactenus propheta. Diceres Hieremiam Esaïæ verbis locutum. Vterque laterem lauit.

Salus hominis, ab homine: stultè speratur.

3. Oraculum Hieremiæ, quod ad literam comminatur incredulo & vanæ fiduciæ regi Sedechiæ ad vnguem abundè in impio rege est adimpletum & in omni Iudæ populo. Sic habet comminatorium oraculum: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Erit enim quasi myricæ in deserto, & non videbit cum venerit bonum: sed habitabit in siccitate &c. Myricam dicit esse tantum regem, se contra Dei iudicium armantem, atque in suis suorumque confœderatorum Aegyptiorum brachio fidentem. Ad eò vana salus hominis. Tam Solymæ atque Palæstina, quàm Babylon atque Chaldæa, factæ sunt myricæ, desertû, siccitas & falsugo, quia omni spe frustratæ. Si vnâ cum Aegyptiis Assyrii, Indi & Aethiopes, totusque mundus impio regi auxilio venissent, nihil contra Dei iudicium profecissent. Attendant infelices homines, qui patiuntur se ab hæreticis excecari, quasi Deus fidem solam respiciens, peccata non puniat, satisfactionem pro peccatis non exigit. Viderint an ne aliquid mysterij subsit historiæ, quod rex falsis prophetis autem accommodans, denique exoculatus ductus sit captiuus in Babylonem. Maior sanè nostra erit culpa, si à tam sanctissimis patribus Ecclesiæ, à tam specioso albo sanctorum martyrum & confessorum, ad tam perfidos, tam libidinosos & scelestos apostatas defecerimus.

4. Neque enim oraculum memoriæ est traditum pro-

pter Sedechiam, qui ſemel ſuapte periit culpa, ſed literis commendatum eſt propter nos, in quos finis ſeculi incidit, vt per ſcripturas, admonitionem & documentum & conſolationem habeamus. Perſtringit itaque comminatio omnes, ſimili impietate contra Dei verbum in ſuas vel aliorum mortalium vires confidentes. Vana fiducia eſt, ædificare in arenam, inniti baculo arundineo. Hebraicum habet *Batab*, quod fidutiam ſignificat. Secundum Septuaginta poſſumus reddere, ſpem habere ſive ponere. Vnus ſenſus eſt. Alterum alterum illucidat. Conſidere in aliqua creatura, eſt, ſpem ſuã in ea habere. Dominus eſt protector, Domini eſt ſalus. Dominus eſt fortitudo pauperi, ſpes à turbine, vmbra culum ab æſtu. Eſa. 25. Melius eſt itaque ſperare in Domino, quàm in principibus, Pſalm. 117. Nolite conſidere in principibus & in filiis hominum in quibus non eſt ſalus, dictum intellige non ad eos qui Dei ſunt proſus ignorantès, ſed ad ſynagogam & ad eccleſiam, Dei agnitionem habentes. Multa millia & maior pars hominum eccleſiaſticorum, credunt Deum & Deo: ſed in Deum credentes, in eum ſolum non ſperant. Viribus, indiſtriæ, diuitiis, potentia, amicorum præſidiis, & hoc genus idolis vnà cū Deo, vulgus Chriſtianorum nititur: in principes præcipuè, exemplo Sedechiæ, confidit. Dicunt Principes impij, Auxilio nobis veniet Meſapus & Arpi. Idololatriam hanc exécratur hic noſter Propheta. Beatorum implorare interceſſionem, non eſt in homine conſidere. Conſolatio eſt, beatorum pro nobis interceſſionem fateri, ipſorum ſpatrocinia implorando. Sic enim recolimus nos vnum eſſe cum beatis Chriſti corpus, non ergò poſſe nos à Chriſto vnquàm derelinqui. Secundum Vigilantiſtarum hæreſin, aut in Chriſtum, quateus homo eſt, non erit fas ſperare, aut vt patre minorem, interceſſorem conſtituere. Hic agitur de fiducia in carne, non de inuocatione beatorum. Fiducia vana caret omni fide, vacua gratia Dei, perſuaſione duntaxat & argumento rationali ſubnixæ, Deum non inuocat, ſpem ſuam in ipſo non ponit. Contemplatur & numerat aurum & opes. Auctorat milites, congregat præſidia, indiſtriæ, ſua nititur. Summa, Deū non timet. Eius vanitatis

Beatorum implorare interceſſionem, idololatria non eſt.

EXEGE. LECTIO. EPISTO.

Sederchias est exemplum, qui etiam in Aegyptum speravit contra Dei verbum. Diuos contra Dei verbum non inuocamus. Si in diuos spem nostram figeremus, eos certè adorarem, saluatores eos vocarem, in ipsis acquiesceremus, non intercessores apud Christum & cœlestem patrem, sed datores, quæreremus. Nihil horum facimus, sed Deo omnem gloriam deferentes, eos saltem intercessores petentes, nostram fidem & fidutiam in Deum excitamus. Insuper & eos qui superstitione diuos implorant, castigamus, & ab omni mala specie spei vanæ coërcemus, spem vanam penitus abominantes.

*Deo soli
fidendum.*

5. Dominus Deus sibi soli vt fidamus omnes, vndique in scriptura à nobis exigit: idque meritò: satis enim est potens, vt solus omnibus succurrat Prouer. 28. stultum vocat Salomon eum, qui cordi suo fidit. Secundùm Esaiam capite 42 delinquit, qui consilio cordis sui nititur. Et minùs desipit, qui in seipsum fidutiam habet, quàm qui in alterum. suo se pede metitur, qui in se confidit. absistit ab incepto, vbi animaduertit sua vel industria vel viribus se nihil proficere posse. Vides itaque bis insanire, qui vel in rebus fortunæ, vel in hominum auxilio sperant. Neque enim tam fortuna est mutabilis, quàm homines. Omnis homo mendax. Cæterùm etiam si mendax homo non sit, tamen æquè est inefficax atque bona fortunæ, res caducæ, periculis omnigenis obnoxia. Rectè ergò Sapient. 5. spes talis lanæ confertur, & Iob 8. comparatur telæ aranæ. Væ (ait Amos capite 6.) qui ponitis spem vestram in montibus Samariæ. Talis spes vana Psalm. 12. Pro paruitate mea, de fide & spe libellum Latinè conscriptum in lucem edidi: in eo libello ostendi, Deum nihil penitus odisse, nihil vehementius prohibuisse, quàm vt derelicto te, à creaturis vanis opem quæramus. Vult vt neque in nosipfos, neq; in alios mortales, neque in pecuniã & opes, neque in propugnacula & machinas bellicas, neque in copias nostras & nobis confœderatorum regum & principum, neque in nostras vires & industriam, neque in cognatos & affines, neque in præsentia, neque in futura, neque in vlla creatura, hoc est, quod Deus ipse non est, fidamus. Nam extra & citra Deum, vana & caduca sunt omnia. Contra dia-

*Fidutiam
in Deum
cur diabo*

holus vt idololatriæ semen aliquod conferuet, eò potissimum nos inducere conatur, vt in vanitate fidamus, spe omni destituti secum pereamus. Huius loci exemplum illustre habemus Rabsacen, qui sic ausus fuit dicere: *Maha Bita hon haz e, aser hatabtka*: hoc est, Quæ est ista fiducia, in quam tu speras? Deum Israel adeò vanum blasphemauit, vt spem in eum vanissimam esse diceret. Quòd subdit vanum esse, Israelem in Aegyptum sperare, veritas fuit mendacio & blasphemis permista. Solent hæretici vera falsis commiscere, vt specie bona incautos fallant. Rabsaces veritatem hanc eò dixit, vt spem in Deum Israel haudquaquam committendam ostenderet. Sed exitus acta probat. Didicit scelus, spem in Deum Israel ponere, non esse inniti baculo arundineo, 4. Regum 19. Quanti sit in belli extremo periculo ex toto corde humiliter Deum inuocare, omnem spem in eum perfectè conicere, vides 2. Paralip 20. vbi Iosaphat parua manu copias innumeras fudit Ammonitarum & Moabitarum. Vides idem 1. Regum. 17. vbi puer David inermis, armatum giganta blasphemum Goliath strauit. Item Iudic. 7. vbi Gedeon rusticus belli inexper tus, dux trecentorum Iudeorum, Madianitarum prostrauit exercitum. Huiusmodi exemplorum scriptura est plena. Beatus ergò vir, cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas, Psalm. 39.

*lus eripere
nobis co-
natur.*

*Spes in
Deum nõ
pudescit.*

6. Horrenda comminatio, sententia terribilis, maledicti: Contra nihil iucundius auditu, quàm benedicti. Hic maledicitur illi, qui non posuit spem suam in Domino. Rursus paulò infrà in eodem, benedicitur viro qui confidit in Domino. Antithesin talem vides Matth. 25. vbi maledicit Dominus solius fidei imitatoribus, operum honorum vacuis, & benedicit illis qui per fidem in charitate operantem, sibi sedulò seruiuerunt. Lutherani, qui sibi de scripturarum experientia adeò placent, vtinam antitheses huiusmodi obseruent. Ad fidutiam & spem reuertamur. Consideret homo & perscrutetur omnia, num vsquàm in creaturarum vniuersitate aliquid possit inuenire, quod meritò Deo præferat: spem suam in ipsum, Deo præterito ponat. Huius æui Iudæi confidunt

*Creatura
rum nulla
est quam
Deo præ-
feras, in eã
sperando.*

EXEGE. LECTIO. EPISTO.

Moisi suo: sunt ergò maledicti. Maledictos esse, testis est totus mundus. Turcæ confidunt in suo Machomet. sunt ergò maledicti, quia tam Iudæi Antichristum eum execrantur, quàm nos. Veteres hæretici partim in Christum, tanquàm in hominem, suam fiduciam collocarunt: partim in phantasma, partim in minorem patre creatum filium sperabant. Maledicti ergò omnes. Maledictos esse, argumento est hæreticorum inter se diuersitas & pugna, qua alij aliis non minùs maledicunt, quàm ecclesiæ. Paulus Samosatenus & Photinus, teste Hieronymo, Christum merum hominem dogmatizabant. Nihil conuenit ecclesiæ cum illis: non enim merum, sed verum hominem ecclesia Christum prædicat. Qui merum hominem fatentur, Deum negant: qui solum Deum fatentur, hominem negantes, Deum mendacem & vanum faciunt. Superest ergò, vt Deum verum & hominem verum confiteamur. Nam qui vtrunque confitentur, Deum verum & verum hominem adorant. Norunt hi dicere cum Paulo 2. Corinth. 5. Non iam secundùm carnem Christum cognoscimus. Damnat ecclesia superstitiosam inuocationem diuorum. Dicit enim cum Psalm. vigesimoprimo. Tu es spes mea ab vberibus matris meæ. Item cum 77. & 141. Psalmis dicit: Tu es spes mea. In periculis cantat: Sancta Maria, ora pro nobis. Sancte Petre, ora pro nobis &c. Non sperat in virginem gloriosam & sanctum Petrum: quia dicit saltem, ora pro nobis. Hoc est, Deum non credit esse Mariam & Petrum. Crederet verò Deum, si in ipsis speraret: Speraret, si saluatores confiteretur. Vides ergò Ecclesiam ritè, distinctè, & reuerà per Spiritum sanctum Deum adorare, & sanctos pro intercessionem ad Deum aduocare. Precatur enim sic: Christe, audi nos: Saluator mundi, adiua nos. Postea subdit: Sancta Maria, ora pro nobis &c. Nouit ecclesia quid sibi lex velit primæ tabulæ Exod. 20. & Deute. 5. Intelligit euangelistas & apostolicas scripturas Mat. 4. Rom. 1. 1. Cor. 10. &c. Qui se hodie ecclesiæ reformatores obtrudunt, ipsi quoque nihil minùs faciunt, quàm vt in Deum vnice confidant. Sanctorum intercessionem damnant, interim desperabundi: hic spem suam ponit in pennis, ille in Ru-

*Deorum
inuocatio
spem De
um non o-
bliterat.*

ta, iste in cercopitheco, & alij in alijs rebus & feris, quæ omnia nihil sunt. Sancti qui in Domino Deo obdormierunt, extant adhuc. & ad fontem misericordiæ stantes, pro nobis intercedunt, eorum intercessionem aut poscere, aut fateri, non est in carne fidere. In carne fidere, est contra sensum communem atque adeo contra certum verbum Dei, contra ecclesiam firmamentum veritatis, atque adeo contra veritatem quæ est ipse Christus, fœdera pacisci. Contra eam fidutiam ait Psalm. 31. *Al Thibtehu bi Nedibim, be Ben Adam, se en lo Thesua.* Hoc est, Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, ibi non est salus. Ait vertrauyvet auff Fursten: auff menscheu Aindere: do ist kein heil. Iterum David ait Psalm. 117. Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus. Quare non ita spem tuam firmas, vt Niniuitas fecisse legis Ionæ? Nunquid quia canis, Die guten vverct kumen nit behútemi: Opera bona non possunt protegere? Rectè ergò qui bonis excidisti operibus, gladijs, rutæ, & leonibus fidis. Ite illuminati fratres euangelici, & discite quid sibi Esaias velit contra coniurationem scribens Ephraim & Syriæ aduersùs Iuda, capite 8. Videte an Iuda ecclesiam significet, Ephraim hæreticos, Syria alia quæcunque præsidia, vel arces & oppida profundis fossis & altis aggeribus cincta.

7. Hebraismus est, Ponere carnem brachium suum. Sic dicitur Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem. Hoc est, qui fines tuos pacificasti, qui finibus tuis pacem dedisti. Idem sensus & hoc loco conficiendus. Sed ecce tibi, infirma virtus & debile robur, ponere carnem brachium suum. Septuaginta legunt, Qui munit carnem brachij sui. Der da beuestiget das fleysch seines arms. Sarcasmos est, quo prophetæ derident infirmitatem carnalis brachij. Quid faciat caro, quæ putredini & vermicibus est obnoxia? Omnis caro fœnum. Tale brachium carnem in periculo parùm promouerit, carni contrarius est spiritus. Spiritus est Deus, Brachium nostrum spiritus, hoc est, Deus. Fortitudo nostra Deus. Brachij eius exteri fortitudini fidendum est, Ex. 15. 2. Regum 8. Brachium Domini

*Luterani
in Deum
nò sperant.*

*Ponere
carnem bra-
chium suum,
Hebrais-
mus est.*

*Brachium
Domini
firmum.*

E X E G E S . L E C T I O . E P I S T O .

non est abbreviatum vt saluare nequeat. De brachio Domini forti vide Psalm 88. In brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos, hoc est, in virtute tua. Item ibidem, Tuum brachium cum potentia. Iterum ibidem, Manus mea auxiliabitur ei, & brachium meū confirmabit eum. De carnis brachio dicit Ezechias: *Immo Zerua basar*, &c. hoc est, Brachium carnis cum ipso, scilicet Sennacherib, nobiscum verò Deus, Deus saluum faciendi & bellandi, 2. Paralip 32. O dictum validum & potens. Dictum plenum spiritu. Sic dicere, non est à Deo apostatare. Septuaginta hoc loco diffidere vocat apostatare. Mediocriter in catholica theologia versatus nouit quid sentiat de mediis, per quæ nos Deus fouet, curat, iuuat, &c.

Diffidentia simili tuarum.

8 Diffidentia similitudo (quoniam semel atque iterum, quod bonum est) repetenda, atque profundius menti infigenda. Erit quasi myricæ in deserto, ait, & non videbit cum venerit bonum: sed habitabit in siccitate, in deserto, in terra falsuginis & inhabitabili. Per bonum, intellige pluuiæ benedictionem. Dicit Dominum benedictionem suam non missurum in desertum, vt myricas steriles fecundet. Per siccitatem, intellige terram sabulosam. Terra falsuginis est, quæ humore salis acerbo æque sterilis est, atque sabulosa. Sensus est, Spes impiorum peribit, Vana salus hominis, &c. Neque Deus neque gratia est apud apostatas, 2. Paral. 15. Abiecti sunt tanquam reprobum argentum, supra Hier. 6.

9 Dicitio myrica, quam nostra vulgata habet translatio, accepta referenda Septuaginta translatoribus, qui legunt, Agriomyrica. Fruticem significat syluestre, *Ein vildstaude* Hebræis vocatur *Arear*. Dicunt esse genus fruticis siue arbutulæ in desertis prouidentis, corticem asperiozem habens. Solet hic propheta myricæ frequenter conferre impios, quemadmodum & eam apostatis componit. Infra capite 48. comparat Moabit

Myrica & Erica Heid. Nam tamen si Eriaca myricæ similis sit specie, non differunt. tamen eadem est quantitate, quia neque arbutum est, neque virgultum. Myrica, secundum aliquos, est idem

quod tamarix, ex Plinij libro 13. capite 21. & 23. capite 9. Propheta myricam confert iustæ arbori perpetuo virenti: quippe quæ radices profundius egerit, & humorem semper habeat. Contra cum myrica arbor nõ sit, neque in fecundo solo plantata existat, atque adeo quasi bis mortua haberi possit, videtur mihi propheta locum hunc ex Psalmo David sumpsisse. Verisimile ite est, vtrunque de arbore palma loqui, præcipue de illa. quæ Empedaphyllus vocatur. Differentiam palmæ & tamaricis esse puto eam, quæ est Spinæ & Cedri, quibus reges Israël & Iuda conferuntur, 4. Regum 14. 2. Paral. 25. Similis comparatio est apud poetam, dicentem Inter viburna cupressi.

10 Hic ne quis miretur, me falsuginosam terram Germanice vertisse saltztruct en erdreich aut saltzerden: noverit me Originale secutum. Nam & sic in plerisque locis veteris testamenti invenitur, sed non in eodem significato translatum, quæ versorum indiligentia, non parvam iudæis nos exhibendi ansam adfert. Deinde, Qui hic legunt de myrica in deserto, Sie vvirt nicht sehen: Non videbit: ita legant de arbore iuxta flumina, quoniam Hebraicum idem sonat. Posterius verò si legatur, Er vvirt nicht forchten: Non timebit, etiam prius sic legatur oportet. Vocabuli huius thema est *Raah*, & non *Lara*. Illud significat videre, hoc timere. Præterea etiam verti Germanice, Verpottene iar: prohibitionis anni, qui sunt infausti, in quibus pluvia terræ negatur ad fecundandam eam. Verti autem sic, quod Dominus prohibuit pluuiam ne cadat in terram, Gene. 8. Hierem. 4. Amos 4. Vnus vtrunque est sensus, etiam si in iam citatis locis duo alia verba habeantur. Græcus & Latinus, verbi *Batzoreth* significatum dilucidant.

11 Spinam humilésque myricas expediuimus. Cuique pro merito dabitur iustum præmium Iustus Deus & iustum Dei iudicium. De qua re in fine lectionis præsentis. Quod si ille iuxta præsentem lectionem est maledictus, qui in homine confidit: sequitur ex antithesi, benedictum esse qui spem suam in Domino ponit. Si illi male eueniet, potissimum in alio seculo, optime

EXEGESIS LECTIO. EPISTO.

*Sperās in
Domino,
non pude-
fiet.*

hic habebit. Ille hic sterilis, hic contra fecundus & commodus omnibus. Sed in futuro seculo contra-ria videbimus omnia. Cæterum etiam in hoc seculo non derelinquetur iustus. Habent iusti suas consolationes, quas non videt mundus. Iniustis arbor mala, quia fert aut fructus huic mundo gratos aut nullos: Arbor bona fructus fert vere bonos, Matthæi 15. Plantata secus decursus aquarum, Psalm. 1. Quæ sunt spiritus sancti irrigatio, Ioannis 17. Radices egit in charitate, Ephes. 3. Non timebit cum venerit æstus, hoc est, non sentiet æstum: Per æstum intellige tentationes, 1. Petri 4. Quare verò non sentiet? Quia spiritus sanctus est Paracletus, qui consolatur nos in omni tribulatione, adeo ut etiam alios consolari possimus. Vincit ergo iustus etiã in hoc mundo vyperas, suisque deque fort. Hæc est victotia quæ vincit mundum, fides nostra, &c. Multo minus sentiet æstus ignis gehennæ. pertinet enim ad benedictionis sortem, quæ est ad dexteram iudicis, Matthæi 25. Spes non pudefacit, &c. Vnde cum annus venerit prohibitionis, hoc est, annus iræ Dei, in quo pluvia vetita in terrâ non cadit, in quo omnia sterilefcunt, victû mortalibus negantia, iustus hic in Domino sperans, erit securus, Mat. 6. Dominus siquidem Deus est pro eo, curam eius habens, Rom. 8. 1. Petri 5. Nõ erit sollicitus quid edat, aut quo vestiatur, cum scriptum sit: In tempore famis saturabuntur. Huius in superioribus lectionibus exéplum habuimus prophetæ Helix, quem coruus pavit & vidua Sarephthana. Item exéplum viduæ, quã verbû Domini vna cum propheta & domo sustentavit. Denique instante nouissima die, leuabit suum caput fiducia magna, Lucæ 21. Ad hæc, duo potissimum homini in Deum suam spem conicienti in sunt: Primum, quòd perpetuo viget atque virescit. Alterum, quòd fructus perpetuo profert. Hoc est, Verbo ædificat & opere. Folia florida, sunt verba ædificatoria. Fructus, sunt opera commoda, Fructus spiritus sancti, Galat. 5. Dissimilis est fico viridi, sed sterili, quæ, simul illi Dominus Iesus maledixisset, statim exaruit, Marci 11. Sunt autem arbores tales Lutherani, egregie de Christi fide disputantes, opera verò bona nõ

curantes. Sunt qui Dominū ore confitentur, factis autē negant, Tit. 1. Qui verò arbor bona est, bono agricolæ id referat acceptū, Deo puta, qui bonus est solus, & sua bonitate spiritu sanctificationis in terra bona semen bonum coniectum, fructum cētuplum proferre facit, Mat. 13. Lucæ 8.

12 Ad maiorem declarationem spei in Deum, (cū in ea religionis nostræ non parum sit situm) non nihil ex nostra Arce munita, Derveſtenburg: ante decem annos in lucem edita, repetam atque huc referam. Hoc verò etiam facio propterea, quòd elucubratiuncula ea nostra in paucorum manus venit, & iam plura exemplaria non extant. Probabis studium nostrum, quo fidutiā in solum Deum effusis habenis urgeo. Ex Psalmo eo tres saltem versus huc protulerò. Est vero Psalmus numero 44. atque sic incipit, Gott ist vnser hofsung vnd sterck: ein hulff in nótten vvol befunden. Hoc est, Deus nostra fidutiā & virtus, auxilium in necessitate commode repertum. Sed iuxta veterem translationem lege, Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. Auditis hoc ò vos Nemroithæ, vos Goliathæ, vos Gigantes theomachi? Putatis vos Psalmum istum nobis nunquam visum? Putatis vos nobis aliam esse murum, aliud scutum & iaculum, in quibus fidamus præter Deū? Hierusalem ciuitas sancta, ciuitas bene fundata, ciuitas Dei, satis superque per se fuit firma atque munita, Ezech. 21. Sed spem nostram in eam non ponimus, Hierem. 48. Nah. 3. Psal. 43. Per cuniculos enim & tormentorum ictum & per classica crebra poterit oppugnari, quemadmodum etiam antea factum est per Assyrios, Chaldæos, Syros & Romanos. Deus itaque est, in quem confidimus, in quem speramus, ad quem confugimus, in quo acquiescimus. Ille noster refugium, auxilium, refectio, spes, consolatio, virtus & petra immobilis. Deus est, Deus inquam ipse, quem nostram confitemur esse victoriam & gloriam, arcem, turrim, mœnia, fossam, aggerem, arma, scutum, iaculum, Psal. 17. 2. Regum 22. Prouerb. 18. Zacha. 2. Deus est in quem credimus, in quem speramus, quo

*Deus noster
refugium.*

EXEGES. LECTIO. EPIST.

ardemus, ad quem peruenire optamus, dicentes assidue:
 Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum,
 sic anhelat anima nostra ad te Deus. Satiabimur cum ap-
 paruerit gloria tua. Ecce tibi frater . Deus noster factor,
 saluator, redemptor, & omnia. Eius freti adiutorio, dici-
 mus: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Verbum *Nimiza*
 hoc est, repertum, Germanicè *esfunden*, referendum ad
 Deum, & non ad tribulationes . Vide Psalm. 36. Osee.
 14. Malac. 2. & verbum hoc inuenies . Sequitur textus
 Psalmi prædicti, versus nimirum secundi & tertii, *Da-
 rumb vverden vvir nichts furchten, vvenn sich das erdreich ve-
 rändern, vñ die berg mitten ins maer gleitten vwurden, VVen
 seine vvasser bransen vna bulgen, vnd die verge von seiner herlig-
 keit erzittern vwurden all vwege.* Ergò non timebimus si se
 immutet terra, & si montes in medium mare labantur:
 Cùm eius sonitus & fluctus, & montes à maiestate eius
 contremuerint semper. iuxta veterem translationem sic:
 Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & tráf-
 ferentur montes in cor maris: Sonuerunt & turbatę sunt
 aquę eorum, conturbati sunt mōtes in fortitudine eius.

*Homines
 non time-
 mus sine
 vrisibus su-
 rentes.*

Sensus est: Metuamus ne homines mortales, qui instar
 graminis repente exarescunt, & quos tinea rodit haud
 secus atque pannum, Esa. 51. cum non expauesceremus,
 etiam si elementa nobis comminarentur omnia? Nam si
 creator à nobis steterit, creatura non nocebit: non ergò
 timebimus quid faciat nobis homo. Fac esse, terra sese
 mutet, peruertat, transfoueat, iam porrò esse nolit, Deo
 porrò parere recuset: fac sic terra appareat, vt nè quidē
 suam speciem quam hæcibus habuit, videatur habere:
 Fac montes se eradicare atque in medium maris se mit-
 tere: Fac, mare & flumina magna infandum sonitus edāt
 atque murmurēt: Fac se fluctibus turbidis planè in cœ-
 lum extollant: non tamen aliquem nobis horrorem in-
 cutient, non mouebunt loco. Et si cœlum ruat, impau-
 dos ferient ruinæ. Presentem enim habemus illum, qui
 nutū suo sedabit omnia. Bonus est, pro nobis est. illi er-
 gò nos committendo, dicemus. Domine, ecce adsumus:
 quod ante te bonum est, hoc fac, 2. Regum 15. Potentiã
 suam Deus toties à condito mundo declarauit, quòd illi
 non immeritò quisque in quacunque afflictione fideret.

Qui verò fidit, non exhorrescit. Fidere & expauescere, vnà esse nō possunt, iuxta atq; credere & dubitare. Vndè qui deo fidūt, neq; homines neq; caco demones metuūt. Fidutia constat in inuisibili : hoc retinet, in hoc se totum conicit, haud secus atque si plarè conspicuum esset atque visibile. Exemplum huius rei est Dauid, de cuius fidutia habes Psalm. 7. 10. 12. 24. 30. 37. 51. 54. 55. 56. 60. 61. 70. 72. 90. 118. 140. 141. Fidutiæ, quæ ex puro corde in Deum ponitur, vsus & commoditas quanta sit, vides Psalm. 3. 16. 21. 31. 39. 117. 124. 146. 2. Regum 22. Proverb. 16. 28. 3. Esaię 25. 40. & cetera. Vt conñdamus Deo præcipitur nobis Psalm. 36. 61. 77. 130. Matth. 6. 9. Marc. 6. Ioan. 16. & c. Vt Dominum Deum constantes expectemus, præcipitur Psalm. 26. 36. Osee 12. Abac. 2. Soph. 3. Nè in temporalia & creaturas speremus, passim in scriptura legenti occurrit. Nos loca eius rei pauca lectori rudiori subiiciemus. Sunt autem Psalm. 43. 48. 51. 61. 117. 134. 145. Prou. 11. 12. 28. Esaię 36. 59. Hierem. 7. 17. 49. Amos 6. 2. Mach. 8. 12. Marci 10. Dominus Deus vt sibi soli fidere discamus, omnem creaturam sub pedibus nobis iecit, angelos ministros fecit, denique dominos sabbathi constituit. Quo ore ergò creaturæ nobis subiectę fidamus? Sanctè ea ad Dei gloriam vtamur, in Deo sperantes. Obserua hic Germanicum rhythmum:

*Deinem Gott trauv allein,
Seinter creatur brouch rein,
So tiousstu recht vnd sein,
Furcht schrecken, vnd zittern maß vondi seyn.*

In solum Deum creatorem spera,
Creatura eius vttere mente sincera.

Hoc si præstas, iustificaberis,
Et ab omni malo tutus eris.

Fidutia hæc, de qua iam loquimur, cor requirit promptū & hilare, quod Dominum Deum præsentem sibi coram se vident, immò certò sentiat. Animum talem spiritus sanctus paracletus per scripturam nobis sacram ingeberat. Omnia quæ scripta sunt, ad nostram consolationem scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus, Rom. 15. Animū ergo ex Dei verbo hauriamus. Audiamus Dominum, qui quater ad Io-

*Fidendi
Deo.*

*Expectā-
dam Dei
adiutorii.*

*Creatura
saluare ne
queunt.*

*Spes ex
verbo dei
sumenda.*

sue dixit: *Herak Ve Ematz*, hoc est, *halt hart vnd fest*. Cōfortare & esto robustus, Deut. 31. Iosue 1. Sustinere debemus & consistere firmiter. Plus ultra hoc enim ex nobis toties contendit sacra scriptura. 3. Reg. 1. 1. Paral. 19. 22. Psalm. 26. Denique scriptura à nobis omnem superstitiosum atque adeò seruilem metum eximit. Deutero. 7. 20. Esaie 8. 4. Lucæ 1. Clamat Dominus ferè in omnibus prophetis, Nolite timere, Nolite expauescere. Hæc verba Dei oris, Cōfide, Bono sis animo &c. quem emortuum non animent? David rex vt semper in Deo egit fiducialiter, ita etiam omnem metum semper excussit fortissimè. Hac de re ipsum audi Psalm. 3. 22. 55. 117. Præsi-
puè verò Psalm. 26.

*Cor hoīs
prauū &
inscruta-
bile.*

13. Sequitur in textu: *Præsum est cor hominis & inscrutabile. Quis cognoscet illud?* Pulcher ordo & contextus. Aptè enim à iudicio reprobi & iusti, digreditur propheta ad fontem prauitatis omnis, nempe ad cor humanum. Exclamat voce Dei acerbissimè omnium, & ait: *Akob*

*Cor accipi
pro toto ho
mine.*

ha Leb, micol, Ve Anyseh hu, Mi Iedaenu? Cor vocat prauum: Nam & Christus Matt. 15. Marci 7. cor dicit esse vnde mala opera proueniunt omnia. Per cor intellige totum hominem, est enim potissimum membrum & hominis pars, cor. Vocat ergo cor vaftrum, nequam, dolum, captiosum, illecebrosum, versipelle, perfidum, liuidum, lubricum, ad malum pronum, boni fugitans. Hoc ipsum cor, sue nequitie & malitie conscium, etiam est pavidum, debile, dolorosum & desperandum. Vtrunque adeò est verè, vt nihil verius. Atheum enim planè est & diffidens, vsque adeò impietate & desperatione plenum, vt nihil supra. Quis ergò cognoscet illud? Deus solus perscrutans cor & renes, cui omnia patent, qui lux est habitans ignem inaccessum. Obserua hic duo epithe

*Cor homi
nis habet
duo epithe
ta, inter-
pretatur dif-
ficillima.*

ta cordis humani *Akob* & *Anyseh*. Vtrunque ad interpretandum est perquam difficile. Est enim vtrunque, iuxta atque alia multa Hebraica vocabula, variarum significationum. Atque ex dictione *Akob* hic nihil aliud efficere poteris, nisi quiddam fraudulentum ac sua querens. *Anyseh*, meticulosum aliquid & desperandum significat. Qui hoc vocabulum planè intelligere cupit, cor suum ipse perscrutetur, se penitus intro spiciat &

agnoscat: & humanum illum pauorem, quem offenderit in corde, *Anysch* esse & vocari sciat. Septuaginta transtulerunt *anthropon*. *Enosch* siue *Enos* propriè hominem significat, sed ab affectu propter huiusmodi pauorem & debilitatem. Cæterum *Adam* significat hominè ex creatione. Pertinet huc quod est in Psal. 8. Quid est homo quod memor es eius? Hic habetur *Enos*. Q. d. Misera res est homo, nihili, meticulosum, desperandum, atque adèò indignum, vt eius tanta maiestas meminerit. Iterù *Psal. 103.* Dies hominis sunt tanquàm fœnū. Et hic habetur *Enos*. Diceret, Ab homine tali nil humani alienū. Obseruandum etiam hic, (loquor cū illis quos oblectat veritas Hebraica) ab hac dictione *Akob*, deriuatū esse nomen *Iacob*. Gen. 27. dicit Esau: Nonnè merito Iacob vocatur; quòd mihi bis imposuit, siue quòd me bis supplātauit? Iacob bis circumuenit fratrem suum Esau. Primò, quod eius calcaneum manu retinere, cū iam è ventre materno ederetur. Factum hoc arguit calliditatem, qua semper ad ius primogenituræ consequendę cogitabat & meditabatur. Retinuit enim fratris calcaneum, nè prior exiret, & primogeniturę ius ferret. Secundò tragulam fratri iniecit, cum primogenituræ ius vili adèò edulio, iusculo nimirum lentinacio & panis frustulo, fratri præriperet. Vocat ergo Esau fratrem Iacob, hoc est, insidiosum sycophantam. Secundum iudicium Esau, Iacob fuit fallax & dolosus: sed non videt Esau cor suum omnium pessimum, nempe Dei gratiæ contemnens: merito ergo secundum iustum Dei iudicium, Iacob fratri suo insidiabatur, vt gratiã diuinam, quã ille nihil fecit, quo iure qua iniuria sibi consequeretur. Supplātare metaphoricè significat decipere. Sunt in Germanica dialecto etiam huiusmodi metaphoræ: *Darsetz en* enim & *auffsetz en* accipiuntur pro decipere. Latina lingua plures habet & eas elegantes, & pueris notas. Cæterum supplātare significat propriè conculcare, pessundare &c. Supplātare olim proprium fuit athletarum: victos enim & terræ prostratos sic subegerunt. Nostrum quoque est Iacobum imitari. Simplicè prudētiã etiã Epicurica probat secta. imitabimur Iacobū serpētina prudētia simplicè. Primò, negligētes in stadio p̄currēdo. Sic ait Apostol⁹: Currite, vt cō

*Homines
sere res.*

*Iacob vocabulum
vnde deriuatur.*

*Iacob insidiosus
fuit fratri
suo Esau.*

præhēdatis. Iustus Deus non habenti, hoc quod habet aufert. Non, habet, qui non vtitur, qui abscondit, qui ingratus est. Deim debemus etiam supplantare mundum, immò etiam patrem & matrem, nedum fratrem. Sic malum virus cordis vertitur in medicamentum salubre. In reprobis verò gratia Dei non vtentibus siue abutentibus, cor humanum, quātum ad prauitatem, diabolicum dici poterit: quantum ad prauitatem & metum, desperandum. Quem hoc non perterrefaciat? Certè qui homo est, hæc audiens non poterit non penitus concidere. Beatus qui hoc ictu Dei iudicij prostermitur, potest De⁹ humiliatos rursus exaltare.

Cor prauum diabolicum est.

14. Ego Dominus scrutans cor & probans renes, qui do unicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinventionum suarum. Homo in suo atrore instar sepiæ sese hic abdit. Hic officię, hic prættigiæ, hic fucus, hic hypocrisis & nullæ non artes, quibus homo suum tegit scelus, & se angelum mundo vendicat. sed Domino patent fraudes, in illa die omnibus patebunt. Tunc dabitur unicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinventionū suarum. Hoc est, dabitur unicuique iuxta opera sua, 1. Cor. 4. 2. Cor. 5. Et ratione constat, virtutis & vitiorum disparem esse exitum. Sed cordis prauitas, contra rationem & contra verbum Dei latibula sibi quærit. Dicit enim, hominis non esse, arbitrio suo sibi supernè dato rectè viuere: Ad malum fatali necessitate cogi, atque adeò Deum facere malum: Opera bona non habere meritum, peccata paria esse omnia: Satisfactionis pro peccatis vocabulum esse papistici inuenti: solam fidem absolutè iustificare, saluare & beare. Cor humanum cum ita sit profundum & amplum, vt tot meandros ad excusationem peccatorum habeat, Septuaginta ipsum vocant profundum, pro eo quod ex Hebræo debeat legi, fraudulentum. Noui euangelicistri vertunt *Trotzig*, hoc est, superbæ insultationis. Tam Albis non distat à Tiberi, atque hæc significatio à veritate Hebraica & à Græco. Sed akobita Albicolæ, ex suo affectu omnia interpretantur, superbissimæ insultationis homines.

Cor humanum profundum dicitur s. ad excusandum excusationes in peccatis.

IN EADEM DIE EVANGELICA
lectio Lucæ XVI.

Dicēbāt

Dicebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Et vocavit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se: Quod faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubescio. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito, scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudavit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego dico vobis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum deseritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.

P R A E F A T I O

Parabolæ huius persuasibilis sensus est, hic stabilem nobis permanendi locum non esse concessum, Heb. 13. sed futurum nobis inquirendum. Vitam brevem esse, in quam hoc Iob quadret: Homo natus ex muliere, breui vivens tempore, repletur multis miseriis: Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra. Item: Breves dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est, cap. 14. Et hoc Esa. 40. Omnis caro fœnum. Et 1. Pet. 1. vita nostra vocatur brevis incolatus. Caro, vocatur gramen: gloria carnis, flos graminis. Gen. 2. 18. Eccl. 11. corpus è terra sumptum, in cinerem dicitur rediturum. Iuxta hoc videmus etiam carnem nostram, etiam dū vivit, incipere putrescere: ut rectè dixerit Iob, putredinem, suam esse matrem: vermes, forores. Verùm non sic, quemadmodum irrationabilia, in nihilum revertimur. Anima humana immortalis est: vnde à corpore per mortem separata, illuc veniet, vbi sibi locum, dum adhuc in corpore erat, preparavit, atque ibi corporis excitationem iudiciumque Dei extremum expectat. Anima itaque quæ in cælo sibi thesaurum sedula congeffit, Matth. 6. benè sibi prospexit. Opera enim nostra sequuntur nos, Apo. 14. Fidelem habemus depositari-

um, 2. Tim. 1. Potens est nobis depositum nostrum ser-
uare in illum diem. Quod illi non credidimus, perdidimus. Neque enim huius mundi congestas diuitias hinc abituri, nobiscum auferre possumus, Psal. 48. Diuitiæ item & gloriæ nihil nobis proderunt, immò culpam gra-
uabunt, & oberunt vnicé. Harum rerum omnium præ-
sens parabola nos submonet. Videamus igitur vt Chri-
sto monitore fideli, id agamus, vt cum hinc, iuxta Iob
ca. 1. & Eccle. exierimus, ne turpitudine nuditatis nostræ
nos confundat, Apoc. 3. Sunt nobis mansiones in cælo
præparatæ, si induti, & non nudi reperiemur, 2. Cor. 5.
Veste itaque nuptiali nobis opus erit, Matt. 22. Quod
hic seminamus, illic metemus, Gal. 6. Sed hæc ex textu
ipso planiùs audiemus.

*Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, & hic diffama-
tus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Et vocauit il-
lum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicatio-
nis tuæ: iam enim non poteris villicare.* Homo diues, est Chri-
stus iudex viuorum & mortuorum, Dominus dominan-
tium, solus Dominus, rex regum diues in omnes, de cu-
ius diuitiis vide Ro. 1. 9. 10. 11. 2. Cor. 8. Eph. 1. 2. 3. & c.
Rectè diues, quia in ipso omnes thesauri sapientiæ &
scientiæ recõditi, Col. 2. Oeconomus, homo quiuis est.

*Diffama-
tores no-
stri qui a-
pud Deū.* Quid enim habet homo quod non acceperit? Diffama-
tores, sunt fructus nostræ inclementiæ, suspiria & la-
chrymæ viduarum & orphanorum, quæ in cælum cla-
mitant. Et quorum clamor in aures Domini Sabaoth in-
trat, Iac. 5. Exo. 22. Ego audiam clamorem eorum, dicit
Dominus. Diffamatores item sunt blattæ, tineæ, ærugo
& putredo thesauri nostri absconditi, Iac. 5. Sic copiam
testium Deus contra impios instaurat. Ceterùm ipse ac-
cusatoribus & testibus non eget: quippe cuius oculis om-
nia pateant. Parcit eius longanimitas arbori nonnun-
quam sterili, frugis causa melioris, Luc. 13. Sæpè etiam
stulto, quem sua longanimitate ad pœnitentiam inuitari,
haud quaquam posse videt, dicit: Hac nocte repetent
à te animam tuam, Luc. 12. Quare quod tuum est, O ho-
mo, amplectere: interim dum in tabernaculo corporis
tui es, ad iudicium Dei te compone: composueris autè,
si bona Domini tui rectè expèderis, aut certè de iniquo

manu bona amicos tibi conciliaueris. De hac re videat catholicus ecclesiastes Theophylactum & Ambrosium, Dicis te Domini tui bona non prodegisse, sed parce reseruasse. Atqui lex & euangelion distributionem eorundem tibi prescripserunt. Id ipsum quoque proprietas pecuniæ te monet. *χρημα* enim tam pecuniam quam negocium denotat. *χρηματιζομαι*, id est, lucror & diues sum. Unde & Dominus dicit: Negociamini dum redeo. Vide Chryostomum super Matthæum homilia 50. Quod si Domini tui bona, insignis barathro & liguritor, per ventrem & anum in latrinam profudisti, æquè peccasti. Medium ergo & hoc, quod tutum est, tene. Fidelem te Domini tui œconomum exhibe. Et hac in re si quid neglexisti, fac citò & diligenter negligentiam corrigas, iuxta hoc quod sequitur:

Pecunia ad Græci vocabuli proprietatē, expeditur.

Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? fodere non valeo mendicare erubescio. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Affectus humanos presens parabola graphicè delineat: cautè ergo parabole consideranda. Villicus iniquus, qui prouinciam sibi creditam malè administrat, etiam non vocatus, ad reddendam rationem suapte consciëntia vocatur. Secum itaque anxio hæc animo volutat: Ecce deiciaris officio: Laborare non didicisti: labori non assueuisti: precipuè à duro, ut potè fodiendi, agricolandi, ligna secandi, & ceteris hoc genus, abhorres: superest ergo, ut ostiatim publicitè mendices: sed & hoc dispudet. Interim etiam deliciae quibus consueuit, & inter quas consenuit, in mentem veniunt, & sic vndique anxiatur. Inter saxum & sacrum constituto succurrit consilium. Magister Fames siue Venter adest, ille de quo ait Poeta:

Affectus carnis nequam.

Quis expedituit psittaco suum Chare?

Picas quis docuit verba nostra sonare?

Magister artis, ingenique largitor.

Venter. Et alius: Labor omnia vincit

Improbis, & duris vrgens in rebus egestas.

Paupertas per se satis perspicax, admonitore opus non habet. Est enim, ut ille ait, sophia autodidactos, quæ sibi, qua se tueatur, inuenire potest viam.

POSTIL. VVICE. SVPER EVANG.

Affectum hic quisque suum cohibeat, & quorsum hæc dicantur, attendat. Submonemur hic sedulæ pœnitentiæ, vt negligentiam sedulitate bonorum operum resciamus. Anima immortalis est, corpore iam vtens, tanquam domicilio inquilina: vnde si eiecta fuerit, nihil nisi æternum perire, sibi reliqui esse videt, nisi sibi in suo incolatu atque exilio probè prospexerit. De qua re sequentia audiamus:

Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: *Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & sede citò, scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes? Quis ait: Centum coros tritici, ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta.* Hoc est vti foro. Germani vocant, *schicken* Domini, inquit, maneat, qui foro vti nequit. Nouit humana astutia amiculum pro venti aptare flatu. Dispensator iniquus dicit secum: Dominus meus ipse facultatum suarum summâ nescit: tutò aliquid indè tibi retinueris. Nihil aut parùm tuum furtum domino tuo incommodabit, tibi verò plurimùm sic consulueris. Fac, resciscat, at tu tibi proximus esto. Audentes fortuna iuuat. Audendum est aliquid magnum & carcere dignum. Quid? æquum quis in necessitate requirat? Omnes, iuxta Menandrum, præ necessitate facimus mala. Neque illa legem habet. Depudit. Conuocat itaque debitores. dicit singulis: *Inseruiam tibi, tu aliquando itidem fac & mihi. Gratia gratiam parit, manus manû fricat. Minorum ministeria, nullius sunt hæreditas. Quis scit, quàm diù Domini mei œconomus permanfero? Præfagio, breui me iri amotum. Tu ergò dic, quantum debes domino meo? Respondit: Centum cados olei. Ad hoc ille: Accipe taleam tuam citò, & scribe quinquaginta. Alteri dicit: Accipe gramma tuum, & scribe octoginta. Alteri quinquaginta cados olei remisit, alteri viginti coros tritici relaxauit: vtrisque indulgens, vt vtrunque sibi demeretur. Sic filij huius seculi prudentes sunt, & sapiunt sibi in negociationibus mundi. Vtinàm tam solertes simus in spiritualibus. Nisi enim nos Christus ad eam diligentiam hac parabola impulerit, perpetua inertia peribimus. Sed humanus affectus citius hic accipiet persuasio*

Affectus
carnis ne-
quam.

nem carnis vaframenti augēdi. Spiritualibus itaque hic opus habemus auribus: vt casto corde discamus non minori curā animarum nostrarū saluti consulere, quā filij huius seculi rei familiaris instant studio. Norunt pu- ro corde homines, fidem seruādam dominis suis, 1. Cor. 4. soluenda debita, 4. Reg. 4. Psal. 36. &c. Nos ergò lite- ram ipsam prosequamur.

¶ Hebraicum *Bath*, quod Latinè proferimus bathum, li- quidorum maior est mensura: qualis apud nos est obba- vel cadus. Et Hebraicum *Cor*, quod nos corū efferimus, de maiori aridorum mensura accipitur, qualis est mo- dius, chœnix, medimnus. Sed certa, vt cum tempore pro- pmodum omnia variata sunt, vtriusque mensuræ de- scriptio, facilè dari non potest. Sed quantum ex patrum authoritate colligimus, debiti summa non parua est, cē- tum Bathi olei & centum cori tritici. Soluenda tamen vsque ad minimum est quadrantem. Debitum exoluen- dum: si scœnator aliquid remittit, gratiæ illi habendæ. Sequitur:

Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fe- cisset: quia filij huius seculi, prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.

Hic scrupus cooritur. Dubitatur, Christus ne œ- conomum panurgum commendauerit, an eiusdem dominus. Si Christus, apparet res esse gesta, & non pa- rabola. Si œconomi dominus, videtūr suæ rei iacturam ridere: quod stultorum est. Sed fieri potest, vt etiam pru- dens quicumque dominus, huiusmodi vafri serui artem admiretur, etiam sibi valdè incommodā. Nos verò ma- gis parabolicos intelligimus, non quòd iniquitatem, quam semper prohibet, probet hic, sed quòd iuxta ver- ba euangelica prudentiam nobis euangelicam commen- det. Vtrunque enim textus habet, iniquitatem & pruden- tiam. Hanc laudat, illam non item. Neque item pruden- tiam laudasset, nisi parabolicos aliò respexisset. Parabola nusquam torquenda, cum ipsa se exponat diuina sa- pientia. Adaptat similitudinem filiis huius seculi & fili- is lucis. Illos dicit in suis negociis callidos, hos incau- tos. Exuscitat ergò suorum dormitantiam, atque ipsis serpentinam prudentiam vnà cum columbina commen-

Cadus & corus men- sura nomi- na qualia

Prudētia euangelica nobis com- mendatur non ini- quitas.

POSTIL. V VICE. SVPER EVANG.

dat simplicitate. Sic & Rom. 48. Apostolus à prudentia carnis ad spiritualem prouocat. Non peccatur in spiritali astu, quo filij Israelitæ spoliarunt Aegyptum, quo Iacob fratri suo Esau benedictionem præripuit, & Laban decepit, &c. Cæterùm prudentiam carnis scriptura damnat, Rom. 13. 1. Cor. 14. Contrà prudentiam spiritus nobis identidem inculcat Mat. 25. Luc. 12. Ro. 8. 1. Tim. 3. Tit. 2. 1. Pet. 4. In generationibus suis, significantiùs legitur ex Græco, ad proprias suas generationes: hoc est, ad negocia secularia, in quibus quisque sibi prospicit, quisque sibi est proximus. Vult saluator sic & lucis filios esse vigilantes, sapientes, & nouissima prouidentes, bonis operibus suam vocationem certiozem reddentes. Mentè hanc Christi sequentia planiùs elucidat.

Et ego dico vobis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.

Nónne iam planè intelligitis, quid sibi Dominus Iesus æternùm benedictus, velit in parabola callidi œconomi? Aduertenda est hic dulcissimi Domini nostri grauitas. Attendendum, quàm seriò hic agat. Et ego, ait, dico vobis. Vehementiam vides apertam, ex vehementi & ardenti animo profectam. Imperiosum est verbum Domini & Magistri. Poterat simplicius dicere: Facite vobis amicos de mammona iniquo. Sed magnitudo rei hanc feueritatem poposcit. Concionator Dei iustitiæ sitiens & esuriens, hic quasi tuba vocem suam exalter contra maledictum Mammonis cultum. Meminerit, doctores eos beatos esse qui ad iustitiam erudiunt multos. Absterreat ergò ab auaritia, quæ est radix omnium malorum & vera idololatria. Quia vbi thesaurus hominis, ibi etiam est eius cor. Inuehatur ergò, sed modestè & religiosè in cleri tot & tantas hæresios simoniacæ species, in prophanorum nobilitatorum & domini castro- rum tyrannidem, in mercatorum & negociatorum malas fraudes, denique in vulgi infaturabilem habendi cupiditatem. Omne caput languidum & cor mœrens. A planta pedis vsque ad verticem non est in toto corpore sanitas. Omnes ergò ex æquo arguat. Principes infideles focij furum: munera diligunt vsque ad vnũ omnes. Correctioni etiam consolationem addat, vulneri resi-

*Amicos
de mam-
mona in-
iquo vt no-
bis conti-
nemus, ve-
hementer
Dominus
præcipit.*

nam & malagmata apponat: nempe hoc, Quiescite agere peruerse, discite bene agere. Dissoluite colligationes impietatis, soluite fasciculos deprimentes, dimittite eos qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpite. Malo cum propheta loqui. Ecclesiastes spiritu Dei præditus, per se species auaritiæ & eorum curam, quam per contrarium fieri oportet, viderit. Hoc saltem repetiero, hic vehementi increpatione opus esse. Auaritiã siquidem, vt est maximi criminis, ita etiam esse frequentissimã in propatulo est. Omnes diligunt munera. Onus maximum, ingens & molestum, aurum. Beatus qui post aurum non abiit. Sed sedulus concionator pro loco, tempore & persona, scripturæ canonicæ maiestate & ecclesiæ autoritate, vt prædicando Domino plebem perfectam sectatricem operum bonorum perficiat, videbit. Nos iam, quod nostri est officij, parabolam euangelicam huius loci pensculatius discutiamus. Villicus dum adhuc in domo Domini sui ageret, quum eiusdem Domini sui pannis adhuc vestiretur, eiusque pane vesceretur, sibi amicos fecit. Cum audisset se amotum iri, festinanter sibi consuluit. Sede, ait, citò: scribe quinquaginta. Collegit sibi fauorem hominum, antequam eorum indigeret: melius ratus esse, præuenire, quàm præueniri. Sero sapiunt Phryges. Serò dicitur, Date nobis de oleo vestro. Non est hic desidendi locus. Euangelium cursum requirit. Stulti sunt qui procrastinant pœnitentiam.

Quis scit an adiciant hodierna crastina vita

Tempora dñj superi?

Martialis poeta ait:

Crede mōhi, non est sapientis dicere, Viuam.

Ouidius:

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

Et alius:

Omnes eodem cogimur: omnium

Versatur vrna. serius, ocys,

Sors exitura, & nos in æternum

Exilium missura cymbe.

Audiendus ergò Sapiens, dicens: Ante mortem bene

fac. Eia frater, sic se habet res. Tabernaculum huius corporis relinquendum, 2. Pet. 1. Mundus hic nobis deferendus, 2. Tim. 2. Mundus igne dissoluetur, 2. Pet. 3. Vide ergò ô animula vagula, vt locum tutum tibi pares: nempe in cœlo, vbi mansiones multæ, Ioan. 14. Illuc peruenies scala tres gradus habente, fidei nimirum, spei & charitatis. Gratia Domini nostri Iesu Christi est scala, quæ duabus perticis & tribus constat gradibus. Septem dictiones, à litera G incipientes, scalam eam exprimunt: Glaub der Gnaden Gottes: Gehorsam Góttlicher Gebor: Gutthat: hoc est, Fides in Gratiam Dei, Obedientia ad mandata Dei, Bona opera. Germanus hæc septum G, tanquam hierogrammata suo sibi cordi infigat. Hieroglyphicæ hæc literæ dignissimæ omnium sunt, quas quisque fidelis cordi committat suo. De fide & spe aliàs. Nunc de charitate differamus, litera hoc requirente. Simili vehementia de Charitate Saluator fere vbique dicit. Quale est illud: Ego autem dico vobis, nolite irasci: Item: Hoc est mandatum meum, &c. Non minori seueritate affirmat, non nisi charitate præditos regnum cœlorum capeffere posse, Matt. 25. Sic & hic vult, vt per charitatem nobis mansionem in cœlo præparemus. pauperum esse regnum cœlorum, dicit Matth. 5. Diuites nihil commune habere in regno cœlorum, dicit Matth. 19. Hoc itaque solum restat diuitibus, vt regnum cœlorum à pauperibus sibi redimant: quod & Apostolus monet 1. Timo. 6. Iuxta hæc oportet diuites pauperum fieri seruos. Cùm pauperibus largiuntur, sic oportet eos esse affectos, tanquam ab illis accipiant. Quid autem? Aeterna tabernacula. Lazarus poterat ea diuiti anonymo diuendere: sed quia ea neglexit emere, tandem mendicans, ne guttulam quidem aquæ meruit accipere. Obserua schematicam esse locutionem, pauperum esse regnum cœlorum. Deus siquidem est cœli & terræ Dominus. Vt verò nobis declaret, quàm sibi grata sit eleemosyna, dicit regnum cœlorum in pauperum esse manibus, Matth. 25. Hoc vt penitus persuadeat, ipse pauper esse voluit. Vnde qui pauperes fastidit, Christum ipsum temnit. Vidēs vnus Lazari amicitiam

*Scala qua
ad cœlū cō
scēdamus.*

*Charitatis
præceptū
vehemēs ē
scriptura*

*Pauperi-
bus quo af-
fectu elec-
tiosyna
danda.*

*Pauperū
quō sit re-
gnū cœlo-
rum.*

præstare familiaritati omnium opulentorum & regum terræ. Non possunt vniuersi locupletes & potentes huius seculi cælum tibi vendere: consortem inferni suppliciorum te possunt accipere. Quæ (malum) ergò humana est ignauia, qua pauperes diuitibus posthabemus? Possunt diuites plures sibi Lazaros amicos conciliare, Christumque sibi multis nominibus deuincire: quod quia facere superfedent, hoc grauior erit eorum damnatio, quo facultas fuit procliuior. Christon pannosum crede iacere in præsepio, quoties nudos vides & inuestes. Vesti ergò & tege miseros, & Christum ipsum vestiueris. Si plures sunt, hoc Christum tibi adstringis præsentius. Si pluribus tuæ sufficiunt diuitiæ, & soli vni succurris: certe nec Christum ipsum diligis, quem in pluribus egere pateris. Scit ille quantum nummorum in arca habeas. Vides exulem vagum, vides vicinum proximum domo publica habitantem, nec facta tecta præstare posse, vides domus conductitiæ locario grauari miserum, Christum cernis in stabulo, Christum tueris exulare in Aegypto. Quare age facta tecta præsta. Locario, quo locarium soluat, pecuniam præbe, vagum in domum tuam recipe, & de ipso Christo te benemeritum crede. Si pluribus operam eam præstare poteris, & in vnum saltem beneficia ea contuleris, Christum in pluribus offendi-

*Pluribus
elemosy-
na erogā-
da.*

sti. Nouit ille domus tuæ capacitatem: vnde iniuria se affectum censet, si vnum saltem admiseris: multos verò, quos recipere poteris, excludis. Dicis, quis omnibus potest adesse? & quis poterit par esse opitulationi vniuersorum? Quis hoc abs te requirit? Caritas tibi saltem commissa est. Habet illa suum ordinem, vt si non possis de omnibus bene mereri, officium præstes iis, quibus arctiori vinculo es obstrictus. Verum si citra eam rationem ordinis, auaritiæ suasu aliis benefeceris, neglectis aliis, quadrat in te hoc Iac. 2. Si diligis proximum tuum sicut teipsum, bene facis. Si verò personam respicis, peccas: & redargueris à lege veluti transgressor. Quisquis enim totam legem seruauerit, offenderit autem in vno, factus est omnium reus. Dicis iterum: Quòd si omnem facultatem

POSTIL. VVICEL. SVP. EVANG.

meam aliis distribuero, ad mendicitatem erubescendam ipse peruenero. Respondeo, nec hoc ex te requiri, Christum hoc abs te non contendere. Salutare quidem esset, te omnia tua dare, & ad perfectionem euangelicam te adspirare, Matth. 19. Mar. 10. Luc. 18. Sed si magnificus talis spiritus tibi non contigit, memineris prouerbij: Maau, non thylaco seu corbe, ferendum. Et Apostoli 2. Cor. 8. Non ut aliis relaxatio sit, vobis autem angustia: sed ut ex æquabilitate, vestra copia illorum succurrat inopiæ. Atqui viderit locuples, quo affectu sit præditus. Frigidi plane sunt & charitatis expertes, qui miseros suis canibus posthabent. Dura lectio frigidis illis, ut caleant, recitanda, Lu. 6. Væ Væ. Aspera item virga adhibenda, puta excommunicationis, 1. Cor. 5. Christianam hanc institutionem etiã ethnicorum approbat philosophia. Isocrates siquidem docet, diuitiis ad duas potissimum res esse utendum: nempe ad reip. damna restauranda, & ad amicorum comoditates. Idem ait, habentes pecuniam, & eius verum usum nescientes, similes esse illis, qui generosos caballos habent, equitandi inexperientes. Xenophon in dialogo Hieronis & Simonidis ait: Si amicos feceris benefaciendo, non poterunt tibi obistere inimici. Idem ait Cyrum ad Cræsum dixisse: pecuniam propterea acquisiui, ut ea succuram amicis, & mihi multorum fauorem conciliem. Thucydides quoque lib. 2. commemorat Athenienses dixisse: Non accipiendis, sed dandis beneficiis amicos comparamus. Hi ethnici nostri tandem, nisi resipuerimus, iudices erunt. Meminerimus ergo præscripti Dominici: Date affatim & libere, & tantundem recipietis, Luc. 6. 2. Cor. 9. hunc locum sententia diui Augustini super Psal. 48. claudendum puto. Dicit ille: Noluit Deus, ut perdas diuitias tuas, sed ut locum illis mutes. Consilium tibi dedit. Intelligat charitas vestra. Modo si amicus tuus intraret in domum tuam, & inueniret te loco humido frumenta posuisse, qui forte sciret naturam corruptionis frumentorum, quam tu nescires: daret tibi huiusmodi consilium, dicens: Frater, perdis quod cum magno labore collegisti: in loco humido posuisti, paucis

Dura lectio frigidis, ut caleant, recitanda.

diebus ista putrescunt. Et quid facio frater? Leua in superiora. Audires amicum suggerentem, vt frumenta leuares de inferioribus ad superiora: & non audis Christon monentem, vt thesaurum tuum leues de terra in cœlam? Audis peculiose, te tua non perdere, sed vere custodire, quæ miseroram ventribus ingeris. Quin ergò tua seruare pergis?

Non minor est virtus, quàm querere, parta tueri.

Miserabile est, numerosos eò amentix peruenire, vt non sapiant neque intelligant, vt nouissimis præuidendo, sua quæsitæ & parta rite conferuent. Miserabile itè est, opulentos eò peruenire cæcitatæ, vt pecunix vsum non videant, de quo Poeta:

Nescis quid valeat nummus, quem præbeat vsum.

Adest pecunia, abest gratia. Beati in quibus vtrunque concidit. Quis est hic, & laudabimus eum? Eleemosynas eius narrabit omnis ecclesia sanctorum, Ecclesia 31. Veri sunt Albij, quibus Deus iuxta poetam, Diuitias artemque fruendi tribuit. Mammona iniquum hic intellige, quidquid diuitiarum possidere poteris. Ne credas tibi aut furto, aut rapina, aut vsura eleemosynam esse dandam. Nam qui offert de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris. Precium scorti & canis, & hoc genus abominationis, inter sacra dona non est reponendum. Da tua, panem tuum frange, in domum tuam induc vagos. Labora manibus tuis, vt habeas quod des tuum. Copiæ iniquæ dicuntur, quia res nihili humana persuasione tantæ stimantur, vt etiam dices, beatos & felices vulgus arbitretur. Infert ergo: Qui in minimo iniquus est, is & in maiori iniquus erit. Dicitur & iniquum, quia affluentia rerum temporalium non facit veras diuitias. Veræ diuitiæ sunt, de quibus Apostolus dicit 1. Cor. 6. Vt sint diuites operibus bonis. Et Esâ. 33. Diuitiæ salutis sapiëntia & scientia, ipse thesaurus eius. Veras diuitias etiã intelligit æterna gaudia, de quibus scriptum est: Quæ diuitiæ gloriæ hereditatis eius in sanctis. Vide Bedam. Dicitur & iniquum, quia non est nostrum: nos verò, quasi nostrum existat, eo abutimur fruendo. Sequitur ergò: Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum

*Mammon
iniquus.*

*Mammon
persuasione
sunt hæc
na magni
momenti
res appa-
ret.*

*Vera di-
uitiæ.*

*Alienæ sūt
nobis seculi
li opes.*

*Eleemosy
na nostra
est.*

est, quis dabit vobis? Beda: Alienæ sunt à nobis huius seculi facultates, i. extra naturam sitæ. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium nihil hinc nos esse absportaturos. Patria nostra est in cælo, nostra vita Christus, nostræ opes spiritualiū operum fructus, de quibus Pro. 13. Redemptio animæ viri, proprię diuitiē eius. Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso. Eleemosyna verè nostra est, quia nobis salutis est. Nostrum est, quo ritè utimur. Quod in arca perit, nostrum non est. Quod cautius viperino sanguine & cādenti ferro atrectamus, nostrum non est. Immò nos eius sumus, quia ei seruimus. Qui liber est, dispargit iuxta Psalm. 112. 2. Cor. 9. Hæc dispensatio laudatur, culpatur profusio œconomi apud eundem euangelistam. Vnum verbum σκορπιστω, est apud Lucam & Paulum, 2. Corinth. 9. σκορπισμός verè sanctus est, in quem dicitur: Disperfit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi: Quo admonemur, vt non minus largè dispergamus bona temporalia ad eleemosynam, quam filij huius seculi ea expendunt ad luxum. Illud est Laurentizare, (id est, verè euangelicum esse) hoc est Lotterizare: (id est, tenebrionem agere) illud cādoris, hoc nigredinis. Mammona ab Hebraico *Hamah* deriuatur, quod tumultum, impetum, atque clamorem significat. Hæc quia in regū diuitumque regis existūt, Mammō hebraicum, vndè māmōna Latinū, pro diuitiis accipiunt. Duci etiā poterit ab *Haman*, quod est augere, quia diuitiæ aliæ alias petunt.

Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Auarus auro non impletur. Vt † Mamon vel Hamon, copias significet. Ecclef. 5. Psal. quoque 37. Hamon pro Mamon accipitur, vndè Septuaginta ibi legunt *μαμων*. Videmus itaque, omni deriuatione Mammon, Mamon siue Hamon, diuitias designare. Poterit etiā iniquum dici Mammon, propter insatiabilē eam augendi voraginem. Nam & ethnicis diuitiæ ob id malè audiūt, quia iramenta existant. In hunc sensum ait Hieronymus: Diues aut iniquus, aut iniqui hæres. Ardor ille augēdi, fas non concernit. Vndè idem ait ad * Agelasiā, Diuitias vocari iniquas, quia iniquè cōgregantur. Vides nō esse alicui diuitū op^o, vt vsurę, furto, rapinę, & hoc gen^o iniquitati

studeat, indè eleemosynâ facturus, cum opes per se iam
 suspicione iniquitatis non vacent. Irenæus lib. 3. cap. 8.
 multa de hoc vocabulo asserit, sed Hebraicæ linguæ pe-
 nuria laborat. Cæterû *Hors* siue *Oser*, Hebræis diuitias
 significat. Mat. 6. item hoc legis vocabulum, quod præ-
 ter hæc duo loca nusquam in totis bibliis inuenias. Satis
 de vocabulo. Ad parænesin redeamus. Eclipsin siue de-
 fectum vitæ huius, etiam totius mundi videtis ô vos Mâ-
 monistæ. Finis instat, finis adest, nihil efferetis eorû quæ
 habetis. Ne regulam quidem ædium vestrarum vobiscû
 absportabitis. Hic palatia ampla, aulas, portic^o & atria
 possidetis, in cælo scenas & magalia quidem cuperetis:
 sed vbi guttulam aquæ non inuenitis, ibi neque mapalia
 habere poteritis. Agitè igitur belli viri, scenotæ, hoc
 est, peregrini hic esse eligit, & satagite in patria domos
 vobis certas, regias, æternas struere, Psal. 15. ad patriam
 suspirantes. Non vos remoretur hæresis vetus, euange-
 lion nouum. Euangelista quidam nouus cum hunc locû
 è suggesto exponeret, non habens satis argumenti con-
 tra bonorum operum merita, exclamans, dixit: Audite
 vos ô theologiæ studiosi. Hic præcipuus est locus, in
 quo papatus est fundatus. Obtestati igitur, vos in primis
 contra hunc locum armate, loca omnia contra iustitiam
 operum huc congerentes. O ecclesiasten. Contra catho-
 licos obtestatur veritas: Manete in sensu catholico eo,
 quem vel litera requirit ipsa. Cauete ergo ô catholici
 Aetianos, cauete Iouinianistas. Christum, cui nomen de-
 distis, ipsum audite. Videte cui loquatur. Sic habet le-
 ctionis exordium: Dicebat autem & ad discipulos suos
 parabolam hanc: Eccè tibi, discipulis suis dicit, facite
 vobis amicos &c. discipulis certè credentibus. Habent
 ergo credentes opus, mansiones, beneficio in pauperes
 collato, sibi præparare. Fidem non habens, nec Christû
 habet. Fide Christum tangis, sentiens meritum passio-
 nis & incarnationis, sinè omni præuio merito, gratis ti-
 bi datum. Fide, inquam, hanc Dei erga te maximam cha-
 ritatem, qua, cum adhuc inimicus esses proprium suum
 filium pro te dedit, sentis tangisque Christum: sed non
 nisi charitate possides. Charitas enim est Deus, & qui
 manet in cbaritate, in ipso manet. Christus sinè te, te re-

*Hæretici
 se aduersus
 veritatem
 armant.*

*Fide Christi
 tangit,
 charitate
 retinetur.*

POSTIL. VVICEL. SVP. EVANG.

Nouo dicēdi modo opus habēt euangeliſta noui.

demit: sed sua gratia partam tibi beatitudinem, ipsum te vult arripere, idque violenter, Matth. 11. Luc. 16. idque per angustam portam, supra 13. Vt apprehendas vitam, 1. Tim. 6. ama, operare, Mat. 5. 25. Ioan. 5. Nouo dicendi modo noui opus habent euangelistę, vt facere sit credere. Nos catholicum retinebimus idioma, facere pro operari accipientes. Dicimus itaque secundum hoc idioma, apertam portam regni cęlorum, frameam amotam ab atrio paradisi, idque Christi merito, omni credenti. Verum si vis ingredi, serua mandata Dei. Mat. 19. Hoc fac, & viues, Luc. 10. quęcunque dixerint vobis, facite, Mat. 23. Facite dignum fructum pœnitentię, Mat. 3. Qui fecerit & docuerit sic, magnus vocabitur in regno cęlorum, Mat. 5. Beati eritis, si feceritis ea, Ioan. 13. Qui facit voluntatem Dei, manet in æternum. Qui habet audiendi aures, audiat. Veritas Domini manet in æternum, Psalm. 16. Verbum Domini manet in æternum, Esa. 4. 1. Pet. 1. Omnes ad Christi tribunal cõstituemur, Ro. 14. 2. Cor. 5. Operatores iustitię ad dexteram constituētur, & glorię æternę digni habebuntur, Mat. 7. 25. Hic locum habet hoc Chrysoſt. in epistolam ad Heb. cap. 1. vbi ait: Conciliemus nobis amicos de mammonē iniquo, hoc est, ait, demus eleemosyam, pecuniam nostram pauperibus erogemus, vt istuc rogam gehennę extingamus, & animum hilarem habeamus. Hęc etiam fidelibus sunt dicta. Impius enim dicit in corde suo, non est Deus. Qui fidelis est in minimo, maiora accipet. Hęc est Domini veritas, in æternum manens, beatus qui seruat eam. Eam qui nobis illucescere fecit; Dominus Iesus, ab omni nos mendacio assērat, inque vera religione & disciplina nos dirigat, ad suam solius gloriam, quę illi cum patre & filio & spiritu sancto vna est per omnia secula seculorum Amen.

SEXTA HEBDOMADAE POST

Reminiscere, lectio Epistolica Gen.

XXXVII.

SVMMARIVM.

Historia est sacrosancta mysteriorum profundissimorum, sed litera commemorat, vt Ioseph fratribus suis fuerit inuisus præter meritũ, & vt illi mor

tem intentarint, Deum verò omnia melius prouidisse atque vertisse.

TEXTVS.

Videntes autem fratres eius quod à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Accidit quoque, ut visum somnium referret fratribus suis: quæ causa, maioris odij seminarium fuit. dixitque Ioseph fratribus suis: Audite somnium meum quod vidi: Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum & stare, vestrosq; manipulos circumstantes adorare manipulum meum, Responderunt fratres eius: Numquid rex noster eris, aut subiiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum atque sermonis, inuidiæ & odij fomitem ministravit. Aliud quoque vidit somnium, quod narrans fratribus, ait: Vidi per somnium, quasi solem & lunam & stellas undecim adorare me. Quod cum patri suo & fratribus retulisset, increpauit eum pater suus, & dixit: Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? Num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant ei igitur fratres sui, pater verò rem tacitus cõsiderabat. Cumq; fratres illius in pascendis gregibus patris morarètur in Sichem, dixit ad eum Israel: Fratres tui pascunt ones in Sichemis: veni, mittam te ad eos. Quo respondente. Presto sum, ait: Vade, & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos & pecora, & renũcia mihi quid agatur. Missus de valle Hebron, venit in Sichem. Inuenitq; eum vir errantem in agro, & interrogauit quid quæreret. At ille respõdit: Fratres meos quero, indica mihi vbi pascant greges. Dixitq; ei vir: Recesse vnt de loco isto, audiui autẽ eos dicentes, Eamus in * Dothaim. Per * Dothaim itaq; Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in * Dothaim. in. Qui cũ vidissent eum procul, ante quã accederet ad eos, cogitauerunt illi occidere, & mutuo loquebatur: Ecce somniator venit, venite: occidamus eum, & mittamus in cisternã veterem: dicemusq;: Fera pessima deuorauit eum: & tunc apparebit quid illi profint somnia sua. Audiens autẽ hoc Ruben, nitēbatur liberare eum de manibus eorũ, & dicebat: Non interficiamus animam eius, nec effundamus sanguinem, sed proiicite eum in cisternam veterem quæ est in solitudine, manusq; ue vestras seruate innoxias. Hoc autẽ dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo.

EXEGES. IN THESES DIGESTA.

1. Prouerbiũ est, cui Deus benè vult, huic nè quidẽ diabolus p̄ualebit. *Vem Got vvol vvil, vrid den vermag keis*

EXEGES. LECTIO. EPIST.

denfel ichs s. Dominus Deus puerum hunc decreuit supra parentes eius & fratres euehere. hoc nemo poterat remorari: quia vt Sapiens ait Proverb. 21. Non est consilium supra Dominum. Et Apostolus ait: Si Dominus pro nobis, quis contra nos? Rom. 8. Vides hic quid euangelicū sit gaudium, nempe hoc nōsse. Nouimus quidem hoc omnes: sentiunt saltem innocentes, qualis fuit Ioseph.

2. Sed quēnam illa est peruersitas, quod eorundem parentum filij, germani fratres, idem sanguis, mutuo odio sese insectantur: neque id humano modo leniter, sed ferali rabie perniciosissimē vsque ad exitium atque interniciem? Et quēnam tantæ causæ simultatis? Quid puer committere potuit in fratres, vndē tantam eorundem sibi inuidiam conflare? In promptu causa est: Pater omnium eorum, Iosephum puerum plus aliis dilexit. Grauis meherculē offensa, digna per quam in odium fratribus suis veniret. Sed videndum (vt de patris arbitrio & maiestate taceam) an Ioseph etiā singularem erga se patris fauorem demeritus sit: & si demeritus est, vidēdum per quid. Probitas & optima indoles, quæ in puero egregiē illuxere, patris singularem erga puerum dilectionē excitauit: & ea Dei gratia in puero relucens, fratribus malum zelum, pessimam æmulationem, capitale nimirū odium, commouit. Vexat etiamnum hoc tātum vitium pseudocatholicos. Ecclesia vocat inuidiam fraternæ gratiæ. Accessit huc quod & minor natu fuit, quod sanē parua prærogatiua non fuit: nam & hodiē quoque minores natu fratres, in hæreditatum diuisione ius habent primò sortem quam malunt eligendi. Iacob sanctus patriarcha hunc puerum amabilem adēd, etiam tunica ornabat preciosiori, polymitica nimirum. Vestem eam Hebræi vocant *pas* siue *pasim*. Hieronymus reddidit polymiton, propterea quod pannus liciis variis multicolor esset contextus. *πῖρος* filium significat, *πολύ* multum. Septuagin

*Inuidia
fraternæ
gratiæ
multos in
Ecclesia
vexat.*

*Tunica poly
mitica
Iosephi, si
gnificat
gratiā spi
ritus sancti.*

ta legunt *ποικίλον*. Sanctus apostolus Petrus vocabulo istoc gratiam adumbrat diuinam: vititur enim eo de ipsa loquens. In hoc gratia Dei polymiticæ vesti est conferenda, quod varia est. Ecclesia ergo spiritum sanctum munus & datorem, vocat spiritum septiformis gratiæ. Gratia Dei immensa, ineffabilis. Dauid appellat magnā misericor.

miseri cordiam, multitudinem miserationum &c. Dein etiam legitur iuxta Hebræum *passim*, 2. Regum 13. Dicit ea veste indutum Thamar filiam Dauidis, sororem Absalonis. Hieronymus vertit tunicam talarem.

3. Vestis illa polymitica etiam nam multorum oculos *Virtutes,* liuidos & limos facit in ecclesia. Gratiam Dei quam de *præcipue* bebamus promouere, persequimur: quam honore affi- *veritas &* cere iubemur, de honestamus: quos immunitate donare *iustitia, in* & exonerare tenemur, eos odio & nullis non molestiis *nisi sunt* & iniuriis oneramus. Gratiam Dei in hoc mundo sem- *huic mun-* per malè audire & pessimè accipi, exemplum habemus *do.* in Christo Iesu, qui perfectionis gratiæ pyxis est & fons, sed nullâ gratiâ in hoc mundo habuit: immò quo gratia eius huic mundo magis illuxit, hoc huius mundi mancipia maiori odio inflammavit. Usque ad eò liuor ille mundi succreuit, vt tandem Christum gratiosissimum cruci affigeret. S. Chrysostomus super Genes. homil. 60. simultatis vitium vehementissimè execratur & condemnat: nec id mirum, quoniam & Ethnici fatentur omnium pessimum esse vitium, odium virtutum: ita tamen comparatum esse, vt virtus odium pariat: Cæterùm nullam virtutem maius maleuolorum sibi odium excitare, quàm iustitiam. Nobilista Neithardus, siue dominus Liuor, vulgò *luncker Neidhard*, si quem cochleari submergere poterit, haudquaquam patinam aut paropsin acciperet. Usque ad eò exarserunt in iram Iosephi fratres, vt iuxta textum illi pacificè loqui non quierint. Hoc idioma, pacificè loqui, Septuaginta expriment per dictionem, *επιεικῶς*, & habetur Psalm. 34. Ex Psalmo, vitium liuoris potissimum hæreticos vexare, apparet. Calumnię itaque præfens argumentum esse poterit hæresios disnoscentæ. Germaniam hodie hæresi esse refertam, tot libelli famosi arguunt. Licet hæreticis quoslibet atro carbone notare & diris deuouere, etiam manes. Execrantur pontificem, maledicunt, episcopis, conuiciis prosciunt sacerdotes, Iudices Cameræ & Cæsarianos, immò etiam ipsum Regem & Cæsarem, quatenus suum euangelium non approbant, subsannat: scribunt, pinguunt, loquuntur, psallunt, & omnes sua istac improbitate obtundunt: sed paruo libello libellos

damnare calumniatorios, capitale est scelus, læsæ maiestatis crimen, & blasphemiam in spiritum Luteri. Pappitis scriptum est: Si quis impegit alapam in dextram tuam maxillam, obuerte illi & sinistram. Item, Diligite inimicos vestros, & benè precemini deuouētibz vos Matth. 5. Rom. 12. & c. Luteranis scriptum est: Circunueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, Sapien. 2. Sed iustorum animæ sunt in manu Dei, Ibidem capite 3. Hæreticis hoc quod timent, eueniet. Sunt enim similes Iudæis obstinatis. Si qui resipuerint, & dignam pœnitentiam egerint exemplo fratrum Ioseph, beati.

*Inuidia
fraternæ
gratiæ ex
empla.*

4. Maledicta æmulatio fraternæ gratiæ, primò sese in Cain exeruit, atque eum contra fratrem suum Abel inflammavit. Gene. 4. Postea in Esau contra Iacob, postea in fratribz Iephthæ, in fratribz Dauidis, præcipuè in Heliab, Aminadab & Samma; qui conuiciis insectabantur puerum, quòd vidissent eum facilem esse ad expendendam & deuouendam animam suam pro gloria Dei. Hoc quod erat pietatis, illi, omnia ex sese existimantes, tribuerunt arrogantia & temeritati, 1. Regum 17.

*Inuiden-
tia exca-
cat.*

5. Accidit vt visum somnium referret fratribz suis: quæ causa, maioris odij seminarium fuit. O diabolicam inuidentiam, ô humanam cõditionem beluina mutatã. Potestne homo fratri Dei inuidere gratiam? potestne ppter Dei beneuolentiã erga fratrem, sanguis fraternus in capitale odium aduersus fratrem incitari? Ioseph ephæbus sedecim aut decem & septem annos natus, singularem fauorem suorum fratrum habuisset: natura enim hoc iubet, vt Nisus Euryalo optimè velit, & eo oblectetur. Si somniator fuit, Dei spiritu exercebatur: homo enim dormiens ex industria nihil potest imaginari atque meditari. Succensuissetis Deo miseri, somniorum auctori: aut certè naturæ, non fratri. Somnium suum vobis indicauit, vt oblectaret: sed inuidentia aures vestras detinuit, vt ægrè ea quæ iucunda alioqui relatu solent esse, audiretis. Nisi Nemesis in vestris auribus & cordibus habitasset, oraculum Dei, non somnium, statim cogno-

uiffetis. Qui ex Deo sunt, vocem Dei audiunt: loquelam eam quæ è cælo venit, intelligunt. De chrematistis alias diximus, nempe in sermone innocentum, Matt. 2. vbi de somnio & visione Iosephi egimus. Daniel somniorum interpretandorum gratia præditus fuit. Iohel ait, in tempore gratiæ iuuenes visiones visuros, & seniores somnia somniaturos, cap. 2. In nouum testamētum hoc conuenire apostolus Petrus declarat, Act. 2. Neutiquam ergò sunt vanitati deputandæ reuelationes, visiones & oracula ab ecclesia approbata. Mentem Domini tenet ecclesia: Agnoscit ergò prima statim fronte quæ ex Deo sint, & quæ non. Schuermeriani euangelici ex se omnia æstimantes, Schuermeriana, hoc est, tumultuosa & vertiginosi capitis commenta esse putant quæuis. Scipionis somnium, cuius Cicero meminit & Macrobius, satis est rationi consentaneum, in hoc, quòd animæ confirmat immortalitatem & vitam æternam. Quæ Dei est, statim videbit quæ somnia recipiat atque afferat. Lucullus sententiæ Syllæ adstipulatur, quæ vult, nihil æquè esse certum, atque hoc quod per somnium cuius sit reuelatum. Sed Syllanæ sententiæ contrarium est somnium Darij, cui suus ignis verba dedit: neque enim ipsum ab Alexandri Magni manu protexit. Sunt & somnia, quæ aut fortuna aut angelus aliquis, permittente Deo, regit: quale est Marci Tullij de Augusto, quem exercitus ducem & Imperatorem, ciuilia bella in somno vidit absoluentem. Et hoc Penelopes apud Homerum de aquila & anseribus. Interpretabantur hoc somnium Magi, Vijssem tanquam aquilam principes eos viros, qui se absente vxorem suam Penelopem toties de stupro appellabant, haud secus atque anseres dilaceraturum. Sed hæc somnia omnia, pertinent ad portam Eburneam & corneam eam, quæ est apud Maronem. Nostra pertinent ad thesauros iudicij Dei profundos, de quibus ait: Iudicia Domini, abyssus multa. Non sunt somnia ea quæ nos recipimus, fabula & apologia, sed fides & apocalypsis. Quicquid id est somniorum, aut sacer approbat euentus, aut ratum facit eloquium sacrum.

6. Duo somnia præsens locus scripturæ continet: alte-

*Visiones
ab ecclesia
approbata, neutiquam reprobata.*

Somnia pleraque ethnicorum qualia, & quòd referenda.

Somnia quæ ecclesia approbat, sunt visiones & apocalypses.

*Somnia
quæ De
immittit,
certa sunt
oracula.*

rum cœlestis visionis, alterum terrestris. Dominus cœli & terræ, ritè cœli & terræ signis suam voluntatem & iudicium ostendit, quia fallere & falli nescit. Stellarum adoratio pertinet ad cœlum: merges frugum terræ, ad terram. Alterum ostendit, Dominum cœli & terræ, Iosephum puerum ad eò humiliter de se sentientem, dominum fratrum suorum euadere. velle, & ab illis adorari. Alterum, eundem Iosephum non solum germanorum suorum, sed & patris & matris dominum futurum. Ioseph humilitatis exemplum, somnium suum ipse non interpretabatur, sed recessit saltem. Dispensabat hoc ira diuina maiestas, vt fratres ipsi mysteria sancta profiterentur atque dicerent: Nunquid rex noster eris? Poterat illis Ioseph respondere atque dicere, Vos dixistis. Hic rursus declaratur, & vsu venit siue contingit, maiores minori seruire, Gene. 25. Roman. 9. Agite ergò superbi Esau, Ruben, & Eliab, humiliamini, cedentes Iacobo, Ioseph & Dauidi, quos humiles Deus exaltare, & è stercore erigere decreuit. Fecit hoc Dominus Psalm. 112. Luc. 1. Quod Dominus vult fieri, factum putato. Est enim cui se omne genua flectit, Phil. 2. Summa huius loci est, oracula Dei esse certa: Deus verba non dat, nec verba illi dari possunt.

*Adora-
re aliquã-
do signifi-
cat honorẽ
maioribus
impẽdere.*

7. Quod hic legis, Vidi vestros manipulos adorare meum: Item, Vidi solem & lunam & stellas vndecim adorare me: non est intelligendum de adoratione patriæ, quæ Dei solius est, Deut. 6. Mat 4. Honor & reuerentia quæ regibus impenditur atque exhibetur, dicitur adoratio, etiam secundum Hebraicam dialecton, quia reges & principes sunt æquè Dei ministri, atque pontifices & sacerdotes, sed in rerum politicarum administratione: vndè etiam non minùs quàm prophetæ & sacerdotes, dii vocantur. Dauid, Salomon, & alij pij quicunq; & prudentes reges, cultum eù receperunt, ipsum Deo rursus tribuentes. Decet & nostrates hodie similis cultus, non hypocriticus, sed candidus, qui ex animo fit, vt monet Apostolus. In his & in hoc genus humanis rebus, quantum ad externum cultum, locum habet hoc Comici: Ne quid nimis: Apud ethnicos etiam habebatur odio superuacanea hypocrisis, cui plerunq; minùs inest af-

fectus. Martialis testis est, multum interesse inter amare & colere. Debent Christiani suos reges vehementer amare, & modestè atque decenter colere. Iesu Nazareno omne se genu debet submittere, ante eius faciem omnes decet procumbere. In nomine itidem Iesu omne genu se flectit, teste Apostolo. Hodie per nouam doctrinam etiam nouus ritus inolefcit, vt ad nomen Iesu instar truncorum apostolastri rigidi stent: caput suum re- *Adora-*
tegat, genuque suum flectat nemo: contra verò quoties *tio religio-*
gratiosorum & gratiosissimorum suorum dominorum *sa Lutera-*
nomina vel audiant, vel exprimant ipsi, vitio sibi ver- *nis est su-*
tant, nisi continuò toties ea adorando cohonestèt. Cru- *perfitio:*
cifixi imaginem & eucharistiam adorare, hodie idolo- *sed adora-*
latria habetur. Adorare verò suæ sectæ principes, euan- *tio adula-*
gelicum prorsum prædicatur. Quòd si quis ad nomen Ie- *teria, reli-*
su, ad imaginem crucifixi, & ad contuitum eucharistias *gio.*
se voluerit hodie sine repræhensione Luteranorum re-
formatorum, submittere: necessum fuerit vt imitetur
Ismenian Thebanum, (qui se nulli hominum inclinare
solebat) & aliquid in terram proiciat, vt ipsum occasio-
ne accepta rursus tollendo, nomen, signaculum & cor-
pus Iesu adoret. Persæ Thebanis contrariam omninò
consuetudinem habuerunt: reges enim suos nimia ge-
nuum submissione venerabantur. Ismenias itaque The-
banus ille, cum legatus coram rege Persarum causam a-
gere atque orare deberet, memor patriæ consuetudinis
& Persarum ritus, anulum aureum suum quasi ex ne-
gligentia aut casu hoc fieret, in terram coniectum, rursus
sustulit, ante regem se submittere in Persarum gratiam,
sed anulum tollens, patrij ritus memor. Tali aut simili
astucia hodie opus est in tēplo, qui scommata & exhibi-
tiones Luteranorum metuit. In foro, tali cautione
non est opus, vbi tanquam insanus & anabaptista ex-
ploditur, qui insigni submissione & adorationis gesti-
bus cuius regulo non blanditur.

8. In altero somnio Iosephi, eiusdem pater Soli, ma- *Adora-*
ter verò lunæ confertur, deindè per stellas fratres eius *tur nemo*
significantur. Sed hic non exprimitur, cui Iosephus ip- *propriè, ni*
se fit comparatus. In altero somnio manipulo collatum *si solus cœ-*
legimus. Grande proculdubio mysterium subest, cap- *li Demi-*
nus.

rum humanum excedens. Verisimile est, ethnicorum hic caueri fabulas, qui homines inter astra solebant referre optimates. Idololatriæ itaque hic Spiritus sanctus obuiam it, ipsam damnans. Cælum cæli Domino, terram dedit filiis hominum: vnde in terra saltem homo ab homine honorem accipit, in gloriam Dei cæli, cuius est omnis honor. In hoc mundo multi Domini, sed ex vno Domino. Cessabit dominatio huius sæculi. Adde quòd Christus qui è cælo venit, solus & vnicus omnium est Dominus. Vides historiam mysteriorum esse plenam. Obserua hic, Rachelem matrem veram Iosephi, tunc diem obiisse certum est, dicit itaque Lyranus, hic per vocabulum matris, Bilham nutricem Iosephi intelligendam. Idem ostendit eundem Iosephum xxij. annis in Aegypto fuisse, antequàm pater & mater cum omni familia ipsum in Aegyptum sequentes huic oraculo satisfecerunt. Somnium hoc diuinum simul ad effectum venerat, idem contigit Iosepho, quod multos post annos postea euenit Mardocheo Hest. sexto. Obserua etiam hic per Solem, virum intelligi: per lunam, mulierem. Virum vides designari caput mulieris. Fratres Iosephi vocantur stellæ, quæ solis & lunæ famulæ esse videntur, quæ lumen suum ex luminariis maioribus subiundè refouent: per quod significatur, liberos parentibus sese totos debere. Secundùm mysterium, alludit hic locus ad promissionem Abrahamæ datam. Semen tuum erit sicut stellæ cæli, Gene. decimoquinto. Roma. quarto. Idololatriam quam ethnici in cultu Solis & lunæ habuerunt, scholastici non ignorant. Ex Suetonio palàm fit, Augustum Solis personam sibi in turpissimo duodecim deorum & dearum conuiuium, vendicasse. Et Antonius eò superbix venit, vt liberos quos ex Cleopatra susceperat, alterum Solem, alteram lunam appellaret.

Parentibus suis filij honorè debent.

9. Num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram? Videbatur Iacobo res absurda, patrem & matrem adorare filium: hoc enim somnium prætulit. Sed contra sensum eum somnij, lex commendat filiis cultum parentum. Legem eam tunc nouerat Iacob partim naturali lumine, partim gratiæ instinctu. Moises

eam postea publicavit atque memoriae tradidit, Exo. 20. Deut. 5. Pugna hæc & diuersitas somni; & æquitatis, legisque naturalis, dedit ansam Iacobo corripienti filium. Sed iudicio Dei Iacob nihil restitit, filiorum suorum exemplo, qui certa inuidia dixerunt: Nunquid rex noster eris? aut subiiciemur ditioni tuæ? Mentis eorum prauitatem scriptura quoque exprimit ipsa, sic enim habet: Inuidebant ei igitur fratres sui. Accedit huc quod pater somnium ipsum non reprobauit, quamquam non intellectum. Sic enim dicitur de eo: Pater verò tacitus rem considerabat. Idem vides Luc. 2. vbi etiam Maria verba filij sui benedicti non intellecta, cordi suo commisit. Exemplum habemus hic, ne statim ea quæ non intelligimus, damnemus. Spiritus probandi. Pater Iacobus officio suo non defuit, dicens: Num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te? In eundem modum beatissima quoque virgo dicit capiti sacrosancto: Fili, quid fecisti nobis sic? Vides etiam sanctis pleraque necdum diuinitus reuelata, esse obscura. Nam quemadmodum Maria Domini mater, non intellexit responsum filij, sic & Iacob pater Iosephi somnium. Varia est Dei gratia: Ioseph in Aegypto somniorum factus est interpres, & Daniel in Chaldæa: gratia quoque contigit gentibus. Figuram obserua de uocatione gentium.

*Spiritus
non resistē
dam pro-
phético,*

10 Mirabilis est Deus in sanctis suis. Per mirabile iter ducit suos. Quod mundo est iter exterminij, hoc electis est iter salutis, Sap. 2. Deus est qui mirabilia facit solus, Psalm. 71. vnde etiam mirabile nomen eius, Gene. 32. Oraculum vult, Iosephum constitui regem super fratres & parentes: sed ecce tibi, venditur, & fit seruus etiam exterorum. Abducitur mancipi, cui rerum promissa est summa. Ioseph ipse ignorabat per tale iter sibi ascendendum ad sublimitatem & ad tantum honoris fastigium. Verbum Dei est, per quod multorum referantur cogitationes, resurrectio & ruina multorum. Aliis odor sumus ad vitam, aliis mephitis ad exitium. Fratribus Iosephi videbatur somnium, fabula, nenix. Iosephus norat quid viderat, prædicabat quod vidit. Quæ vidimus, testamur: & quæ scimus, loquimur.

*Mirabilis
Deus in
sac̄tis suis*

EXEGES. LECTIO. EPISTO.

Hinc illæ tragœdiæ. Fratres parricidæ sunt. Ioseph sustinet æquo animo. Vnde hunc suo merito exaltat. Huius etiam patientiam voluit prodesse illis. Nemo tamen, videns Deum citra meritum, immò contra meritum, benefacere nocentibus, dicat: Faciamus mala, vt veniant bona. Si quis sic dixerit, huic scriptura respondet: cuius damnatio iusta est. Per meam iniustitiam Dei iustitia illucescit, vt vincat cum iudicatur. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Sapiens & bonus est artifex noster plastes Deus, qui nostrum malum in tantum bonum potest mutare. Quod si non posset haudquaquam (vt B. Augustinus ait) malum fieri permetteret. Dicit ergò ipse Ioseph in Aegypto ad fratres trepidos: Præmisit me Deus vt præferuimini. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum. Consilium fratrum Iosephi fuit pessimum, voluntas Dei optima. In se habent culpam, in fratre patientiæ & omnium virtutum meritum, in Deo gratiã. In se habent quod execrentur, in fratre quod admirantur, & pro quo congratulentur: in Deo, pro quo orent & per quod ad pœnitentiam alliciantur. Summa: in hoc Dei iudicij itinere vides fratres pessimos, vides Iosephi sortem desperatam: sed in exitu Silenus ille Alcibiadis habet, vt in eo quod admireris videas. Quantum ad mysterium, habes hic typum passionis Christi, cuius patientia & obedientia, totius mundi est victoria & gloria. Fratres Iosephi non fratrem, sed reuera secundum verbum Domini, regem vendiderunt. Et Iudæi si cognouissent regem gloriæ, haudquaquam crucifixissent.

Patriar- 11 Hic vides quæ vita fuerit patriarcharum: non
cha pecu- negociationes, quemadmodum Aegyptij exercue-
ariã, non runt, sed rem pecuariam, quæ superbis Aegyptiis
pecuniã, sorduit, egerunt. Discamus hic, Deo placere omne
fecerunt. submissum. Pastoribus natus saluator denuntiatur. Urbica vita fastidiosa, Aulica longe fastidiosior. Non est opus hanc rem multis scripturæ locis ostendere, cum humana ratio ipsam affirmet. De rustica enim vita ait Poeta:

Beatus ille qui procul negociis,

Vt prisca gens mortalium,
 Paterna rura bobus exeret suis,
 Solutus omni scœnore.

De vrbica atque aulica luxuria ait alius:
 Quisquam picta colit Spartani frigora saxi,
 Et matutinum portat ineptus Aue?

In aula & theatro pueri discunt motus ionicos & com-
 posito ire gressu. In villa pueri reguntur ad arbitrium
 laboriosi parentis. Vocat Iacob Ioseph, qui respon-
 det: *Hinnehi*, hoc est, ecce ego. Sihebiebinich. Haac
 quoque in sacrificium abducendus, ait: *Abi*, hoc est,
 Mi pater, Gen. 22. Verba hæc filiorum obedientiam prò
 ptam ad omnia pericula, ad omnes labores, etiã ad mor-
 tem sufferendam, præ se ferunt. Disciplinæ vides com-
 moditatem. Belialistas odit Deus.

*Filiorum
 est obedi-
 re paren-
 tibus.*

12 Vade, & vide si omnia prospera sint erga fratres
 tuos & pecora. Vide in quanta pericula pater dilectis-
 simum mittat filium. Oderant fratres fratrem: deserta
 tum erant inhospita, atque per hoc feris plena. Sed ho-
 mo nascitur ad laborem, Iob 15. Qui non est tentatus
 quid sciat? Labor improbus omnia vincit. Præstat la-
 bore & obedientia semel perire ad æternam salutem,
 quam inertia hic seruari ad æternam damnationem. O-
 cio virtus mentis & corporis corrumpitur. Ocium fe-
 minarium & puluillus vitiorum omnium. Septuagin-
 ta Hebraicum *Schalom*, vertunt salubria. Idem sensus:
 nam quæ salubria sunt, de prosperitate non possunt cõ-
 queri. Vulgus ergo ait, *VVer gesondt ist: soll nichts
 klagen*: Cui bene est, qui firma & bona est valetudine, ni-
 hil quod conqueratur, habet. Sequitur: *Renuntia mihi
 quid agatur*. Præstitisset & hoc optimæ indolis puer, si
 per fratrum licuisset crudelitatem.

*Vallis he-
 brø digna
 in quã mit-
 teretur Io-
 seph.*

13 Missus de valle Hebron. Locus hic aliàs etiam di-
 citur Kariatharba. postea metropolis est factus † Cha-
 nanæorum. Ibi Sara fuit sepulta, Gene. 23. Vocatur e-
 tiam vallis Mambrae, haud procul ab vrbe sancta, vt
 dicunt Cosmographi. Hic Abraham tres vidit, & v-
 num adoravit, Gene. 18. Missus Ioseph de hac valle
 Hebron, venit in Sichem. In eum locum postea ædifi-
 cata est ciuitas magna Samariæ, iuxta montē Ephraim.

† *Philiste-
 orum.*

Illic postea Ioseph sepeliebatur, Iosua 14. Act. 7. Dubium non est, Iosephum inter ambulandum historiam gloriæ Dei, quorum per loca admonebatur, commemorasse, oratione se Deo commendasse, & vnâ vitam actiuam & contemplatiuam exegisse. Recte sanctus puer in vallem hanc mittebatur.

14. Nunc porro operæ precium est considerare, qua industria & sedulitate Ioseph prouinciam sibi commissam subierit. Venit in Sichem, utique per tot discrimina rerum. Fratres suos non inuenit, non ergo statim domum reuertebatur, dicens: Pater, tu dixeras, Fratres tui pascunt oues in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Ecce mi pater obsecundans tibi, veni in Sichimis: fratres vero ibi non inueni. redi itaque, ne in solitudine vagabundo mihi aliquid eueniret mali. Nihil tale fecit neque dixit: sed in partibus sibi à patre creditis permanens, vltro citroque in deserto fratres oculis & animo inuestigans, vagabundo similis, cuidam Sichemitano est visus. Interrogauit is quid quæreret. Cui ille, Fratres meos quæro: Indica mihi vbi pascant greges. Sed quid? Nunquid non ethnicus ille Sichemitanus hic nobis humanitatis exemplum egregium exhibet? Errandum vltro compellat. Animaduertit sollicitum, interrogat ergo ut ansam succurrendi adipiscatur. Qui charitate præditus est fraterna, statim hominem anxium videt, immo sentit: vnde etiam paratus est fratri succurrere. Nunquid non hoc natura docet? Fratres meos quæro. O cor ab omni inuidia syncerum. O cor vere simplex & sanctum. Contrarium vides in cordibus fratrum Iosephi, qui dicunt, Baal ha Elalmoth, sive vt septuaginta habent, Enypniastes, hoc est, somniator. Dicit illi vir: Recesserunt de loco isto, &c. Obserua opus misericordiæ esse, errantes in viam reducere. Et quare hominem non reducamus in viam, cum hoc pecudi debeamus, Exod. 23. Deuter. 22? Maiores nostri tam ethnici quam fideles, huius virtutis studiosi, signa certa vndique in triuuis constituerunt, sic errantibus consulentes. Huius gratia etiam tot crucifixi signa extant, quæ noui euangelicæ castri hodie, crucis signi odio, subuertunt & tollunt omnia. Certum est, statuas Mercuriales & sacella Flo-

*Officia
vel ab eth
nicis nobis
discenda.*

*Luterani
odio signi
sanctacru
cis, etiam
officij pi
monumen
ta demo
strantur.*

ræ citius laturos, quàm crucifixi signa. Sic cum crucifixi signis vna euanescit maiorum nostrorum pietas. Hodie dicunt, Sequatur nasum suum: Er volg seiner nasen nahe. Monachos & sacerdotes hodie ex industria in auia & errores à recta atque regiis viis abducere solent, inde bonum sibi opus pollicentes. Sed secundum allegoriam pastores animarum viderint, vt oues extra Ecclesiam in fide errantes, ritè instituant, atque ad catholicæ veritatis viam reducant, Ezechielis 34.

15 Sic Sichemitanus ille, vt omnem dubitationem à Iosepho eximat, ea quæ ab eius fratribus audiuit, illi clare omnia indicat, dicens: Audiui eos dicentes: Eamus in Dothaim. Non erat à patre missus in Dothaim, sed in Sichem. Sed pius ephebus non verba, sed mentem patris perpendens, de fratribus, non de loco, sollicitus erat. Hæretici in hoc exéplo prudentiores fierent. De fratribus nobis datum est præceptum, non de folius fidei qualicúmque ostentatione. Noui hypocritæ Lutherani, fidem Christi quinque literis & verbis pluribus ostentant: veteres verò, operibus specie bonis, iactabundo animo editis, ostentabant: noui scripturâ, præterquam quòd glossis mendacibus scædant, etiâ versionibus falsis adulterant: veteres scriptum quod erat, scriptum esse sinebant: certum est ergò, nouam hypocrisis veteri esse longe pestilentiore. Dothaim siue (vt Septuaginta legunt) Dothaim, nomé suum tempore Hieronymi adhuc retinuit.

*Noua Lu-
therana hy-
pocrisis ve-
teri pesti-
lentior.*

16 Diceret Ioseph missum in medium luporum. Fratrum crudelitas & Iosephi pietas sunt conferenda. Iosephus parenti obsequens optimo affectu puer, fratres per loca inuia & periculosa inquisiuit securus. Quadrat in eum:

Integer vitæ scelerisque purus,
Non eget Mauri iaculis nec arcu,
Nec venenatis grauida sagittis
Fusce pharetra.

Contrà fratres eius pleni curarum & sollicitudinum. Ipsorum facinus videamus. Principio ludibrio habent fratrem, in ipsum exclamâtes: *Baal ha Halomoth*, hoc est,

*Prophetia
nō asper-
nāda ne-
que impe-
dienda.*

*Invidia,
honestatē
rat esse
turpia.*

*Iosephus
typus fuit
Christi.*

*Vox cla-
mantis in
caelum.*

somniorum magister. Hic cæci non vident, se ipsum de-
um quoque conuiciis profcendere. Prophetiam, ait Apo-
stolus, nolite aspernari, prophetias nolite impedire. O-
mnia probate &c. Sanum hoc consilium. Sed ecce impij
fratres non intellectum oraculum, statim tanquā man-
festum contemunt mendacium. Somniatorem vocant,
sive somniorum magistrum, putantes istoc verbo fratrem
se criminari: sed quod illis est conuicij vocabulum, hoc
apud deum & omnes sanctos est summæ gloriæ verbū.
Somnium fuit Dei. Iosepho itaque tam non fuit probro
vocari somniator, quā non fuit dedecus Esaïæ sive
Hieremiæ, si quis eos prophetas calumniandi animo ap-
pellasset. Sic inuidia excæcat, vt honoris vocabula
dedecus esse credantur. Tale est quod Lutherani hodiè
abominantur vocabula. Sacerdos, Presbyter, Cardina-
lis, Papa &c. Salutare somnium, per quod parentis, fra-
trum, & totius Israelis familiæ vita conseruabatur. Ve-
nite, occidamus eum. Verbum hoc repetitur Sapientiæ
2. vt videas Iosephū typū Christi. Iudæi idētidē clamita-
tes, Tolle hūc, Crucifige crucifige, quid aliud clama-
runt, quā, Venite, occidamus? Consentit & hoc quod
de Paulo dicunt, Homo hic debet mori. Mittamus eum
in cisternam veterem. Obserua hic cordis humani cæ-
citatē. Putabant, si fratrem occisum in profundam ci-
sternam coniecissent, crimen eorum sopitum & tectum.
Non succurrit quod dicitur de Abel: Sanguis eius cla-
mat ad me de terra. O acutam vocem sanguinis innocen-
tis. Clamor eius non hyperbolicōs, sed verè it ad astra,
iamdò per astra. Perūpit astra, etiā si ferro, chalybe &
adamante sint duriora. Accedit huc q̄ animæ interfecto-
rum, sub altari in cælo conseruantur, & clamare non ces-
sant: Domine, vindica sanguinem nostrum, Apocalyp.
6. Sic vides etiam iustum mortuū loqui, Heb. 11. Rham-
nusia sive Nemesis impium interim in hac vita, quæ du-
plex mors est, pungere non cessat. Sequitur: Dicemus,
fera pessima deuorauit eum. Obserua hic, impios contra
seipso omnia dicere. Rectè ait Dominus impio se ex-
cusanti: Ex ore tuo te ipsum iudico. Fera peior esse
nulla potuit parricidis. Certum est, beluam, quale por-
tentum neque militaris Daunia lautis alis esculentis, nec

Iubæ tellus generat leonū arida nutrix, Iosephum curis expeditum, vagantem, fugisse inermem. Non fugerunt impij fratres, sed arreptum morti destinant, idque animo præsentis, certo odio. Vides nullam beluam reprobo homine peiorem esse posse. Sequitur: Tunc apparebit quid illi profint somnia sua. Vides impios nihil facere nisi verbum Dei conculcare. Præuaricans præscriptum Dei, reuera ipsum præscriptum supplantat. Deus verò quum sit verbum, sequitur, præuaricatorem, etiam, quantum in se est, ipsum pessundare Deum. Breuiter vides fratres Iosephi exundare odio, derisores & calumniatores fratris, parricidas, scelus suum etiam Deum celantes, denique Dei præscriptum conculcare, ipsum denique deū supplodere. Quid profint illi sua somnia, aiunt. Tantundem est ac si dixissent: Videamus quid profit illi verbū Dei atque adeo ipse deus. Sed consilium dei permanebit, & voluntas eius fiet, vt ait Esaias.

Præuaricator verbum Dei, iuxta atq; Deum ipsum supplodit.

16. *Audiens autem hæc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat: Non interficiamus puerum &c.* Hic diuina loquitur prædestinatio. Ceterum quantum in ipso Ruben fuit, non pepercisset innocenti. Solet diuina præuidentia sic saltē ex inimicis (vt canticū sacrū habet) cōficere. Cōsilia nouit frustrare impiorū deus. Quid? Nunquid nō vides hic manifestā dei prædestinationē, in hoc quod fratres Iosephi oēs, vnus Rubē fertētix acquieuerunt? Non sua sit hoc illis cor humanum, sed qui corde humano (vt ait Apostolus) est maior, deus Exemplum huiusmodi vides Actuum 24. Vbi Lyfias Apostolum ē manibus liberauit rabidorum Pharisæorum. Rubenitæ hodiē in Germania & principum aulis rarissimi existūt. Dicit aulicus quispiam, Occide: & statim ceteri omnes sanguinem sitiunt. Si aliquis Gamaliel adest inter tot clamofas beluas, non auditur. Amphinomus quoque com plicibus suis sic restitit in domo Vlyffis, prohibens nē Telemachum occiderent, Odyffææ libro XX. Bonum vbi hodiē semper consilium est, humani sanguinis effusioni resistens. Sæpe furor & impetus occidit eum, quem postea magno emeret. Exemplum eius est Alexander Magnus, qui vehementer, iuxit se Clytum occidisse suum.

17. Consilium Ruben, texente rem Deo omnipotente,

Ruben & Gamaliel vbi hodiē rari.

EXEGES. LECTIO. EPIST.

recipitur. Iosephus non occiditur, sed in cisternam exi-
 catam conicitur. Sed neque hoc iustum, minus verò ma-
 lum. Quadrat huc quod pro Murena ait Cicero: In duo-
 bus malis, quum fugiendum maius sit, lenius est eligen-
 dum. Impij primo innocētem polymiticam vestem exu-
 unt. Quare vero hoc? Nunquid non conuenit vt figura
 consentiat rei figuratæ? Christum Iudæi nudum erant
 cruci affixuri: texuit ergo diuina prouidentia rem eam,
 vt nudaretur Ioseph Christum referēs. Vestem paternæ
 dilectionis, æmulī ægrè videre poterant: ea ipsa paternū
 affectum discruciare decreuerūt. Adeò catenata sunt pec-
 cata. Aliud alia trudit. Nudum coniciunt in cisternam,
 quæ (vt textus bis repetit) aquā non habuit. Non solum
 aquam consolationis non habuit, sed & aquam elemen-
 talem. Statuerunt enim, in cisterna ea fratrem fame ene-
 care: in quo consilio plus peccauerunt, quam si semel
 gladio necauissent. Chrysofostomus dicit impios tale ne-
 fas animo concepisse, vt sic immunes essent à sanguinis
 effusione. Vide cæcitatem & hypocrisin cordis humani
 ineffabilem. Iudæi quoque putabant se à sanguinis Chri-
 sti effusione puros, quòd Pilato Christum crucifigendū
 tradidissent. Pilatus vicissim arbitrabatur se innocen-
 tem à sanguine iusti Christi, si eum secundum petitionē
 Iudæorum morti adiudicasset. O profundum cor huma-
 num. Post tam præclarum facinus confederunt ad co-
 medendum panem. Thyestea hæc planè erat epulatio.
 Mirum, hominem in tali facinore panem mandere, & in
 ventrem ingerere posse. Sed ad fratrum facinus reuerta-
 mur. Viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad, &
 camelos eorum portantes aromata & resinam & stacten
 in Aegyptum. Dixit ergò Iudas fratribus suis: Quid no-
 bis prodest si occiderimus fratrem nostrum, & celaueri-
 mus sanguinem ipsius? Melius est vt venundetur Ismae-
 litis &c. Iterum vides inter duo mala minus eligibilis
 esse. Sed nè sic quidem iusti, immo iniustissimi. Refert
 enim vt homo viuat. Præstat non viuere, quàm miserè
 viuere. Considera hic affectū humanum philostorgiam,
 de qua apostolus Paulus, planè esse extinctum. Quæ
 astorgia barbarorum maior esse poterit? Iehuda consi-
 lium approbatur, puer è puteo educitur, nudus Ismaeli-

tis venditur. Quis crederet homini ad tantum facinus corporis vires sufficere? Ismaelitæ & Madianitæ vna sunt gens, licet duo sint nomina. De populo istoc dicendi est locus Gen. 25. vbi agitur de Agar & Cethura. Precium quo vendebatur Ioseph, erant viginti nummi argentei. Septuaginta legunt, aurei. Sed ex propheta Zac. cap. 11 diceret hic, aliquis ironicôs, pulchrum verò precium pro tâta merce. Sic se habet ingenium prædonum. Optimam quancunque prædam vilissimè vendunt. Manubium dein prodigunt tanta facilitate, quasi aquam effundant. Malè quæsitum, malè dilapidatur, *Vbel gevron, vbel veresch vron*. Malè quæsit, malè periit. Mirabilis Deus in sanctis suis, & imperuestigabiles viæ eius, quæ iustitia sunt & veritas. Non derelinquet Dominus iustum Ioseph, nec obliuiscetur verborum suorum. S. Ioseph rex designatus à Deo, seruus abducitur. Empori Madianitæ vendunt ipsum Aegyptiis. Quanti vero ipsum emerint Aegyptij, nunquam legitur. Venditus, contumelia afficitur in domo sui domini Putiphar. Interim maximus fit luxus in domo Iacob. Tandem vero luctus ille vertitur in gaudium. Saluum enim inuenit Iacob filium suum Ioseph in Aegypto sibi & suis Sotera. Quadringentis annis filij Israel fuerunt hospites in Aegypto. Hac de re vide Psalm. 104. Nec Iosephi encomion silet nouum testamentum. Vide Actuum 7. & Heb. 11.

18. Ex lectione præsentis multa nobis moralia & mysteria sunt conficienda. Primo videmus fallere verbum Dei non posse, veritatem esse: tunc primum eius elucescere veritatis gloriam, cum omnino videatur extincta. Iosephi integritas nobis item ob oculos ponenda. Dein considerandum quòd tam sanctus vir tot periculis exponebatur. Quem Deus diligit, corripit. Post multos labores, maxima rependere præmia nouit. Deniquè discamus in patientia cuique sua suam animam possidendam. Mysterium est obedientiæ & passionis Domini nostri Iesu Christi, nobis in salutis sacramentum & exemplum factum. Sacramentum ad fidem, exemplum ad imitationem. Ipsi Deo tantorum bonorum fonti, laus & gloria sit in secula seculorum, Amen.

EXEGE. LECT. EVANG.

IN EADEM DIE VI. HEBDOMA-
dæ post Reminiscere, Lectio Evangelica
Matth. XXI.

SVMMA RIVM.

Parabola est, in qua Dominus Iesus Iudæorum taxat
malitiam, qua neque suos prophetas neque Christū
ipsum recipere volebant. Parum vero fuit, non reci-
pere voluisse: facinus vero hoc horrendum fuit, quod
se tam Christo quam suis prophetis opposuerunt: & vt
prophetas olim suos occiderunt, sic Christum quoque
cum suis apostolis pessimè acceperant. Sed pœnam di-
gnam pro talibus facinoribus non euaserunt.

TEXTVS.

Aliam parabolam audite: Homo erat paterfamilias, qui plā-
tauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea tor-
cular, & edificauit turrim, & locauit eam agricolis, &
peregrè profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquas-
set, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et a-
gricola apprehensus seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt,
alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures priori-
bus, & fecerunt illis similiter. Nouissimè autem misit ad eos filium
suum, dicens: Verebuntur fortè filium meum. Agricola autem vi-
dentes filium dixerunt intra se: Hic est heres, venite, occidamus
eum, & habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum eie-
cerunt extra vineam, & occiderunt. Cum ergo venerit Dominus
vineæ, quid faciet agricolis illis? Auiunt illi: Malos malè perdet,
& vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum
temporibus suis. Dicit illis Iesus: Nunquam legistis in scripturis:
Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput
anguli: A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis
nostris? Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, &
dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem
istum, confringet ut: super quem vero ceciderit, conteret eum. Et cū
audissent principes sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, co-
gnouerunt, quod de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timue-
runt turbas, quoniam sicut prophetam eum habebant.

EXEGE. IN THESES DIGESTA.

I. S. Chrysoft. dicit anigma esse lectionem presentem,
nec fallitur. Quî enim tam profunda mysteria intellige-
remus, nisi ea nobis declarasset euentus & spiritus pa-
raclæti

raletti gratia? Populus Iudaicus ab euangelista hic acriter culpatur, propter suam tam execrabilem pertinaciam & cæcitatem, qualumen veritatis recipere noluerunt. Messiam suum coram exhibitum, in tot & tantis miraculis euidentem factum (Esa. 35.) recipere noluerunt. Sic ipsum auersabantur, ac si Babylonicus fuisset Aman. Hæc omnia designauerunt, suadente diabolo septem peioribus se cacodæmoniis comitato. Dominus Iesus à tali exceccatione nos custodiat. Hæresis quotidie radices suas altius atque altius agit. Mirum verò in regno veritatis, post tot luminaria ter maxima veritatis, mentem humanam cæcutire posse. Parùm à pharisæorum tanto malo absunt heretici. Oculati fati sunt, auriti sunt instar Midæ, sed iusto Dei iudicio obstructæ sunt ipsorum aures & oculi. Obex certus est odium. De hac obstinatione vide Rom. II. Mat. decimoquinto Actuum 28.

2. Peculiare est Christo, doctrinam suam parabolis & similitudinibus tradere, id verò in profectum simplicium, qui huiusmodi genus & argumenta persuadendi citius capiunt, quàm si quis solida illis scripturæ oracula & alia proponat dogmaton genera. Pulchrè itaque videt Dominum sic elucidare psalmum Dauidicum 77. apud Mat. cap. 13. Hic itaque delineat toties synagogæ ingenium, nempe id ipsum, pro maiori parte plebis, scribarum, pharisæorum & sacerdotum, Deo nunquam syncerè adhæsisse, verbo Dei semper resistisse, quod & Matt. 12. illi exprobrat; Parabola non est obscura, quod inobedientia & malitia Iudæorum eam graphicè exprimit. Iudicium iudem Dei contra synagogam, cuius rudiùs & planius ob oculos ponit. Quis enim nostrum est, qui non iniquissimo animo ferat, si colonus suus censum & vectigal de vinea sibi locata non solum non exolueret, verùm etiam pro tot beneficiis à se illi exhibitis, filium suum ad illum missum interficeret, vt vineam ipsam, interempta hærede, quasi propriam liberius occuparet.

3. Oecodespotes siue paterfamilias de quo hic agitur, significat Deum patrem, creatorem cæli & terræ: ille enim pro sua bonitate vineam plantauit, & eam electa:

EXEGE. LECTIO. EVANGE.

hoc est, populum sibi peculiarem elegit, qui per certas leges & disciplinas ab aliis discerneretur & regeretur. Veri Dei, eiusque voluntatis certa agnitio, aptissime vineæ confertur, tum propter iucunditatem, quam vinea præcipuè cultori præstare potest. Nulla ferè est arbor, quæ ad pergulas, ad xyftos, & hoc genus voluptatum earum quæ ex arboribus capi solent, ita conueniat, atque vitis. Vfus dein vineæ maximus est. Vna vehis vini, nonnunquam cariùs emitur quinquaginta maldris (vt vocant) siliginis siue tritici. Labor verò & cura, voluptati atque vilitati satis respondet. Rectè ergò synagoga vineæ confertur, quæ verè coram Deo non solum & angelis cœli iucunda & pulchra est politia, sed quam etiam cordatiores quicunque reges & philosophi admirentur. Vfus eius perquam maximus, quia salus ex Iudæis. Sed & labor agricolarum immodicus, quia fingit laborem (vt verbis Psalmographi loquar) in præcepto. Vide Hieron. in Psalm. 93. Synagogam vineæ comparari vides Psalm. item. 79. vbi ait propheta Dominum Deum vineam eam ex Aegypto transduxisse. Dominum Deum populum Israel ex Aegypto mirabili manu eduxisse, libri Moisis & liber Iosuae satis declarant. Esa. 5. & Hier. 2. populus Israeliticus itidem vineæ confertur. Et dubium non est, præsentem parabolam, quæ & apud Marcum & Lucam celebratur, ex Esaia esse acceptam. Eadem propemodùm verba apud Euangelistas inuenias, quæ sunt apud Esa. Maceriam, torcular & turrim, quæ apud prophetam sunt, vides item apud Euangelistas. Adeò clarù est, prophetas synagogam vineæ componere. Seps qua vinea est munita, legem significat scriptam, de qua ait Psalmographus: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Per septem eam populus ab idololatriæ facinore coercetur, & in virtutum exercitio quodammodo continetur. Septem hanc perfringere aut supplantare, piaculum erat: pseudopropheta habebatur, morti adiudicabatur. Torcular, teste Theophylacto, refert varia legis sacrificia. Turris, templi habet instar. Allegoriam Theophylacti ex Chryostomo translata, non reprobamus, præcipuè verò, quòd & D. Hie-

Seps vineæ significat legis literam.

Torcular vineæ significat sacrificandi ritum.

ron. & Hilarius cum aliis orthodoxis eandem probant. Et textus nullam aliam expositionem patitur. Analogia itidem rem ipsam satis dilucidat. Constat itaque synagogam hic taxari, atque impietatis argui. Quis malum, ergò nouorum euangelicæ scripturarum spiritus, qui omnia in Papistas torquet talia? Spiritus vertiginosus, liuidus, diabolicus, vt sese prodatur suo iudicio, opus est vt priuatas adferat interpretationes. Nos acquiescimus catholicis patribus: è quorum albo non pœnitendus doctor S. Ambrosius, in hanc parabolam sic ait super Lucam: Hanc itaque vineam munitam, instructam, ornatam, locauit Iudæis. Agricola, quibus vinea istæ locabatur, sunt sacerdotes, presbyteri, scribæ & legisperiti præcipuè, vnâ cum primoribus plebis, quorum fuit exemplo & documento populum vniuersum ad vitæ sanctimoniam prouocare, ad disciplinas sanctas, & ad cultum diuinum inducere. Prophetæ sancti, hac in re satis fuerunt seduli. Samuel, Dauid, & plerique alij sacerdotes & reges, suæ vocationi etiam satis feliciter responderunt. Ceterùm vulgus partibus suis nunquam satisfacisse, declarat. S. Hilarius colonos itidem sacerdotes & pharisæos esse dicit. Vineam hæc sancta simulac sic (vt dictum est) ritè plantata, munita, instructa, atque firmata fuit, agricolisque locata, cœcodespotes peregrè proficiscebatur. Quid verò hoc? Nunquid Deum credamus circumscribibilem? Nunquid non eius maiestate pleni sunt cœli & terra? Ethnicus certè nouit Deum vbique esse. Apud Hieremiam haud obscure ait: Putasne Deus è vicino ego sum, dicit Dominus, & non Deus de longè? Humano more loquitur scriptura. Non aliter nobis diuina potest declarare mysteria, quàm tali loquendi figura. Reliquit Deus hominem in manu consilij sui, adiecit mandata & præcepta. Locum hunc & similes de libero arbitrio, homini in paradiso dato, dein per gratiam fœderis noui & veteris testamenti reparato, qui probè intelligit, quid Dei abire sibi velit, statim videbit. De libero arbitrio intelligendum adseuerat Sanctus Hieronymus. Chrysostomus quem Theophylactus sequitur, intelligit de Dei longanimitate. Sic etiam dormire dicitur.

Homo liber est arbitrij.

EXEGE. LECTIO. EVANG.

*Longani-
mis Deus*

*Gratia
& liberū
arbitrium
sibi non
pugnant.*

*Vinea itē
significat
ecclesiam.*

*Agrico-
la vineæ
Christi,
proprie
sunt epi-
scopi.*

4. Locationis vocabulum ritè examinandum, ne aut gratiæ Dei iniuria fiat, aut liberum negetur arbitrium. Locatio gratiam exprimit: conductio & census promissio, arbitrij habent significationem. Locavit vineam agricolis, ait. Non locavit agricolis solum sylvestre effodiendum primò, & sylvis erutis futuræ vineæ agrum aliquem efficiendum, qui primò rude solum fuisset: vites inferendas illis non commisit, atque adeò non novellare iussit: sed vineam quam ipse ab integro plantavit, locavit ad curandum, atque ad fructus ex eo sibi reddendum. Vides Deū nos sua gratia prævenire, velle & posse dando. Sed vocabulum agricolæ, industriam & sudorem requirit. Dicitur enim à verbo colo, quod per translationem significat exercere & ornare &c. Et fructum siue census locatæ vineæ solvere, laborem exprimit. Deus pater archigeorgus conditor omnium, nihil neglexit. Esa. 5. Quid facere debui tibi quod non feci? Mich. 6. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? &c. Summa: Vineæ ad amussim perfectæ, sepe circumdata atque munita, torculari instructa, turri ornata, paruo negotio agricolæ siue vinitores vestigal indè Domino vineæ reddere possunt. datum est illis & velle, & posse. nihil illis deest, parata omnia. Synagoga item exprimit ecclesiam, fundatam benè super firmam petram & fundamentum solidum prophetarum & martyrum, Matt. 16. Ephē. 2. Hic seps, hic torcular, hic turris & omnia. Hic spiritus diuinus, hic euangelion, hic sacramenta, benedictio, salus, victoria, & quæ ad æternam beatitudinem pertinent omnia. Instructissima atque ornatissima ea vinea, locata est Pontificibus, Episcopis, Act. 20. Vos posuit rectores ecclesiæ, ait Apostolus ad Episcopos & sacerdotes. Dominus Iesus dixit itidem Petro & omnibus eius successoribus, & in Petro itidem omnibus eiusdem collegis: Pasce oves meas. Sunt apostolici cooperarij veritatis, 3. Ioan. Ecclesia catholica est Dei georgion, hoc est, agricultura, 1. Cor. 3. Ecclesiæ magnates, in hac parabola ter vocantur georgi. Domini est vinea. Qui duxit sponsam, sponsus est: cæteri omnes, amici vocantur. Nihil Apollos, nihil Paulus, nihil Archippus, Deus omnia in omnibus. Cæsar, reges & principes etiam ec-

clesiæ præsumt, sed duntaxat in rebus temporalibus. Sub sunt Episcopis, quantum ad religionem. Oves sunt, non pastores. Proprie ergò vinea Episcopis est locata. Pertinet tamen functio temporalis ad ecclesiæ pacem. Sunt ergò prophani principes quodammodò & ipsi agricolæ. Viderint ergò qui ecclesiæ Christi tam in rebus spiritualibus quàm temporalibus sunt præfecti, ut Domino vineæ se fideles præstet. Horrendum est dictu, quod sequitur de culpa agriculturalum, & de iudicio patris familiàs districto.

5. Nemo plantat vineam, qui non de eius fructibus saturari cupiat. Mittit ergò Dominus vineæ seruos suos ad agricolas, ut ab illis fructum exigat. Autumnus dicitur ab augendo, quod tunc maximè augeantur opes coactis agrorum fructibus. Fructus sunt sanctimonia atque adedò iustitia. Fructus spiritus sancti sunt noti. Tale vinum & Deum & homines lætificat. Requirit Dominus quod suum est. Mittit suos ad congregandum fructus in æternum permansuros. Ficum sterilem execratur Mat. 21. Mar. 11. Arborem sterilem iubet eradicari, Luc. 13. Constituit itaque Dominus vineæ apothecam suam musto dulci replere: sed me miserum, quàm ipsum spes sua fefellit. Petulantes agricolæ conturbant omnia, æquitatem nimirum & iniquitatem, religionem cultus veri Dei & idololatriam. Pro eo quòd Dominum amare debebant, ipsum odio habebant. Ministri quos misit exactum debitum, sunt sancti prophetae, qui ad vnum omnes à synagoga pessimè sunt accepti à vitatoribus illis, quibus tanta fuit locata vinea.

*Vineam
Deus plā
tauit pro-
pter fru-
ctum.*

6. Quàm Deus pater agricola fructum requirit, tam fructum diabolus negligendum suadet omnem. Sedulos & fideles Deus agricolase esse iubet, erudire ad iustitiam, proferre bona opera omnia. Contrà diabolus supinos & perfidos cupit esse, solam fidem docere, opera bona negligere &c. Vectis est, se in omnibus diuinæ opponit voluntati. Propter fructus plantauit pater familiàs vineam, propter fructus eandem locauit agricolis, denique causa exigendorum fructuum suos misit ministros atque vnicum filium. Adedò totum negocium vineæ, sistit in fructibus. Fructibus ergò tantoperè inuidet diabo-

*Opera bo-
na exigit
Deus dia-
bolus facit
contrariū.*

EXEGE. LECTIO. EVANG.

lus. Quicquid potius feret, quàm fructuum pensum. Dicere, Domine Domine, edere miracula, facillè sustinet. Proferre verò opera bona, vnicè odit. Hic furit, hic omnes furoris sui habenas remittit. Hic vides, quare Sedechias Michææ in faciem impegerit alapam, 3. Reg. vigesimo secundo. 2. Paralip. decimo octavo. Quare Zacharias filius Ioiadæ, inter templum & altare sit interfectus, 2. Paral. vigesimo quarto. Naboth quoque iustitiæ continens & pertinax, etiam propter vineæ fructum perit, 3. Reg. vigesimo primo. Sanctus Hieronymus Naboth in album martyrum refert. De Esaia ait Diuus Ambrosius: Esaie facilius compagem corporis serra diuisit, quàm fidem inclinauit. De molestiis quibus synagoga affecit Hieremiam, vide in eius libro cap. 28. 37. 38. Diuus Hieronymus monet, vt hac de re legamus epistolam ad Heb. cap. 11. Cæteri Euangelistæ hic vbi de ministris agunt, non nihil variant, sed non est discrepantia sensus, teste Chrysostomo. Sanctus Marcus primò vnum seruum dicit missum. eum Theophylactus Heliam significare ait. Secundum seruum siue prophetam (Marcus enim sic digerit) dicit referre Oseam. Tertium, Ezechielem & Danielem. Parùm puto referre, quem prophetam interpretere, modò de prophetis veteris testamenti intelligas. Lucas quoque sic trinam missionem seruorum trium ordinat, omnes malè acceptos commemorat, nec alium fructum vineæ à vinitoribus recepisse, cap. vigesimo. Quem non prophetarum persecuti sunt? Quotus numerus est eorum, quorum nobis nomina constant? Infinitus verò est numerus prophetarum, quorum neque oracula, neque nomina nobis cognita sunt. Neque enim Dominus Deus idololatriæ Hieroboã vnquam reclamare in prophetis suis destitit. Neque aliquis statim ostendi potest, quem non persecuta sit synagoga. Neque enim diabolus idololatriam Hieroboæ per regem Israel & sacerdotes Hieroboitanos defendere destitit: quod sine negotio conficies ex historia Regum, præcipuè verò 2. Paralip. 36. Dominus Iesus item apud euangelistas Iudæis sacrilegum hoc parricidium identidem exprobrat Matt. quinto & 23. Prophetarum constantia nobis

*Diaboli
& Dei
consilia,
per omnia
sunt con-
traria.*

exemplo esse debet, omnia propter veritatem catho-
 licam sufferendi pericula, Nam & Deus noster, Deus est
 saluos faciendi, Deus auxiliij, Deus spei. Vtrunque
 multa maiestate declarat S. Chrysoſtomus. Quod ve-
 rò prophetarum est officium? Quod propheticum est
 verbum? Nunquid propheticum est, aulicas imitari
 simias, & subinde dicere: Meine gnedige vnd gnedig-
 ſteherren: Gratiōsi & gratioſiſſimi Domini? Nunquid
 dicere, Sola fides ſufficit? opera bona non iuſtificant?
 nulla pro peccatis eſt ſatisfactio præter fidem? In talibus
 crux Chriſti locum non habet poppyſmatibus. Palpo-
 nes prædicantes, placentia prædicant. Idem fecerunt
 & pseudoprophetæ olim: cum principibus itaque hu-
 ius mundi filiis, pacem habuerunt. Contrà qui angu-
 ſtam viam ad regnum cœlorum indicauerunt, dicen-
 tes. Facite dignam pœnitentiam ô viperarum genimi-
 na, Omne caput languidum, & omne cor mœrens, A
 vertice capitis vſque ad plantam pedis in toto corpore
 ſanitas non eſt, Frange eſurienti panem tuum, &c.
 ſunt vel irriſi, vel extruſi, vel cæſi. Papiſticus enim
 hic ſermo eſt, indignus principum auribus, ex aula &
 foro, ex palatiis & theatris, ex vrbe item & orbe vſ-
 que in montem Caluarie eſt relegandus, crucique af-
 ſigendus. Mundus folia profert, fructum verò nul-
 lum, niſi eum quem ſuæ reſeruet gloriæ. Nihil enim
 eſt mundus niſi vanitas, ſecundum Eccleſiaſten: falſus
 & concupiſcentia, ſecundum Ioannem. Habet ſuos
 prædicantes apoſtatas, ſuum Euangelion. Sola fides
 abſolute iuſtum facit ſecundum hoc: (omnia enim ſcri-
 ptura ſacra firmant) Bonorum meorum non indiges.
 Dicunt item præcepta Dei ab hominibus præſtari non
 poſſe. Nec propterea datam, vt per nos perficiatur,
 legem: Chriſtum perfeciſſe nobis, Chriſtum ſatife-
 ciſſe: nobis credere duntaxat relictum. Exactores ita-
 que fructuum operum bonorum, carpodioctæ, in hoc
 mundo infelices, qui dicunt: Redde quod debes. Pam-
 pinofis miſocarpis omnia hîc feliciter ſuccedunt, quia
 dicunt: Dimitto tibi omne debitum. Sed miſſi non
 ſunt. Mitti à Deo audis hic exactores. Quid clama-
 bo? euangelicus ait propheta Eſaias. Reſpondetur ei:

*Propheti
 cū Verbū
 quod &
 quale.*

*Mitti qui
 proprie di-
 cantur.*

EXEGES. LECTIO. EVANG.

Annuncia populo meo scelera eius. Euangelistæ omnes libros suos euangelicos à pœnitentia dignorum fructuum auspiciantur. Tali auspicio indulgentia denuncianda, secundum eundem prophetam: quia spiritus Domini non super fastidiosos superbos, sed super contritos corde & humiles spiritu.

Longanimitas Deus.

7 Longanimitas Domini etiam hic est colligenda. Non statim iuit in pœnam ab inficiatoribus fumentam, sed respiscendi locum dedit. Hoc est quod Soter ait, Patrem familias alios atque alios ministros misisse. Vox Christi, David, aut serui alicuius fidelis est hæc: Domine, sine ficum illam & hoc anno, donec fodero circum illam, & misero stercus: & si quidem fecerit fructum, sin minus, in posterum succides eam, Luc. 13. Sustulit Iudæam sterilem, immo degenerantem vitem, & pro vuis tribulos proferentem, vsque ad captiuitatem Babylonicam. Tum corripuit quidem, sed non in suo furore; proiecit. O longanimitatem. Quid verò? Non vlciscetur ergo sanguinem suorum prophetarum? Necdum tempus. Nondum completa mensura patrum. Mittendus ergò filius, qui loquebatur in prophetis. Per se filius, inquam, carne assumpta, tandem loqui debuit, Hebr. 1. Quid verò loquetur? Hoc ipsum quod ante locutus est per prophetas: Nempe, redde debitum. Sed nunquid non propiciatio est pro peccatis? Vtique, sed iis qui procidunt ad genua, & dicunt: Domine, patientiam mecum habe, omnia reddam.

Euangelistarum non sententia, sed & verba rite conferenda.

8 *Novissime autem misit ad eos filium suum, dicens: Vestrum non rebuntur * forte filium meum, &c.* Contemplatio salutaris est, secum rite reputare, quid hic quisque euangelista habeat. Matthæum audiuius. Ait breuiter, Dominum vineæ filium suum misisse. Marcus addit, vnicum. Lucas adiicit, dilectum: quæ dictio tamen apud Marcum etiam habetur. Vide ergò quem angelum Missum habeamus. Non quenuis misit, sed magni consilij angelum, consiliatorem, Deum fortem, patrem futuri seculi. Voluit vt is indueret hominem, qui videri possit. Visus, multum ad mouendum habet energiam. Adeo Deus nihil intermitit, quod ad nostram

salutem facere possit. Quòd Matthæus & Marcus Græce habent simpliciter, Verebuntur filium meum: Lucas sic habet, Forsitan cum hunc viderint, verebuntur. Quid verò est, quod ait, Forsitan? Nunquid Deum aliquid latet? Haudquaquam, scrutator est cordium. Præsentia non solum videt, sed & præterita & futura eius oculis sunt conspicua. Dicit, forsitan, respiciens ad hoc quod dixit Dominum vineæ peregre abiisse, hoc est, hominem sui consilij reliquisse, libertatem sui arbitrij homini dedisse. Facit etiam huc quod Lucas dicit, Cum hunc viderint. Q. d. Moueret eos meritò forma eius, de quo dicitur: Speciosus forma præ filiis hominum. Reuera solet pondus habere Domini præsentia. Exemplum huius loci habemus apud Gellium casitæ, quæ primo parui fecit seruos & amicos: sed audiens Dominum ipsum venturum, vnà cum pullis suis sibi melius consuluit, in alium locum mirando. Quid? Nunquid non placet comparatio? Audi Matthæum cap. 6. Sotera nostrum tibi aues magistras præfecisse. Quid quòd formica sedulitatis nobis data est magistra? Et spiritus sanctus in specie alitis nobis visus noster est magister & paracletus. Sed quare synagoga Domini vocem non audiuit, nec speciem tam pulchrâ videre sustinuit? Quia oculos & aures Iudæorum, clausit ipsorum superbia.

Liberum homini est arbitrium

9 *Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres, Venite, occidamus eum, & habebimus hereditatem eius.* Simile consilium supra in epistola huius diei audistis fratrum Ioseph. Venite, occidamus eum, & videamus quid profint illi somnia sua. Profundum est cor hominis. Sed ipsos audiamus malos consultores. *Zabu Ioresch*, ipse est hæres. Vides Iudæis Christum esse visum, hoc est, agnitum, quanquam malitia hoc quod viderunt, tanquam in speculo visum, statim euanescente fecerit. Clamauerunt: Benedictus qui venit in nomine Domini, *Osanna* filio David, postea statim clamauerunt, Crucifige, crucifige. Vides Iudæos ex Abraham filijs factos Læstrygones, Cacos, Bufirides. Abraham homicida non fuit. Vocem beluarum harum Sapiens antè spiritu audiuit Sapientiæ 2. vbi dicitur: *δαίμων δόξα-*

*Malum cõ-
siliu cõ-
sultori pes-
simu.*

EXEGES. LECTIO. EVANG.

ἄνθρωπος κατὰ δικαιοσύνην, hoc est, morte pessima condemne-
mus eum. Iudæi hæreditatem filij sibi conabantur vsur-
pare: sed se & suos suaque omnia perdiderunt. Rectè
hoc, quoniam & peccatum ipsorum multiplex. Exem-
pli causa: Impius Achab sequens consilium Iezabelis
suæ, occidit Naboth: occiso eo possedit vineam, unà
in quatuor præcepta secundæ tabulæ peccans, secundū
nimirum, quintū, octauum, & nonum. Sed quis tandem
finis Achabitatis, qualis exitus Polymnestoris, qui spe
potiundi thesauro Priami, filium eius ferro necavit sibi
creditum Polydorū. Nullius hominis sanguis innocen-
ter effusus, manebit inultus: multo minus sanguis Iesu
Christi filij Dei. Quanto Naboth & Polydoro maior
est Christus, tanto maior pœna Iudæos quàm Achab &
Polymnestora manet.

*Parabola
de eiecto
filio & hi-
storia edu-
ctiois
Christi,
sibi consen-
tiunt.*

10 *Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occide-
runt.* Sors eadem verbo incarnato & prophetis qui ip-
sum olim docuerunt, & propter ipsum occiderunt. Sic
adimpletur scriptura Esa. 53. Daniel 9. Eiectum extra vi-
neam occiderunt. Secundum historiam, Christus edu-
ctus cum duobus latronibus in montem Caluarie. Sic
ciuitas hic per vineam significatur. Mortem turpissi-
mam hic obserua designari. Hoc ipsum item vides in
oraculis Sap. 2. Hilarius, Hieronymus, Chrysostomus
& Theophylactus ad historiam Christi passionis acer-
bæ & turpissimæ conferunt. Secundū mysteriū occidi-
tur extra vineam Christus, quia pro omnium hominum
salute, crucis mortem subire voluit.

*Iudæi sua
sententia
cōdēnati.*

11 *Cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?*
Dominus Iesus interrogat Iudæos grauissimam ob cau-
sam. Nempe vt suo se ore iudicent atque condemnent.
Habet nescio quid horroris, reum sententiam in seip-
sum pronuntiare. Marcus & Lucas affirmatiue legunt:
Veniet Dominus vineæ, & perdet colonos istos, tan-
quam sic Christus dixisset. Matthæus verò facit Iu-
dæos Christo sic respondere. Non sibi pugnant euan-
gelistæ, sed horrorem iudicij extremi sic explicant. In
extremo itidem iudicio sua quenque condemnabit con-
scientia. Simile habes in lib. Reg. 2. capite 11. eius qui
post commissum adulterium, ait: *Raim isabed beera,*

Græce κακός κακός ἀπολασ. Diceret, sanguinem pro sanguine, Gene. 9. Executor iudicij huius tandem à Domino constitutus est Titus cum Vespasiano. *Quoties excidium* nam hanc temporalem Dominum Iesum illis ter præ- *urbis san* dixisse euangelistæ commemorant. Primò Matth. 21. *Etæ iudæis* dein Matth. 22. Tertiò Lu. 19. Iam verò consideran- *predixerit* dum, quis ille Titus fuerit, & cuius personam retule- *Dominus* rit. Romanorum fuit imperator, secundum Iosephum *Titus per* & omnes historias. Dei omnipotentis retulit perso- *sonã Dei* nam, quia omnis potestas à Deo, Rom. 13. Matthæus *retulit.* ait. Malos male perdet. Marcus & Lucas saltem dicunt, agricolas perdet, vtique malos. Nam qui bona agunt, laudē à potestate consequentur. Viderint hæretici, an Cæsar etiã sit Oberkeit, si omnis potestas est à Deo, quare à Deo non sit ea, sub qua Christus nasci voluit, cui censum reddidit, & quã aperta voce cõfirmavit dicens, Date Cæsari quæ Cæsaris sunt? Quare ergò nõ admonent tanti capitij mēbra, hoc est, omnes imperij Romani reges & principes, vt huic se subdāt potestati? Nõ subdūt se huic à Deo vocatæ & cõfirmatæ potestati, qui religionem eam, quam Potestas ea defendere habet, antiquant. *Vinea* Vinea est lex charitatis, lex perfectio- *Christi vt* nis, & constitutionis euangelicæ, disciplinæ & sacra- *sit ecclesia* menta per Christum atque Christi spiritum instituta, per apostolorum manus ecclesiæ tradita, per tot succedentium sibi seriem sanctorum approbata &c. Omnia hæc eò tendunt, vt Domino vineæ fructus cultus sacri, liturgiæ & operum bonorum reddatur. Hæresis hæc omnia antiquans, nonne per Cæsarem Maiestatem, si pertinax permanferit, est absterrenda & plectenda? De hac re sequitur.

12. *Et vineam suam locabit silis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis.* Hic sacrosanctæ exordium habes ecclesiæ, vineæ electæ, in quam ex ethnicorum vocati sumus solitudine, idque per meram Dei misericordiam, Roman. 15. Salutemus ergò vineam eam verbis Ambrosij, dicentis: Salve vinea tanto digna custode. Te non vnus Nabothi sanguis, sed innumerabilium prophetarum, & (quod amplius) preciosus sanguis Domini consecrauit.

Te in perpetuum multorum nobis martyrium planta-
 uit in terris. Te crux apostolorum æmula Dominicę pas-
 sionis, vsque in orbis totius terminos propagauit. Hęc
 Ambrosius super Lucam capite 20. Sic nobis, omnium
 nostra mater est salutanda. Hæretici non salutant, quia
 Ecclesiã cui terga dederūt, non vident. Obtrudūt nobis
 stabulum porcorū & canū pro Ecclesia, aut in Saxonia,
 aut in Turingia, aut in Hafsia, aut in Hussitis. Bohe-
 mis, aut in V Vicleffitis Anglis, Nos verò sanguinem
 tot sanctorum martyrum clamare & pro nobis iugiter
 orare audimus, voces alienigenarum non item. In catho-
 lico sensu patres, nobis Christum exhibentes, audimus:
 sequimur ergò, alienigenas vero auersamur. Vbera ca-
 techismi, & sacramentorum, vndè lac & mel, pappam
 & solidum cibum sumpsimus, & quotidie fumimus, vi-
 demus & amplectimur: alienigenæ mammas, veneni aspi-
 dis plenas, execramur. Interim infelices heretici in suis
 lustris & spelæis rabiunt & tabescunt. Non adoramus
 ecclesiam, sed Deum ecclesiæ conditorem. Vocasse ec-
 clesiam ex ethnicis, reiectis Iudeis (quod dixi gratis per
 gratiam, Roman. 15.) vides Actuum 6. 10. 11. 12. 13. Mat.
 28. Matth. 22. in parabola de nuptiis, Luc. 14. Item Ro.
 10. 11. Nos ergo qui quondam non eramus populus, su-
 mus nunc filij Dei, Roma. 10. 11. vt ingenium patris, qui
 in cœlis est, referamus. Estote misericordes, ait, sicut pa-
 ter vester misericors est: date, & dabitur vobis &c. Ad re-
 gnum cœlorum pertinent, qui faciunt eius fructum. Bea-
 ti pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlo-
 rum. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respi-
 ciens, dignus erit regno cœlorum. Primum quærite re-
 gnum cœlorum & iustitiam eius. Hęc coaceruo, vt vi-
 deamus nobis eatenus locatam vineam, vt Domino vi-
 neæ fructum reddamus. Talium est regnum cœlorum.
 13. Sequitur apud euangelistam citatio loci P salm. 117.
 qua præsens parabola ritè clauditur: quia ea non solum
 abiectio synagoge sacrilegę, sed & exaltatio regis glo-
 riæ declaratur. locum ergò ex psalmo citatū videamus.
 Apud Lucam Iudæi horrenda sententia perterriti, dicūt.
 Absit. Q. d. Speramus meliora. Gentem suam Dominus
 non ita extinguet omnem. Abominantur supplicium,

*Catholi-
 cus sensus,
 Christi est
 vox.*

quod se mereri sentiunt. Deprecantur malum, quod sibi imminere audiunt. Sed ne quicquam, quia non mutant voluntatem. Si mutarēt & corrigerent prauitatem suam, mutaret & deus sententiam suam. Dominus itaque respondet, *Nunquam legistis in scripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, &c.* Apud Lucā sic legitur locus hic: Quid est hoc quod scriptum est, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, &c. Et hoc apud Lucam obseruandum, Ille vero intuitus est eos &c. Iudæi dixerunt, Absit. Christus vero intuens eos, ait: Quid est ergo quod scriptum est? Q. d. Vos malum longè à vobis abfore dicitis. Bonam spem vobis somniatis. Quid est verò &c. Sic habet Psal. *Eben maesū ha bonim, ha ietha le rosch pin nah, Meeth Adonai ha ietha Zoth, hi niphlatz, be enenu,* Hoc est, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli: A Domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris. Veruntamen quoniam hebraicū *Eben* generis est fœminini, itidem & duæ dictiones significatiuæ *Zoth* & *hi*, secundus versus sic legi poterit Germanicè: *Vom herren ister (der stein) vwordē. Erist v vüderbarlich fur vnsern augen,* Latine sic: A Domino factus est ipse, (scilicet lapis) Ipse est mirabilis ante oculos nostros. Consentunt septuaginta iuxta atque textus originalis euangelicus. Præsens hoc testimonium propheticum, supra omnia quæ parabola præsens continet, etiam gloriam Dominicæ resurrectionis & ecclesiæ ædificationem continet: Nempe lapidem reprobatum eum, in angulum æterni ædificij ponendum. Lapis, quia petra, quæ perennem aquam populo fudit, vnde igniculus charitatis diuinæ petendus. Reprobatus, persona crucis, in quo quæcūque voluerunt fecerunt, de quo ait propheta: Non est ei forma, neque decus: nos putabamus eum leprosum, atque à Deo percussum. Lapis, qui signum datus est resurrectionis & ruinæ multis. Caput anguli infidelibus in scandalon fidelibus in gloriam. Qui ex ethnicis & Iudæis in vnitatem fidei vocatos, spiritus sancto suo in perpetua charitate constringit. Lapis qui nunquam putrescit, atque aded ædificium in perpetuum sustinet. A Domino factum est istud. Manus Domini fecit istud, iuxta prophetam. Si manu hominum fundamenti & angularis

*Petra &
Lapis Cbrī
stus.*

ille lapis positus esset, tolli poterat. Nam iuxta prouer-
bium *Vas menschen hendekonnen machen, das können auch
menschen hend zerbrechen.* Manus mortalium quicquid pos-
sunt struere, manus mortalium hoc ipsum etiam possunt
destruere. Qui molem aliquam moliri potest, eam etiam
demoliri poterit. Deus itaque omnipotens postquam la-
pidem eum æternum posuit, æternum eum lapidem nul-
la violentia poterit amouere. Et est mirabile in oculis
nostris. Valdè mirabile est, vltimos fieri primos: qui
non sunt populus, fieri dei omnipotentis filios, humiles
exaltari &c.

14. Lapidis huius gloria fidelibus omnibus perpetuò
prædicanda. In eo fidendum omnibus, ille spes nostra &
vnica salus. Operæ precium ergò est, authoritates & ora-
cula prophetarum de ipso nôsse. Quis enim amat quod
non nouit? Quis confidit in hoc quod non credit? Igno-
ti nulla cupido. Primo itaq; nullus offendatur in meta-
phora. Eadem metaphora hominem crassum & diuitem
vocamus lapidem. Sed hic lapidem vocamus Christum,
ad æternitatē respicientes. Deus noster, ignis consumēs
est. Ignis etiã vocatur turpis amor & meretrix. Sed alia
ratione meretrix vocatur ignis, alia Deus. Christus Dei
filius, Deus de deo, rectè vocatur lapis, quia in ipso no-
bis venit ignis, hoc est, confortiũ deitatis. Rectius ergò
Christus Iesus vocaretur *Eben Israel*, quam Ioseph Iaco-
bi filius, Gen. 49. Rectè itē vocaretur *Eben ha Exer*, hoc
est, lapis adiutorij. Lapis adiutorij à Samuele erectus, ni-
hil est huic nostro. Lapidem collatus. Umbra est, ad cor-
pus cõparatus, 1. Reg. 7. Esaias propriè & satis euiden-
ter vaticinat^o est de hoc lapide, dicēs de *Eben negeph*, hoc
est, de lapide offensionis. Infidelibus est offensionis, non
sua culpa, sed ipsorũ. Optimus est lapis Christus, omni-
gēma & bacca preciosior: sed fues & belluæ proculcant
tã nobilem lapidē, preciũ eius ignorātes. Vineam quoq; ritè
edificata, tam voluptate quàm vtilitate est plena: sed ma-
lis malè veritur. De lapide offensionis habes Esa. 8. Cõ-
tra scandali horrorem, iucundum est quod etiam dicitur
apud eundē prophetā *Eben bo han*, hoc est lapis proba-
tus: putà, in quo nullum est periculum timendum qui in
aqua non putrescit, in igne non absumitur, contra omne

Lapis christus dicitur, atque hoc metaphora angulari.

malum habet virtutem, nempe aberuncandi. Ad omne bonum habet virtutem, ipsum in nos deriuandi. Poteris etiam approbatum eum lapidem vocare periclitationis, siue (vt vulgo loquuntur) probationis, Germanicè *einers prubstein*, lapidem lydium, heracleum siue indicem, quod in hoc lapide dignoscitur quicquid ex deo est, & quicquid ex deo nō est. Ibidē etiā vocatur *Pinnah ykrath*, hoc est, charus & preciosus angulus, quem aliās vocamus lapidem angularem, propterea quod vtrunque populū cō cordi vnus fidei cōfedere constringit: ethnicos nimirum & Iudæos. Iterum ibidē appellatur *Musad Musad*, quod S. Hieron. reddidit, in fundamento fundatū. Fundatum in fundamento, quod immobilis & æternus, solidus & firmus &c. edificiū certo conseruare possit. Vide Esa. 28. Declarant oracula prophetica apostoli Petrus & Paulus, 1. Pet. 2. & ad Rom. 9. Hac de re consule nostram postillam Dominica prima post festum natiuitatis Dominicę. Vates Daniel huius quoque lapidis meminit ca. 2. vbi ait lapidem hunc auulsū ē magno monte, & totius terræ orbem replessē. Zacharias itidem de hoc lapide ait: *Eben Schibea enaym*, hoc est, lapis septem oculorū, *der stein mit den siben augen*, capite 3.

*Lapis scā
dali qui
aliās diēs
possit.*

15. Lapis hic tantus, omnium preciosissimus, ipsissima bonitas, ipsius bonitatis origo. Iudæis contemptui est habitus. Indignum reputabant quem in ædificium domus Dei reciperent. Inutilem planē abiecerunt. Dēmoniū habet, aiunt. Samaritanus est: A deo non est, quia sabbathū non custodit: seducit populum &c. In cruce itidem illudendo illi dixerunt: Vah, alios saluos fecit, seipsum saluare non potest. Denique exanimato in cruce pendente, dixerunt ad Pilatū: Domine recordati sumus quia seductor ille dixit, adhuc viuēs: Post tres dies resurgam. Postremo omnium, eius discipulos odio tanti magistri ad interniciē quoque insectabantur, atque etiamnum quā licet, insequuntur. Quare verò adeo fuit illis inuisus? Quia exactor fuit debiti, hoc est, à vitiiis absterruit, ad virtutes pertraxit. Hypocrisios & superstitionis omne genus acriter condemnauit, synceram & veram religionem sedulo docuit verbo & tradidit exemplo. Si Corbā dissimulasset, & reliquos errores: Si lapis Esau aut Cain

*Lapidem
optimum
& aptissimū
abiecerunt Iu
dæi.*

fuiſſet, hoc eſt, ſi hunc mundum ſapuiſſet atque ſpiraf-
 ſet, atque adeo ad turrim Babyloniam quadraſſet, in
 magno precio habitus eſſet. Si Antichriſti virus euo-
 miſſet, atque adeo ad infernæ portæ ædificium com-
 modus fuiſſet, omnium ædificatorum ſuffragium inue-
 niſſet. Sic veritas Dei in Iudæorum mendacio fit euidēs.
 Sed Iudæorum mendacium, & malitia, Dei veritatem
 neuiquam fruſtrat. Si oculis phariſæorum nequam eſt,
 Deus bonus manet. Factus itaque eſt electus ille & pre-
 cioſus lapis, & edifici j ſacri baſis, firmamentum iuxta at-
 que lapis angularis. Nunquid non hoc mirabile? Quod
 mundus abiicit, Deus cum primis approbat. Et quomo-
 dō vnus lapis poteſt poni in fundamētum vnum, & idem
 lapis eſſe angularis in ſupremo? Chriſtus Ieſus in omni-
 bus, fundamētum ſuſtinet, & ſuprema muri claudit, Al-
 pha & ω, omnis omnium noſtrum ſufficientia, filius ho-
 minis, qui de cœlo in hunc mundum venit, & adhuc eſt
 in cœlo. Nunc Iudæe, & ædificandi tibi & periclitan-
 di ſcientiam, iudiciumque lapidum diſcernendorum v-
 ſurpa. Tuum, immò noſtrum, Eſaiam non intelligis ver-
 pa cæce atque infane, qui Chriſtum fundamētum &
 angularem lapidem, & caput anguli prædicat, hoc eſt,
 verum Deū & hominem fatetur, cap. 28. Quod Dauid,
 hic dicit, *Rofch pinnah*, hoc eſt, caput anguli, S. Apoſtoli
 Petrus & Paulus interpretatur Acrogoniæō, Eph. 2. hoc
 eſt, lapis pertinens ad caput ſiue ad ſupremiratem angu-
 li, *der oben an die eck gehort*. De fundamētali habes etiam
 in euangelicis libris, vbi ait de Cepha, de Petra &c. Bea-
 tus qui in hunc lapidem ædificat non verbo, ſed opere.
 Stultus qui ædificat in arenam doctrinæ ſolius fidei,
 Matth. 7.

*Lapis fun-
 damenti,
 idem eſt
 lapis angu-
 laris.*

*Lapis
 Chriſtus
 facit nos
 omnes lapi-
 des viuos.*

16. Excellentia huius lapidis tanta eſt, vt omnes electi
 Dei, gaudeant vocari lapides. Magna gloria eſt diui Pe-
 tri, cui dicit Petra: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram
 ædificabo eccleſiam meam. Immò præſtantia huius lapi-
 dis tanta eſt, vt fideles omnes, viui appellentur & ſint la-
 pides. Chriſtus lapis ille noſter, via eſt, veritas eſt & vi-
 ta. Fideles ergo omnes in vita veritatis candidè ambu-
 lantes, Chriſto innitentes, dicuntur lapides viui apud S.
 Petrum, 1. cap. 2. Vnde ſanctus Ioannes Apocal. 21. lapi-
 des

des eos viuos, vidit esse preciosas gemmas & margaritas in auro inclusas optimo. Sanctus Hermas, quem Pauli discipulum dicunt fuisse, multas huiusmodi visiones habuit: vna ex cæteris huc potissimum quadrat. Turrim vidit altam nimium variorum lapillorum, quorum alij erant nimium breues, alij itidem rotundi, atque per hoc ad structuram minimè apti. Alios dicit quadratos extitisse, & satis longos, per quos turris constructa. Visionem eam adducendam huc duxi propter nobiles euangelistas, qui breuissimis & rotundis lapillis nescio quam ecclesiam struere nituntur, solam fidem docendo, sed non omnis qui dicit, Domine Domine, aptus est ad ædificium corporis Christi.

*Lapides
qui sint,
quibus æ-
dificent
Euangeli-
castri hære-
tici.*

17. *Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, &c.* Iudæi impij contemnentes Dei, immò luctantes & pugnantes Deo, electum lapidem reiiciendo, meruerunt vt ipsi vicissim reiicerentur. Vide conuenientiam. Contemnentes contemuntur. Reprobantes reprobantur. Consentit pœna transgressioni. Respondet supplicium culpæ. Quærent regnum huius mundi, auferetur ab illis regnum Dei. O horribile iudicium, O terribilem sententiam, Regnum Dei, Vineam Dei, Templum & ciuitas Dei, quid aliud est nisi spiritus Dei, qui vbi hominem destituit, diabolo eum occupandum relinquit? Ablatum est regnum Dei à Iudæis, datum ethnicis. Sunt nunc filij Abrahamæ, qui antea erant Iudæis canes. Facti filij Abrahamæ, qui prius omni caruerunt diuino charismate vt lapides sicci. Translatio hæc regni Dei, ineffabilis est gratiæ & inestimabilis gloriæ: quod qui ritè considerat, ad exclamandum cum Apostolo cogetur Rom. 11. Catholici tamen patres spiritus sancto præditi, colligunt ex Apostolo Iudæorum reliquias sub finem seculorum ad Christi fidem iri conuessum. Præcipuè sententiam eam sedulus tractat Origenes Adamantius super Matthæum, vbi ait: Synagoga Iudæorum sterilis est vsque ad finem mundi, tantisper dum plenitudo veniet gentium. Idem ait homil. 18. Item idem super Rom. homil. 4. Item cap. 11. omnium grauissimè quæstionem hanc discernit, & sententiam iam dictam, pluribus fuscit atque firmat. Chrysost. quoque Israeli ex verbis Apostoli con-

*Culpa &
pœna sibi
respondent*

*Abiecti
iudæi, ere-
cti ethnici*

EXEGE. LECTIO. EVANG.

uersionem promittit, super Rom. 11, vbi ait: Totus Israel saluabitur sub aduentum secundum Christi. Hilarius item (vt à Græcis ad Latinos veniam) super Matt. cano. 14. idem non obscure scribit. Item cano. 26. vbi ait: Pars Iudæorum vt per apostolos credidit, ita per Heliam est creditura. Item Augustinus in quest. euang. lib. 1. cap. 43. ait: Cùm venerit plenitudo gentium, saluabitur totus Israel. Idem libro secundo. cap. trigesimo tertio ait: Cùm plenitudo gentium intrauerit, egredietur opportuno tempore pater eius, vt etiam omnis Israel saluus fiat.

18. Interea verò temporis, dum Israel tanquam canis famelicus circuit ciuitatem Dei irrequietus, nos qui preputium eramus, tanta felicitate fruimur, vt filij Dei dicamur & simus. Habemus enim euangelion, sensum scripturarum, habemus itidem sacramenta, disciplinas, solennitates, cæremonias, & omnia quæ ad veram religionem & theosebiam facere possunt. Ecclesia sumus, sponsa sumus, corpus sumus Christi Iesu. Ille caput nostrum est, quia per illum nobis tanta contigit gratia, & sine ipso possumus nihil. Ille vitis vera, nos palmites, & per ipsum proferimus fructus, Ioan. 15. Ipse spes nostra, ipsum redemptorem speramus & æternæ beatitudinis largitorem, Luc. 27. Phil. 3. Tit. 2. 1. Pet. 1. Sed diligenter nobis obseruandum de regni cælorum fructu. Hic summa rei sita est. Agricola expectat fructum. Nemo plantat vineam nisi spe fructuum. Iac. cap. 5. fructum quem agricola expectat, vocat *τιμιον*, hoc est, fructum talem, in quo aliquid boni & commodi continetur. Fratres euangelici illuminati, canes cæci, putant epistolam hanc esse stramentitiam, vnde operum bonorum commoditatem atque virtutem non videntes, cantant: Die guten vverct gelten nicht sie kunnen nicht behuten, hoc est, Bona opera commoda non sunt, protegere nequeunt. Quis verò agricola apud Iacobum? Ille ipse qui hic dicitur paterfamiliæ, qui sibi tantam vineam plantauit, vtique plantandi peritus. Ioan. 15. itidem vocatur. Fructus eius habet textus. Cuius eius? Regni cælorum, quod quadrat ad hoc, quod est apud Mat. 6. Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius. Qui

Fructum euangelicum qui vocet apostolus Iacobus.

Fructus euangelici, sunt fructus regni cælorum.

verò fructus regni Dei existant, ibidem vides. Optimam eam partem si quis elegerit, eam perpetuò retinebit. Non auferetur ab eo, ait Soter Luc. 10. Clavi firmi Sion, tenaciter salutem datam retinebunt, Esa. 33. Fructus vester, ait, in æternum manebit. Paulus nouit depositum suum sibi certum esse in cælo. Hæretici, quod certum est, dubium faciunt.

*Iudeorū
horrendus
est lapsus.*

19. *Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum.* Locus hic quid sibi velit, olim senserunt Iudæi, quâquam in malitia sua obstinati permanent, nec se conuertunt ad eum, à quo sunt percussi vt saluarentur, quemadmodum ait Esaias. Sentiunt iam Christum lapidem esse, non plumam neque stramē. Sentiunt durum, sentiunt grauem, sentiunt districtum, sentiunt implacabilem iræ. Qui non vult in tēpore gratiæ de Domino sentire in bonitate, tandem sentiet eius furorem in tempore iræ, in die calamitatis & miserię, in die magna & amara valdè. Iam dum tempus est gratiæ, dies acceptabiles, ouis est mitis: reconciliator est, propitiatio est: posthac verò vbi iudicij tempus in quenque priuatim, vel in vniuersos vniuersaliter aduenerit, leo erit, vrsa & pardus, vt ait Ose. 13. Iudæi nolunt benedictionem, & elongatur ab eis: diligunt maledictionem, & adimplentur ea. Non crediderunt fieri potuisse, vt *Eben negeph* (vt est apud Esa. octauo) illos læderet, propter eorum infidelitatem, Rom. nono. sed planè conterentur quotidie magis atque magis. Confractos planè esse vel indè liquet, quòd in tot miseriis non possunt resipiscere, suo impliciti mendacio atque mæandris. O casum horrendum, O lapsum terribilem. Ruina Ochoziæ tolerabilis, immò nullius est momenti huc collata, 4. Regum primo. Ruina item turris Siloæ Lucæ decimotertio nihil esse apparebit, si eam ad totius Israelis tam horrendum casum referas. Dicent montibus, Cadite super nos & cooperite nos, Ose decimotertio. Viderint sectæ, viderint hæreses, ne in se relabatur quod in cælum coniciunt. De hac re vide Eccle. vigesimo septimo. Sacerdos hac de re videat Chrysostrum & Hieronymum. Qui græcanicarum literarum experientiam habent, videant quid sibi velint dictiones

EXEGE. LECTIO. EVANG.

*Pertinacia
gravis
sine cri-
mine est cul-
pa.
Veritas
pungit ex-
ulcerata.*

συλλαβῶ & λιμῶ Item & hoc, quod vtraque dictio apud Matthæū, vna dictio sunt in Hebræo, nēpe *Schabar.* 20. *Et cum audissent Principes sacerdotum & pharisæi parabolæ eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut prophetam habuerunt eum.* Veritas pungit exulcerata, alioqui melle lenius. Vulgus Christum prophetam venerabatur. Inuiderunt Pharisæi & principes populi. Verbum Dei videntes & audientes non intellexerunt. Parabolam de vinea apud Esaiam quotiès legerunt? quotiès audierunt legi? Eius parabolæ expositionem totiès audierunt, & legerunt apud psalmographum Psal. 117. & apud Esa. 8. sed recipere recusauerunt: non intellexerunt, quia intelligere non meruerunt: quia vt intelligerent, indigni erant. Vide quanti criminis sit pertinacia. Vide quàm pertinaces correctionis sint impatientes. Veritas odium parit, ait Ethnicus. Apostolus dicens Galatis veritatem, vt de illis conqueritur, eos sibi reddidit infensos, cap. 4. Omnia omnigenum affabulationum verba gestimus audire, veritatem duntaxat auersamur, quia omnis homo mendax. Chrysof. singulari homilia ostendit correctionis vsum. Vide Pseigmata. Sectarum autores & patroni, historiam hanc (vt cætera omnia) in suæ perfidiæ assertionem exponunt, sese veritatis prophetas aiunt, apertissimo mendacio: sunt enim hæretici aulicæ muscæ atque simiæ, auræ popularis captatores. Audiant miseri quid S. Hieronymus dicat de vulgi inconstantia. Super Matthæum ait: Semper turba mobilis est, nec in proposita voluntate persistens, atque in morem fluctuum diuersorumque ventorum, huc illucque trahitur. Quem nunc quasi prophetam venerantur & colunt, postea contra eum clamant, Crucifige crucifige talem. Hæc ille. Christus plebi se non credidit. Illuminati nostrates vnicè è plebe pendent, in dominum Herr Omnes sperantes. Egregij prophetæ. Quòd in nobilitas & in suum idolum Oberkeit sperant, prophetis item contrarij sunt, potissimum Dauidi Psal. 145. & 117. Hier. 17. Prophetæ ergò esse non possunt, nil spiritus habentes prophetici. Sunt ergò agricolæ, Domino vineæ fructum negantes. Viderint quale fatum eos maneat.

SUMMARIUM.

Historia hæc iam ex Genesi lecta, commemorat ut patriarcha Isaac senio confectus, caligine oculos excæcatus habens, filio suo Iacob benedictionē, quæ ad Esau pertinuit, inficius dedit. Rebeccam excitatam a Deo, huius facti autorem fuisse ostendit.

TEXTVS.

Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat. Vocauitque Esau filium suum maiorem, & dixit ei: Fili mi. Qui respondit: Adsum: Cui pater: Vides, inquit, quod senuerim, & ignorem diem mortis meæ. Sume arma tua, pharetram & arcum, & egredere foras. Cumque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & affer ut comedam, & benedicat tibi anima mea, antequam moriar. Quod cum audisset Rebecca, & ille abiisset in agrum ut iussionem patris expleret, dixit filio suo Iacob: Audisti patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei: Adfer mihi de venatione tua, & fac cibos, ut comedam, & benedicam tibi coram Domino, antequam moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce consiliis meis, & pergens ad gregem, adfer mihi duos hædos optimos, ut faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur: quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi priusquam moriar, Cui ille respondit: Nosti quod Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis: Si attraxerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater: In me sit, ait, ista maledictio fili mi. tantum audi vocem meam, & pergens adfer que dixi. Abiit & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos, sicut velle nouerat patrem illius, & vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum, pelliculasque hædorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit, Deditque pulmentum, & panes quos coxerat, tradidit. Quibus illatis, dixit: Pater mi. At ille respondit: Audio. Quis es tu fili mi? Dixitque Iacob: Ego sum primogenitus tuus Esau. Feci sicut precepisti mihi. Surge, sede, & comede de venatione mea, ut benedicat mihi anima tua. Rursumque Isaac ad filium suum: Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuisti fili mi? Qui respondit: Vo-

EXEGE. LECTIO. EPISTO.

lent as Dei fuit, ut citò mihi occurreret quod volebam. Dixitque Isaac: *Accede huc, ut tangam te fili mi, & probem utrum tu sis filius meus Esau, an non.* Accessit ille ad patrem: & palpato eo, èiixit Isaac: *Vox quidem, vox Iacob est: sed manus, manus Esau sunt.* Et non cognouit eum, quia pilosa manus, similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergò illi, ait: *Tu es filius meus Esau? Respondit, Ego sum.* At ille: *Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua fili mi, ut benedicat tibi anima mea.* Quos cùm oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum. Quo hausto, dixit ad eum: *Accede ad me, & da mihi osculum fili mi.* Accessit & osculatus est eum: statimque ut sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait: *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti & vini & olei, & seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum, & incurrentur ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.* Vix Isaac sermonem impleuerat, & egresso Iacob foras, venit Esau, coctosque de venatione cibos intulit patri, dicens: *Surge pater mi, & comede de venatione filij tui, ut benedicat mihi anima tua.* Dixitque illi Isaac: *Quis enim es tu? Qui respondit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau.* Expanit Isaac stupore vehementi, & ultra quàm credi potest, admirans, ait: *Quis igitur ille est, qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquàm tu venires? Benedixique ei, & erit benedictus.* Auditis Esau sermonibus patris, irrugit clamore magno, & consternatus ait: *Benedic etiam & mihi pater mi.* Qui ait: *Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam.* At ille subiunxit: *Iustè vocatum est nomen eius, Iacob, Supplantavit enim me in altera vice: Primogenita mea antè tulit, & nunc secundo surripuit benedictionem meam.* Rursumque ad patrem: *Nunquid non reseruasti, ait, & mihi benedictionem?* Respondit Isaac: *Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres* suos seruituti † eius subiugavi. Frumento & oleo stabiliuè eum, & tibi post hæc fili mi ultra quid faciam? Cui Esau: Num vnam, inquit, tantum benedictionem habes pater? Mihi quoque, obsecro, ut benedicas.* Cumque eiulatu magno fletet, motus Isaac, dixit ad eum: *In pinguecane terræ, & in rore cœli desuper erit benedictio tua. Vives in gladio, & fratri tuo seruias. Tèsusque reuertet cùm excutias & soluas iugum eius de cervicibus tuis. Ode-*

* Eius
† Illius.

rat ergò semper Esau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater, dixitque in corde suo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Nunciata sunt hæc Rebecca. Quæ mittens & vocans Iacob filium suum, dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus minatur vt occidat te. Nunc ergo fili mi audi vocem meam, & consurgens, fuge ad Laban fratrem matris in ** Haran.*
** Haran* ram. Habitabisque cū eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, & cesset indignatio eius, obliuiscaturque eorum quæ fecisti in eum. Postea mittam, & adducam te inde huc. Cur vtroque orbabor filio in vno die? Dixitque Rebecca ad Isaac: Tedit me vita mea propter filias Hæth. Si acceperit Iacob uxorem de stirpe huius terræ, noli vivere.

E X E G E S I S.

Consilium & voluntas Dei nulla humana arte & *Cōsilium Domini irvittū non potest esse.* iudicentia potest eludi. Consilium meum stabit, ait Dominus apud Esaiam capite 46. Contra de humano idem ait: Inite consilium, & dissipabitur, capite 8. Item, Consilium eius præcipitabo, cap. 19. &c. Huius rei Ecclesia mater præsens nobis proponit exemplum. Atqui hic nisi spiritus Dei, lectoris & auditoris mentem expurgarit, veteris Adami vetustas tanta est, vt salutarem eam lectionem in perniciem non excipere non possit. Illotis pedibus ad alias profanas quascunque artes & literas accedendum non est. multo minus pravi affectus homo, qui in vitiorum adhuc est accessu, ad sacra tanta feliciter accesserit. Heri sanctum patriarcham Iacobum audiuius senem: rectè à matre ecclesia sic est digestum, vt hodie iuuenem audiamus. Heri rector nobis est designatus: hodie obsecundans matri, nobis ob oculos ponitur. Omnia leguntur, omnia cantantur, vt inde instruamur, qui nos habeamus, vt benedictionem Dei consequamur.

2 Hæc & hoc genus alię historię in oculis carnis atque in iudicio humano, aut aniles aut iniquæ putantur. *Qui hæretici, reiecerint scripta Mo-*
 Vnde Apelles, Porphyrius, & post hos Manichæus, omnia, quę Moises scripsit, tanquam mythologias & fabulas reiecerunt. *sis.* Causa huius erroris est, quod literam saltem attenderunt, spiritum non animaduertentes. Fideles ergò, vt aliis oculis atque auribus historiam

EXEGES. LECTIO. EPISTO.

*Biblia cō-
tra spiri-
tus sancti
gratiā le-
ctā, nocēt.*

veteris testamenti legāt atque audiant oportet. Quod si citra spiritum sanctum scripturam veteris instrumēti legamus, potissimum historias, offendemur. Hic (vt exemplis quod res est ostendamus) arbitramur delirum Isaac, iniquam Rebeccam, ambitiosum Iacob. Sic alibi vitia pleraque contra Deum & contra naturam à sanctis patribus facta, in exemplum arripimus: Abrahami polygamiā, Iudæ patriarchæ incestum, Davidis adulterium, & genus hoc multa alia, tanquam præclare facta admirabimur. Denique pleraque speciem vitiorum habentia, per apertam Dei vocem præcepta, tanquam vitia probabimus & imitabimur. Tale est præceptum despoliationis Aegypti, fratris defuncti semen excitandi lex, &c. Mysteria itaque in huiusmodi requirenda. Ecclesia veritatis basis consulenda. Perit qui hic scripturam non ex autoritate, sed ex suo cerebello interpretatur. Vsu venire ergo videmus, vt noui euangelicatri sensui communi & spiritui scripturæ contempto, eò amentia deueniant, vt polygamiā, multorum errorum fontem, quasi virtutem aliquam præcipuam excitare præsumant. Nouus spiritus, noua religio. Si opera bona meritum non habent, perinde est quid in exemplis patrum petamus. Buprestis aliud ex floribus fugit, aliud apis.

*Bibliorū
litera tur-
pitudinem
& hoc ge-
nus vitia
præ se fert*

3 Hic literæ superficies quid aliud præ se fert, quàm dolum malum, imposturam & iniquitatem? Rebecca erga filium maiorem iniqua, erga minorem impia, erga maritum perfida. Maiorem sua fraudauit dignitate, minorem docuit fraudem, maritum contra conscientiam facere compulit. Quale odium inter fratres hos excitauerit, historia sacra non supprimit. Egregiam verò laudem meretur mater, quæ tale aliquid inter fratres conciliat. Hæc & eiusmodi multa si secundū literam acceperimus, ipsos diuos multorum vitiorum in simulauerimus, immò etiā condemnauerimus, quòd nullam super huiusmodi poenitentiam egisse legamus. Qui hoc in loco erroris securus esse velit, oportet vt scopum (quod Chrysostomus monet) mysterij sancti proponat, nempe diuinæ prædestinationis, quam Re-

becca certo nouit. Meritum item Iacobi animaduertat. Quòd si mater foemineo atque adeo temerario affectu facinus hoc, quod iam audiuius, patraffet: indigna profectò esset, quæ in catalogum matronarum sanctarum esset relata. Vterque apostolus Rebeccam numero beatorum adscribit: certum ergò est, eam hoc in facto per spiritum sanctum esse gubernatam.

4 Dominus Deus Rebeccam ecclesiæ catholicæ typum constituens, mirabilis in ea esse voluit, cum grauidata sensisset luctam in aluo embryonum duorum, qua sic alter aduersus alterum insurrexerunt, quasi alter alterum interimere vellet. Ex Hebræo legi poterit, embryonum allisio, ein stossung: ex Septuaginta verò, vehemens motio & saltus. Sancta & electa mater, sentiens concussionem & luctam siue (vt Septuaginta legunt) insultationem, nescia quid sibi voluerit vterina illa tumultuatio, Dominum consuluit. Sunt qui dicunt Melchisedechum eo tempore floruisse, atque à Rebecca consultum fuisse. Alij angelon Rebeckæ mysteria filiorum indicasse aiunt. Alij, mysteriorum reuelationem per spiritum sanctum didicisse commemorant. Hic doctor vt incertus est, ita certum est reuelationem esse certam, nempe diuini spiritus. Impetrauit sancta mater reuelationem castimonia animi & oratione crebra atque humili, exemplo Annæ Helchanæ vxoris, 1. Regum 1. & 2. Mysterium verò est, quod textus explicat suprâ Gene. 25. vbi sic legitur: Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur: populûsque populum superabit, & maior seruiet minori. Dubium non est, spiritum sanctum Rebeckæ huius mysterij sensum quoque indicasse, nēpe vltimos fore primos, &c. Silentium ornat mulierem. Silentium rarum apud mulieres. Hic verò mulierem vides fortem Rebeccam, quæ Isaacò reuelationem eam non enarrauit. Mater Samsonis reuelationem sibi factâ, statim marito Manuæ retexuit, quia tantum mysteriû ibi non latuit, Iudic. cap. 13. Et si Rebecca statim reuelationem mysterij vterinæ luctæ indicasset, locus huius lectionis sacrosanctæ nullus fuisset. Hoc est quod Do-

*Rebecca
Ecclesiæ
gloriosæ
typus glo-
riosus.*

*Rebecca
mulier
fortis.*

EXEGES. LECTIO. EPISTO.

minus Deus ipsi Isaaco mysteria ea non reuelauit, quæ admodum parenti suo Abrahamo matris suæ Saræ fecunditatem promisit, Gen. 15. 17.

*Indoles
puerorum
ostendit,
quales vi-
ri sunt fu-
turi.*

5 Vrtica maturè vrere incipit. Inflectit item sese illicet, quod in vncum est abiturum. Qui ferox homo futurus est, statim in ipsis cunabulis ab vtero matris acerbus & sæuus esse incipit. Tale vides in Ismaele & Isaac pueris: Esau futurus *Iodea Zaid*, quem Septuaginta vocant cynegon, hoc est, venatorem, statim arcum tractare didicit, calamis afficiebatur, syluas & campos paternæ casæ prætulit. Iacob simplex atque humilis in suis ipsius oculis permanens, probum & rectum ipsum vocat scriptura. Hebraice dictus *Thams*. Septuaginta appellauerunt *ἄρραγον*, hoc est, eum qui sine astu est. Illi cordi fuit feras prosternere, huic voluptati fuerat pecudes ad seueræ arbitrium matris custodire. Venator Esau, pastor Iacob. Fratrum non tā disparia fuerunt ingenia, quàm parentū iudicia. Esau affecit patrem, Iacob placuit matri. Hæc omnia scitu necessaria ad lectionis præsentis natium sensum. Operæ præcium etiã est scitu, Esau vt primogenituræ ius amisit. Historia ex capite 25. lectori cuius euidens fiet. Longum esset eã huc corradere. Summa historię est, Esau venatione factum & lassum & esurientem. Prouerbiū est, Fames & mora, bilem & nasum conciant. Vult prouerbiū famelicos voraces, moræ esse impatientes. Latrante stomacho, omnem moram mouere bilem. Prouerbiū item est apud Germanos, Der verthulich vnd dergeir: vverden des kaußs bald eins. Cupidus & prodigus facile paciscuntur. Esau itaque fastidiosus, biliosus, famis impatiens, primogenituræ iuris contemnens, facile ius suum fratri vendidit, idque minoris quàm credas. Preciosissimam omnium margaritã vilissima vendidit lente. Da mihi, ait, de coctione hæc ruffa, secundum Hebræos: *Me ha edom ha edom haze*. De ruffa de ruffa, scilicet coctione. Da mihi de ruffa de ruffa coctione, ait. Geminatio vocabuli, vehementiam & ardorem cupiditatis edendi exprimit. Germanice vocant, heisz hungerich. Natum est illi inde nomen *Edom*, hoc est, Rufus, de quo nomine infra. Coctio erat lentum, quæ

*Esau primogenitū
re ius qua-
re vendi-
derit.*

Hebræis dicitur *Edasch*, de qua vides etiam 2. Regum 17. Sed lentès ne ruffæ fuerint, an iusculum croco & aliis aromaticis speciebus rubicundum sit factum, textus non exprimit. Hieronymus vocat lentem ruffam.

*Edo-
re dictus
sit Esau.*

6 Ex præmissis sine negotio sensus mysticæ historiæ præsentis lectionis euincitur. Iacob erat electus, adhuc in matris aluo abstrusus. Esau reprobatus atque abiectus, Malac. 1. Ro. 9. dicitur: Iacob dilexi, Esau odio habui. Iuxta hoc oraculum oportuit maiorem natu Esau, minori seruire. Iacobo Isaacum patrem benedictione dare oportuit. Primogenituræ ius Iacob emit. merito ergò benedictionem, quam ius ipsum requisit, consecutus est. Esau ius primogenituræ habuit natura, Iacob gratia & merito. Norat hæc omnia typus Ecclesiæ Rebecca, neutiquam ergò peccauit. industria, non mala fraude, neque iniusta ratione atque via, filio suo quem Dominus elegit, benedictionem obtinuit. Atque hic est oraculi præsentis sensus. Artem qua Iacob benedictionem obtinuit, Hebraice vocant *be Mirmah*, Septuaginta interpretantur *μὴ δόλος*, hoc est, solertia sine dolo malo, mit behendigheit on argelift. Sed omnia (vt Chrysostomus ait) dispensatiue sunt intelligenda. Isaac (ignarus mysterij atque oraculi matri reuelari) Esau Iacobo prætulit. matri humilitas Iacobi plus placuit. Isaac venationem Esau probabat, mater pastoriam curam Iacobi commendauit. Mater Ecclesiæ typus, recte iudicauit. vnde etiam nunc canones canunt: Esau venator, ergò peccator. Qui Ecclesiæ est, simplex est & prudens.

*Beatitu-
do tã gra-
tia quã in-
dustria ob-
tinenda.*

7 Nunc tandem vt ad nucleum historiæ veniamus, dicimus, propter Christum Iesum & eius Ecclesiam catholicam hæc omnia sic euenisse. Iacob, Christi typus est, Rebecca Ecclesiæ. Vnde noster Soter non ex Esau, verùm ex Iacob nasci voluit. Propter Christum salutare & sanctum Dei, salutis & sanctimonix autorem, debuit Iacob tot virtutibus, duplici dignitate, primogenituræ nimirum & benedictionis paternæ, designari atque decorari. Prærogatiuam talem Deus pater voluit sibi vindicare Christi genealogiam. Ge-

EXEGES. LECTIO. EPIST.

Prærogativa genealogia Christi neologia siquidem Christi ex Iacob, & non ex Esau, est deriuata. Iacob genuit Iudam & fratres eius, Iudas autem genuit Phares & Zaram è Thamar &c. *Linea stimagna.* Iehuda tradux principalis & regia, indè natus est noster saluator rex Iudæorum. Dicitur ergo apud Ioannem capite 4, Salus ex Iudæis. Lucæ 2. & Roman. 9. Christus natus ex Iudæis secundum carnem. primogenitura & benedictio etiam sacerdotium continet in se. Nam propter sacerdotium, primogenitura apud maiores tanti habebatur. Primogenitus à tempore Noë vsque ad Aaronem, sacerdotium sibi vendicauit, atque adeo benedictionem quæ sacerdotij fuit initiatio, quæ hodiè dicitur sacramentum ordinis. Sed hoc intellige de linea patriarchæ Abraham, atque adeo Christi, vt monet sanctus Hieronymus ad Euagrium. Hæreditat itaque Ecclesia verum sacerdotium, sed ad hoc nemo assumitur, nisi ritè vocatus & initiatus. Extra Ecclesiam tam inter hæreticos, quam inter infideles, ethnicos & Iudæos sacerdotium esse non potest, sed mendacium sacerdotij in auctum supplicij.

Primogenitura actiã sacerdotiũ completitur.

Sacerdotiũ verum nõ est extra ecclesiam.

Esau progenies, typus hæreticorum.

Esau etiam pater factus multarum gentiũ, sed earũ quæ ethnici & infideles vocantur, & typus sunt hæreticorum & schismaticorum. De Idumæorum (hic enim populus descendit ex Esau) impietate consule prophetam Abdiam. Esau, vt textus habet, erat homo pilosus. Hebraicè *Seir*, pilosum significat. Vndè cõtra Esauitas & Edomitas prophetizatur, sub typo montis Seir, Esa. 21. Ezech. 25. 35. Esau plus huius seculi clamoribus & tumultibus deditus, sacerdotij tranquillitatem & humilitatem fastidiuit. Episcopum non oportet esse pugnacem, sed comem, propensum ad docendum. Episcopus non debet dominari clero, sed se formam præbere religionis. Sed Esauitis talia sordent. Mundi gloria, alia est, atque gloria crucis, gloria fugæ huius seculi. Esau, quod tale munus gratiæ dei cõtempserit, tandem nè quidem flendo ipsum recipere potuit. Vide quanti sit peccare in spiritum sanctum. Iacobo summa fuit felicitas, primogenituræ ius & benedictio. Vide Apostolum ad Hebr. 12. Sanctus Hieronymus ait ad Iouinianum: Esau impatientiam gloriæ lachrymis emendare non potuit. Nè Malachias offendat te, dicens: Esau odio habui: audi Hieronymum

super Malac. capite 1. vbi ait: Dilectio & odium Dei, vel ex præsciētia nascitur futurorum, vel ex operibus: alio- *Esau quo-*
 qui nouimus, quòd omnia Deus diligit, nec quicquam *modo nec*
 eorum quæ creauit, oderit. Item paulo post: Odisse autē *dum natū*
 Deus *ἀνθρῶπος ἄλλως* dicitur. vt flere, dolere, irasci, pœnite- *Deus odio*
 re. Vide ibi plura. *habuit.*

8. Nulla alia via, quàm ea qua Iacob benedictionem patris sui consequutus est, eam consequi debuit. Poterat dei omnipotentia alia ratione benedictionem eam Iacobo conferre, sed nulla alia hoc ipsum facere voluit. Et nemo est qui ausit dicere, cur hoc ita voluisti? Quis consiliarius eius fuit? Quantum verò ad præscientiam Dei, qua etiam futura præuidet, & operum non solum bonorū, verum etiam spirituum est ponderator, certum *Esau non*
 est, Esau non sinè sua culpa reiectum. Eo tempore qua- *sinè sua*
 draginta annos erat natus, duas vxores vnà habuit ve- *culpa re-*
 rus bigamus. Vxores erant Iudith & Basmath, quæ Isaa- *iectus.*
 co & Rebeckæ satis erant molestæ. Erat Isaac eo tempo-
 re centenarius, vndè etiam senectæ vitio caligine cæ-
 cutientes habuit oculos. Tale etiam legimus 1. Regum
 3. & 4. de Heli. Item 3. Regum 14. de Ahia. Esau robu-
 stus erat venator, homo ferox, iracundus, voluptuosus,
 gastrimargus. Vndè ferinam opiparè nouerat coquere,
 apud Hebræos est *Mateammum*, quod significat optimi
 saporis coctionem. Septuaginta legunt edesmata, id est,
 edulia. Et hoc est, quare patri gratus fuit. Senes talibus
 cibus sunt sustentandi. Bonum hoc opus, suum quoque
 meritum est habiturum. Non inuidit Rebecca coniugi
 opiparum edulium, immò & ipsa quantum potuit, vnà
 cum Iacobo coctionem huiusmodi iuuit, coniugis sui
 gulam habens. Hoc vnicè molestum erat sanctæ mulieri
 quòd audiuit maritum charum benedictionem bigamo
 feroci & voluptuoso dare constituisse: Nouerat Iacobū *Iacob non*
 simplicem & obedientem, primogenituram emisse: equū *sinè merito*
 ergo æstimabat, vt & benedictio illi daretur. Voti cōpo- *cōdigni, be-*
 tem fecit piam matrem sanctarum cogitationum exau- *nedictio ē*
 ditor deus, testis Chrysofomus. Vocat filium Iacobum, *paternam*
 instruit meticulosum, adhortatur, animat dicens: In me *percipit.*
 fit illa maledictio fili mi, tantum audi vocem meam, &
 pergēs affer quæ dixi &c. Paruit Iacob matri in re equa,

matri duos optimos hœdos attulit: illa marito commodum edulium præparauit, pelles manibus & collo Iacobi affuit, vt Esau pilositatem referret. Cavit nè pater fucum sentiens, Iacobo maledictionem pro benedictione daret. Non hic Rebecca conferenda reginæ Parysati, quæ filio Cyro contra Artaxerxem itidem filium suum iuuit, sed vanè. Nec filium suum Iacobum sic instruit, vt Herodias fecit, dicens: Pete caput Ioannis in disco. Matrona Deo plena, voluntatem dei tenens, hoc quod Dominus voluit fecit. Credidit verbo Gene. 25. *Rab iacob t. air*, hoc est, maior seruiet minori. Oraculum hoc ritè secum æstimans, coniecit stirpem Esau futuram phylarcho suo Esau similem, ferocem, superbam &c. Adeo temerè mulier sancta nihil fecit. Vndè dubium non est, filium Iacobum quoque spiritus sancti nutu, matri ad piam artem extitisse obsequentem. Consilium sanctum qui matri adspirauit, idem mentem filio obsequendi dedit. Successum ergò bonum per Deum habuit sanctum consilium. Industria Rebecca vsa, nè videretur tentare Deum, vndè etiam Iacobum pilosum factum, vestibus Esau duxit subornandum. Impiis, & sensum scripturæ ignorantibus, videbitur Iacobus fictitius Esau, Eunuchum Terentianum & Clodium in vestitu psaltriæ referre: sed sanctus oculus & cor religiosum, sensum scripturæ verum tenens, industriam sanctam & opus spiritus sancti admirabitur. Mater pia induit Iacobum vestes preciosas & odoras elati Esau. *Hamudoth* vocant Hebræi vestes etiam odore sensus oblectantes. Decuit Iacobum vestitus Esau, decuit eum fratris hirsuti asperitas. Decuit & Esau nomen Iacobum. Regio ornatu ingreditur Iacob in persona Esau, hispidus æquè fuit atque frater, pilositatem mentitus, sed optimum cibum patri attulit. Omnia quadrârunt, mater sedula effecit omnia. vox saltem Esau, Iacobo defuit, eam mater dare non potuit, sed cæcum maritum facilè, spiritu sancto hoc volente, decepit sedula Rebecca. Surdus quidem Isaac non erat. ait ergò: Vox quidem, vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau. Fatetur pater quod res est. Vna persona duas retulit. In Iacobo etiam Esau latuit. Neque mentius est Iacob, dicens: Ego sum primogenitus tuus.

Esau. Primogenitus erat secundum oraculum & secundum meritum, & secundum ius emptionis. Ergo quantum ad primogenituram, Esau personam egit. iure item suo benedictionem postulauit, breuiter atque in summa, quantum atinebat ad benedictionem, Iacob verè fuit Esau. Vnde neque mater, neque filius peccauit. Scimus quia peccatores Deus non audit. Certum ergo est, nihil hic peccati intercessisse, vbi feliciter successerunt omnia. Ad oraculum matris, minor in maiorem consequitur Dominium. Post benedictionem quoque omnia secundum oraculum ipsum euenerunt, tam familiæ Iacob quàm Esau. Non hic Iacobum cum matre Rebecca sic peccati facio immunes, quasi vetustatem & inhabitans in carne peccatum illis defuisse censeam. Industriam præsentem & mendacium siue simulationem necessariam excuso. Cæterum etiam non est infrequens apud sanctos patres, huiusmodi mendacio atque arte, vbi necessitas, aut commoditas ad gloriam Dei atque ad proximi salutem hoc postulauit, vti. Sic Abraham vxorem Saram sororem suam appellabat Genes. 20. Idem fecit Isaac Genes. 26. Reticebo hic quod Rachel fecit Genes. 31. Et quod de Iacobi vaftricie legimus aduersus Laban, Genes. 32. Sed non habent schismatici, quo hic contra Deum & Ecclesiam, suam tegant cruentam machinationem.

9. Dominus Deus Isaac possidens, fecit ipsum Iacob pro Esau agnoscere, quoniam illi benedictionem supernè destinauit. Audiuit vocem Iacob, sensit hirti asperitatem Esau, odoratus est odorem suauitatis, sumpsit sibi oblatum opiparum edulium, osculatus est filium suum charissimum, vti què primogenitum: quid ergò restare potuit, nisi vt benedictionem dapifero tanto filio suo dilecto daret? Noluit neque etiam ritè poterat benedictionem alteri dare, quàm primogenito. ergò statim dapifero non benedixit. postquàm tetigit pilositatem, & fragrantiam vestium odoratus est, denique postquam gustauit cibum saporis optimi, benedixit primogenito. Benedictio verò est, plena consolatione euangelizatio benedictionis supernæ. Externo signo & voce expressa, Isaac filium suum primogenitum de

Iacob verè dixit se patris esse primogenitum.

Benedictio quid.

cœlesti benedictione certiore reddidit. Det tibi deus de rōre cœli & de pinguedine terræ abundantiam frumenti &c. Sensus est, Dominus Deus dabit tibi omnium rerum copiam, subiiciet tibi populum multum nimis, constituet te dominum regionum multarum, exaltabit te, ab hostibus tuis liberabit te. Et erit Deus protector tuus & dux in omnibus, denique merces tua. Verba benedictionis sic habent: *Veit hen, lecha ha Elohim*, hoc est, dabit tibi Deus. Sic etiam legunt Septuaginta. Benedictio est tantorum bonorum denunciatio: est etiam mystica certificatio, qua Iacobum hæredem constituit terræ eius, quæ à patre accepit Abrahamo. Abraham enim Isaacum ex ælle hæredem fecit, Gen. 25. Benedictio quatuor completur. Primum promittit Iacobo aëris temperiem, terræ fœcunditatem, & omnia quæ faciunt ad rerum copiam. Secundò potentiam, qua sibi multas subigat gentes. Tertio promittit illi dominationem in fratres. Quarto, omnis maledictionis omnium hominum immunitatem. Maledicentibus siquidem Iacobo, maledictionem committitur: benedicentibus ei, benedictionem promittit. Benedictio isthæc non solum intelligenda est de rebus temporalibus, sed & de spiritualibus. Temporalis est promissio de filiis Israel carnalibus: Spiritualis de filiis Israel spiritualibus: hoc est, de Christiano populo. Fide verum Israellem spirituale esse vides Roman. 9. Maior seruiet minori. Dominus Iesus secundam carnem humilis, nouissimus siquidẽ hominũ, vsque ad eum est exaltatus, vt illi magnus Esau, Edom & Seir, se vltro submittar, hoc est, omnishuius seculi potestas Dominũ Iesũ coluit, veneratur & adorat. Quid quod & Cæsarea maiestas se summo pontifici tanquam Christi vicario, in rebus religionis submittit, interim dum hæretici alias atque alias contumiscuntur ordinantias? Iudæi Edom siue Idumæos, dicunt esse Romanum imperium, sed neque hoc gloriæ detrahit Ecclesiæ. Neque enim omnes filij Abraham sunt qui secundum carnem genus trahunt ab Abrahamo. In persona Iacobi quora pars benedictionis est adimpleta? In duodecim tribubus omnia affatim sunt adimpleta. Terra Chanaan nonne tandem Israeli contigit? Nunquid non Israel tempore Iosue, Gedeonis, Saulis, Davidis

*Benedictio
Iacob quatuor
completur.*

*Benedictio
Iacob quibus sit
de rebus.*